nibus à Deo communicatum eſt,
vt Alber. de Roſa. in d. l. j. §. ius na-
turale. in princ. declarat, & optimè
ibidem Fortu. & per Moder. poſt
Aret. & Soci. in l. 1. ff. de acquiren.
poſſ. Vnde inſpecto naturali in-
ſtinctu, quo erga liberos moue-
mur. l. nam etſi parentibus. ff. de
inoffi. teſt. l. ſcripto. ff. vnde lib. hac
ratione naturali, qua ad ſucceſ-
ſionem parentum filij vocantur.
l. cum ratione. ff. de bon. damnat.
de iure naturali rectè dicimus eã
fuiſſe introductam. Declarat opti
mè Ioan. And. in regul. ſine culpa,
2 in Mercurial. † Qua ratione ali-
mẽta quoq; debentur, ibi [*Educa-
tio*] licèt neceſſitas ac coactio iure
ciuili inducta ſit. l. ſi quis à liberis.
cum concord. ff. de libe. agnoſcen.
in Auth. Si pater. C. diuor. fact.
debentur enim à patre valente, fi-
lio ægenti & non ingrato. l. fi. ibi
Bar. C. de alend. liber. Bart. in d. l.
3 ſiquis à liberis. † Et ideo poſſet fi-
lius ingratus ea ingratitudine, quę
lege reprobatur, alimentis priuari,
ſicut exhæredari. glo. in §. ſi igitur
in Auth. vt cũ de appella. cogno.
in d. l. ſiquis. Bart. in l. diuus. ff. ad
leg. Pompe. de parric. per Cano. in
c. cum haberet. de eo, qui dux. quã
4 pollu. Nec filius † eandem pietatẽ
erga patrem ægentem debet omit
tere; nam ab eo pater eatenus co-
gendus eſt, quatenus facere poteſt
l. inter eos. ff. de re iud. etiam ſi ex
cauſa oneroſa filio proueniſſent,
vel etiam ſe integrè ſoluturum iu-
rauerit, quaſi huic naturali pietati
renunciari non poſſit, vt verius vi
ſum eſt ſacro Conſilio in cauſa
Marchionis ſancti Lucidi, per no
ta. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matr.
in c. Odoardus. de ſolutio. in ca.
cum cõtingat, de iureiuran. fuitq;
in ea cauſa, dilata ſolutio ſecun-
dùm naturam huius exceptionis
facto arbitrio eius ſummæ quam
præſtare non potuiſſe videbatur,
quò neuter ipſorum inedia labo-
raret: prout declarat Glo. & Andr.
de Iſern. in conſti. regni Comiti-
bus, & in conſtit. Dignum. Itaque

poſt mortem exequi potuiſſet in ſolidum, ita intelligẽdo, quæ latè ſcribuntur in l.diuus. ff.de reg.iu. in §.item ſi.Inſt.de actio.in d.l.inter eos,& in l.ſunt qui,& in l.maritum. ff.ſolu.matr.in l.ij.C.quod cum eo,in l.rei iudicatæ. ff.ſoluto
5 matri. † Ex hac naturali ratione illud etiam prouenit, quòd ſumma reuerentia patri debeatur, in l. venia.C.de in ius vocan. ideo contra patrem actio famoſa, & doli filio non datur.l.non debet. in fi. ff. de dolo,in l.ſi ſuperſtite. C. eod.& iuſtum metum ſæpe inducit. l. 1. ff. quar.rer.act.in l.ſoluto matrimo. §.quòd ſi in patris. ff. ſolu. matri. Nec vllus affectus vincit paternũ, l.iſti quidem. ff. quod met.cau. &
6 quicquid † olim filius quærebat nec momẽto apud eum remanebat,quin patri acquireretur, l.placet.ff.de acqui.hæredita.& ideo lis nulla inter eos eſſe poterat. ff.de iudi. l. lis nulla. † Ab hac etiam mu-
7 tua pietate,quæ iure naturali conſtat,filios non legitimè natos,minimè omnino fuiſſe excluſos,
* * communis opinio eſt.d.§.ius naturale.in d.c.cùm haberet.Auth.licèt.C.de natur.libe. & in c.per venerabilem, qui fil. ſint legit. per Soci. & alios in l.1.ff.ſol.matrim. Pala.in c.per veſtras. de don.inter vir. & vxo. Multiplicatis deinde
8 hominibus † & excreſcente malitia, iure gentium differentia perſonarum inducta eſt per captiuitatem & ſeruitutem,vt in §. ius autem gentium. inſtitu.de iur.natu. ac per formã matrimonij,vt declarat Alber.poſt Iacobũ de Aren. in d.§.ius naturale: & ſic reſtricta fuit illa ſuccedendi facultas & effectus iuris naturalis.l.ſi ſeruus.ff.de acquir.hæred. in l.ſi id quod.ff.de condi.indeb. vbi gl. nec filius ancillæ cum filio liberæ hęres erit, dicitur in Geneſi. c.21. not.in Auth. quib.mod.natu.effi. legi. §. liberi. & in Auth.quib.mod.effi.ſui.§.na
9 turæ. Ius † autem ciuile de ſucceſſione filiorum aliter pro temporũ qualitate diſpoſuit: nam etſi fecerit filium hæredem domeſticum, quem ſuum vocat,& quaſi dominum etiam viuo patre, vt Inſtitu. de hæred.qualita. & differen.§.ſed ſui, & primum ſuccedendi gradũ ac locum filio conſtituerit, Auth. in ſucceſſione. C. de legit. hæred. l.in ſuis.ff.de lib.& poſthum. non tamen omnes filios ad ſucceſſionem admitti voluit,ſed eos qui in poteſtate patris extarent excluſis
10 emancipatis: † qui demum à prætore vocati ad bonorum poſſeſſionem iure etiam Cæſareo admiſſi ſunt.l.meminimus. C. de legit. hæred. ac eos qui ex legitimis nuptijs procreati eſſent, inſti.de hæredi. quæ ab inteſta. defer. §.1. vbi gl.in ver.naturalis.l.1. & Auth. ex
11 complexu.C.de natura.libe. † Seruos pœnæ Perduellionum ac hęreticorum filios & nepotes: certis ex cauſis ingratos,exiſtẽtes apud hoſtes, ac ſimiles cum quibus teſtamenti factio non eſt, à ſucceſſione excluſit.l.1.C.de hær.inſtit.l.in metal-

metallum. C. de his quæ pro non ſcript. haben. l. Manichęos. C. de hæreti. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſta. in Auth. quib. mod. natural. effic. ſui. §. fin. collatio. 7. Inſtitu. de hęredita. quæ ab inteſta. §. interdum: quinimmo etiam fœminas
12 excludebat: † quod poſtea illis reſtitutum eſt beneficio l. maximũ vitium. C. de lib. præter. de quo latè dicã in præmiſſis ad l. quinimò
13 † quod ex volũtate patris procedebat, vt filij ſuccederent, ad neceſſitatem redactum eſt, vt contra voluntatem etiam admittantur, præteriti nullum dicant teſtamẽtum. ff. & C. de liber. præterit. Exhæredati non ritè, querela propoſita de inofficioſo teſtamento, rumpant patris diſpoſitionẽ. ff. & C. de inoffic. teſta. Ad cuius exemplũ etiam prætor bonorum poſſeſſionẽ contra tabu. propoſuerat, vt ff. de bo-
14 no. poſ. contra tab. † Sed ne quod naturalis ratio, & paternus affectus introduxerat, ad neceſſitatem redactum nimis videretur grauare parentes ſi de vniuerſa ſucceſſione ac hæreditate lege cautum eſſet, ad certam ſummam ſeu portionem hęc neceſſitas reſtricta eſt: quam ſummam & portionem legitimam appellamus, iure naturæ debitam, vt ad eius denominationem & nuncupationem initium iuris naturæ ſpectemus, & legis auctoritatem, quæ taxauit, no. in Authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. in l. fi. C. de bon. quæ lib. in l. ſanci
15 mus. C. de nupt. Ideoq; † ſtatuto augeri & minui poteſt, per Doct. in d. §. ius naturale, & in locis prędictis, & in c. Raynutius. extra de teſta. per Salyce. in d. l. ſancimus.
16 † In his verò quæ iure feudi concedebantur, nimirum ſi filius nullo modo anteà ſuccedebat, dabantur enim ad vitam recipientis.
17 † Lex Domini cõcedentis attenditur l. in re mandata. C. manda. ca.
18 porrò. de priuileg. † quę perſonalia ſunt, nec iure naturali trãſeunt in filium, extinguũtur cum perſona, licèt pater & filius vna perſona fingantur, not. in l. fin. C. de impub. & vox vna dicatur vtriuſque, §. ei qui, inſtitu. de inutili. ſti-
19 pu. † Deindè ad eum filium conceſſio extenſa eſt, quem Dominus elegiſſet ac comprobaſſet. c. 1. §. &
20 quia, qui feud. dar. poſſ. † vbi autem ad filios propagata eſt ſucceſſio, præter ea feuda quæ dignitatem habent, c. 1. de feud. March. c. Imperialem. §. præterea. de prohibi. feud. aliena. per Federi. ad oẽs filios deferebantur. c. 1. §. omnes filij, ſi de feud. fuer. contro. d. c. 1. §. cum verò Conradus. Et ſi nihil in conceſſione diceretur, pro filijs etiam patrem recepiſſe videbatur, argu. l. ſi pactum. ff. de proba. And. de Iſer. in d. §. & quia, & in c. 1. de ſucceſ. feu. c. 1. de duob. fratr. à cap. inueſt. & in d. §. omnes filij. col. fi.
21 † Et ſi pro hæredibus recepiſſet, adhuc pro filijs hæredibus recepiſſe videtur. Auth. in ſucceſſione, de
22 legi. hære. Ideoq; † ſi pater in filium quouis titulo transferre vo-

luiſſet, licita eſt alienatio, quæ refu tatio magis diceretur, vt in c. Titius, ſi de feud. fuer. contro. in c. 1. §. & ſi libellum, in c. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitu. c. 1. de aliena. feu. pat. etiam ſi feudum ſit hæreditarium, quia filius (vt dixi) cõprehẽſus eſt in iueſtitura, & ſic tol litur dubitatio Loffre. in §. j. in c.
23 de natu. ſucc. feu. † Excluſit tamẽ, mentecaptos, ſurdos, mutos, clericos & imperfectos: quia ſeruire Domino non potuiſſent, c. 1. an mutus, ſurdus, & in c. 1. de milit. vaſal. qui arm. Poſt quas feudorũ
24 conſuetudines † ius ſpeciale Francorum primogenitos tantum ad ſucceſſionem vocauit atque admiſit, vt in conſti. vt de ſucceſſ. quæ eſt ſequens: & poteſt ſuccedi iure hæreditario, vt communiter in regno, vel non hæreditario, ſecundum formam inueſtituræ, & ita ſunt intelligenda, quę de hoc ſcribit glo. Pariſien. in ver. pour ſon droict. Et huius iuris Francorum prouidentia, non eſt ſimilis ei de qua loquitur text. in d. §. & quia. Nam ibi erat in facultate Domini quem ex filijs inueſtire voluiſſet. At ſecundum ius Frãcorum tenetur inueſtire primogenitũ, quamuis forte eſſet minus habilis aut Domino minus acceptus, quàm
25 foret ſecundogenitus. † Voluit hoc ius magis fauere primogenituræ quàm Domino, cum & diuino, & humano iure primogenitura dignior & honoratior habita fuerit, vt not. in c. licèt. de vot. & per Doct. tractantes de primogenitura, & hanc dignitatẽ ac priuilegium hoc ius ſequendo, Domini commodum, aut fauorem non reſpexit, vt ſæpe docuit experientia, præter id quod vnus ſuccederet, & ita intellige quod dicit Matth. in d. conſtitu. comitibus.
26 prima quæſt. † Et ex hac prouidẽtia iuris Francorum primogenito ius quæſitum eſt, vt illi pater præiudicare nequeat, ſi tanquam hæres vocatus non fuit. c. 1. de ſucceſſ. feu. per Andr. & in c. 1. de aliena. feu. pat. & in c. 1. an agnatus, niſi in feudo nouo ab ipſo patre non contemplatione filij quæſito, vt in d. c. 1. de alien. feu. pat. probat latè Loffr. in ſuo amplo conſ. quod eſt primum, & in d. c. §. præterea
27 Ducatus, & inde eſt † quòd totum feudum primogeniti legitima nuncupatur, quaſi legè ſolus ad id admittatur. Nec dare poſſet pater filio ſecundogenito, ſecundum Andr. in d. c. omnes filij. ibi [*Item ſi vaſallus*] quod certum eſt in feudo non hæreditario, vt dixi:
28 aliàs cum † aſſenſu regio pater pręiudicat filio hęredi, nec inuentarium releuat, d. c. 1. de aliena. feu. pat. Neapo. in conſuetu. & ſi teſtator: quia non hęreditaria conſeruantur in l. fi. §. & ſi præfatam, C. de iur. deliber. etiam ſi nihil aliud habeat primogenitus, ceſſante dolo & fraude patris, prout fuit ſæpe iudicatum, quicquid dixit Iacob. de Beluiſ. in c. Titius. ſi de feu. fuer. contro. de quo latè per Loffre. in d. conſ.

d. conſil. 1. Nec placet diſtinctio,
quòd valeat venditio, non dona-
tio, quoniam vroque modo poſ
ſet filius primogenitus à patre ex-
pendente pecuniam fraudari, vt
aliàs dicebam in cauſa Buzzutorũ:
29 † Difficultas tantum eſſet, ſi non
fuiſſet Domino expreſſum, quòd
eſſet ſecundogenitus, Dominus
ignoraret: & forte primogenitus
non eſſet legitimam habitúrus,
quæ poſſent aſſenſus ſubreptionẽ
arguere, quia de leui Rex non con
ſenſiſſet. c. ſuper literis. de reſcrip.
faciunt quæ dicuntur per gloſ. Pa-
30 riſien. in loco pręallegato. † Alijs
verò filijs viuentibus iure Franco-
rum vita & militia ſeruata eſt, vt
in conſtitu. Comitibus, niſi feudũ
fuerit à patre emptum, cum eius
pretij partem per collationẽ alijs
petere liceat, ſecundùm Andr. de
Iſer. in d. §. Præterea ducatus. Luc.
de Pen. in l. 1. C. de Impo. lucra. de-
ſcript. Quam opinionem latè di-
ſcutit & defendit per multas col.
Loffr. in d. c. præterea ducatus. &
viuens mecum, vt pleraq; alia con
tulit, in quibus aſcripta ſunt me
tacito, quæ tunc dicebam, ſed om
nino hæc ſententia defendi non
põt, conſiderando quòd aut feu-
dum eſt hæreditarium, in quo pri
mogenitus ſuccedit, prout com-
munis eſt inueſtitura, & vſus in
Regno, & tunc nullum ius conſi-
deratur in vita, niſi poſt mortem,
argu. l. fina. C. de pact. ſi omnino
poſt mortem eſt habiturus, & pa-
ter viuens alienat, ceſſant omnes
regulæ collationis, & præſumptus
titulus donationis & retrotrahi-
tio, & quæcunq; pro hac opinio-
ne conſiderantur per Andr. & Loſ
fre. aut feudum eſt ex pacto & pro
uidentia, & adhuc quia loquimur
de feudo nouo empto à patre, fi-
lius qui eſt deterioris conditionis
quàm agnatus. d. c. 1. An agna. ſi-
militer ius eius à morte patris pen
det, vt ceſſet collatio, per ea quæ
dicuntur per Bart. in l. j. §. nec ca-
ſtrenſe. ff. de collatio. bonor. in l.
quodcumque. ff. de verborum
oblig. cũ aliis ibi adductis. viuunt
eo iure Francorum primogenitus
& ſecundogenitus, ergo ceſſat ius
commune in ſpecialiter prouiſis.
c. 1. de oper. nou. nunt. c. 1. de feud.
cog. Conſtitutio Regni Comiti-
bus, tantum vitam & militiã præ-
ſtat: non diſtinguit de feudo em-
pto vel non empto, & potuit dice
re & non dixit, ſtandum eſt iuri
Francorum & inueſtituræ: quibus
primogenitus tantum ad vitam
& militiam tenetur, l. tractabatur.
de militar. teſta. l. de pretio. de pu-
blici. cum vulga. ſiue igitur conſi-
deretur feudum vt feudum, ſiue
conſideretur pretium, cuius cauſa
feudum habet: quia emptum, to-
tum poſt mortem conſequitur, vt
dixi, in vita contra patrem non
agit, nec reuocat, vt in c. 1. de alie-
na. feu. pat. contra Dominum, vt
inueſtiat nequaquam: quia actio
præſupponit obligationẽ. l. licèt.
§. ea obligatio. ff. de procura. obli-
gatio non eſt nata ante mortem,
quia

quia oportet eum eſſe hæredem, ergo nec actio. Per hæc breuibus meo iudicio corruunt omnia quę pro illa opinione conſiderantur. licèt iam vſu recepta ſit, ob quam infinitæ lites ortę ſunt, & ſępe primogenitus cogitur feudum vendere, contra mentem acquirentis, vt fratribus partem pretij ſoluat: & ſequendo hunc vſum, ſi frater ſecundogenitus partem non petierit, ad aliquod intereſſe ſibi frater primogenitus nō tenetur, tum quia non eſt dies appoſitus obligationi, & vbi nulla petitio, nulla mora regularis. l. ſi inſulam. l. ſi pupillus. ff. de verb. oblig. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. in l. traiectitię, ff. de eo quod cert. loc. & propriè in his terminis eſt caſus in l. ſi quis filium. §. ſtipulatio. ff. de colla. bono. tum quia ſecundum dictum vſum ac interpretationem ſecundogenitus eligere ac declarare debet quod maluerit. l. quod in hęredē. §. eligere. ff. de tribut. & ita in cauſa arbitraria aliàs iudicauimus, & pro his

31 allegabam † quòd lucrata per filium ex patris pecunia non veniunt in collationem. Bart. & Bal. in l. ſi patruus. C. commu. vtri. iud. per Deci. in conſi. 21. per Moder. in l. ſi emancipati. C. de collatio.

32 ideo † ſi filius primogenitus fructus feudi habuerit, teneaturque ad partem pretij, cuius pretij reſpectu lucrari videatur, ad reſtitutionem ſeu collationem ipſorum fructuum fratribus nō tenebitur, & licèt æſtimatio rei quæ conferri deberet quando non poſſit præſtari, veniat in collationem, vt in d. §. nec caſtrenſe, in d. §. imputari, vt not. in l. illud, & in l. ſi emancipati. Tamen ſecundum illam interpretationem & opinionem Andre. id quod impenſum eſt datur, ſiue pluris ſiue minoris feudū valeat tempore mortis, quod ſæpe iudicatum eſt contra doctrinā communem, quæ eſt in materia collationis, & exinde apparet veritas illius opinionis. Non tamen nouum eſt, vt aliud pro alio ſoluatur, vt in l. poteſt. & in l. penul. ff. de leg. 1. & in l. generali. §. vſufructum. ff. de vſufruct. lega. &

33 † feudo legato vel promiſſo ſine aſſenſu bona fide iudicauimus ęſtimationem deberi, quaſi non omnino feudum in commercio noſtro non ſit, cùm aſſenſus in his habenti hæredem facile præſtari ſoleat, & conſueuerit. argu. l. apud Iulianum. §. fi. ff. de lega. j. per Iacobi. de feud. ver. Princeps. verſ. 44. Et ſimiliter hæres inuentarium conficiens rem præſtat pro debito quantitatis, in l. fi. §. & ſi præfatam. ibi Pau. de Caſt. not.

34 C. de iur. delibe. † Quod aliàs tem perabam non procedere in venditore hypothecario qui potuiſſet curare rem diſtrahendam auctore Iudice, nec cogi ad rē recipiendam. Idemq; viſum eſt ſacro Con-

35 ſilio etiam in † quolibet creditore hæreditario: qui vellet res hæreditarias diſtrahi, ſaluo iure in

ſolutum

ſolutum recipiendi, quãdo iuſtus emptor non reperiretur. Quo caſu eam æſtimationem admittendam duximus, ſecundum quam licitator tutus fuiſſet, vt pote ſi nõ minus ſexta parte iuſtæ æſtimationis licitãdo viciſſet, per ea quæ dicuntur in l.diem. §.arbitrorum. ff.de arbitr. Hæc concluſa ſunt in cauſa creditorum Illuſt. Dom.Petri de Toledo, olim huius Regni Viceregis memoriæ celebris. Apud nos verò recepit augmentũ portio filiorum ex conſuetudine quæ incip. & ſi teſtator, vt quo ad bona non per patrem quæſita, ſed ab auo, & progenitoribus ſiue ex paterna vel materna patris linea obuenerint, integra debeatur medietas condictione ex ea conſuetudine. In qua ſcribit latè Neapo. & hæc dixiſſe ſufficiat de ſucceſſione ad titulum.

¶ Dicam alia in interpretatione legis inferius: ſcribit multa Nicol. de ſucceſſ.in tracta. & Matthæ.de Laud.in diſpu.prima, & Neapod. in prima conſuet.in ver.in ſtirpẽ.

¶ Sed quid ſit ſucceſſio, vel ſucceſſorem eſſe quid importet, vidẽda ſunt quæ dicuntur per Bal. in l. 2. prima oppo. C. de pact. vbi tres
36 † ſpecies ſucceſſionis conſiderat: ex voluntate & facto teſtatoris, ex facto contrahentium, ex diſpoſitione legis.l.ij.C.de hęr.vel actio. ven.l.j.l.ſi ex aſſe.ff.ad Trebell.l.tutores.C.ad leg. Iul. de vi. l. ſi conſtante.§.fi. & l. ſi marito. ff. ſolut. matr. l. j. C. de his qui ſibi aſcrib.
37 in teſtam.d.l.2.C.de pact. † & ſucceſſor dicitur etiam in prælatura, præbenda, vel canonicatu. c. j. de cler. qui inueſti.fec.not.Abb.in c. cum omnes. de conſtitu.c.relatũ. de præben. c. quod ſicut. de elect. & Imperator in Imperio, & Rex in Regno, & Papa, alter alteri ſucceſſor dicitur, nòt. Andr.in d.c.j. qui ſucc.tenean.l.j. §.omnibus.C. de vete.iur.enucle.c.cum olim.de re iud.c.j.de ſequeſtr.poſſ.& fruct. c.quod quis.35.q.9.c.literis. de reſcript.c.innotuit.de elect. c. Apoſtolica.8.q.j. c. ad decorem.de in-
38 ſtitu. vbi decernitur † ſucceſſorẽ non poſſe tollere quæ à prædeceſſoribus rectè conceſſa ſunt, & ideo voluit Inno.& Ant.de But.in c.fi.
39 ne prælat.vices ſuas: quòd † actus realis factus per habentem poteſtatem adminiſtrãdi, obligat ſucceſſorẽ, idem decidit Bald. in l.j. ff.de conſtitu. princip.Cyn.Bald. & Salyc.in l.emptorem. C. locat. nota. in cap. veniens. de tranſactio.per Socyn. in conſil. 34. volu.3.Curt.in conſ.1.col.13.Allegat multa Rom.in cõſi.327.& in conſil.116.vbi alle.d.c.j. qui ſucceſ.tene.& ibi Andre.declarat in ver.eo tenore. Vnde non immerito Rex Catho.pragmaticam ædidit Thori, ſuper obſeruantia geſtorũ prædeceſſorum Regum, quorum hæres non fuerat. Quæ pragmatica licèt diuerſa capita contineret, ad vnum redacta eſt per Carolum Quintum Imperatorẽ noſtrum, ſcilicet vt nullo caſu procedatur

contra

contra geſta per illos Reges:ex declaratione facta in cauſa Comitis Condoranni. Atque in hoc aduer
40 tendum, † quòd nõ ideo ſucceſſor obligatione perſonali tenebitur, quòd rata habenda ſint geſta à prædeceſſore, cuius hæres non eſt. Ita ſæpe diximus,dum aduerſus fiſcum fuiſſet dictum, fiſcum de euictione teneri, quia promiſſa fuiſſet ab illis Regibus:citra Alfonſum primum, vt fuit ſolenniter inter nos diſcuſſum & firmatũ in cauſa Comitis Seminariæ. Quod attinet ad materiã, de qua hæc rubrica loquitur, importat hæreditatem, quæ eſt ſucceſſio. l. hæreditas.ff.de reg.iur.not. Andr. in c.1.de feud.cogn.l.ex legato. in verſ.ſucceſſerunt.C.de legat.& dicit Bar.hunc eſſe communẽ vſum loquendi in conſ.52.Et ex hoc viſum eſt aliquibus hunc titulum & ſequentem legem intelligi,de feudis hæreditarijs, non autem pacti & prouidentiæ: & adducunt autoritatem Andr.de Iſern. Dicentis
41 in conſtit.Comitibus,† quòd paragium non debetur in feudo ex pacto & prouidentia; & videtur fundari ex his quæ dicit idẽ And. in c.1. qui ſucceſſ.tene. in fi. & ali-
42 bi ſæpe, † quòd filij in feudo ex pacto & prouidentia, non ſunt ſucceſſores feudi, nec ut hæredes patris ad feudum admittũtur.c.1. §.hoc quoque. qui feud.dar. poſſ.
43 d.c.1.an agnatus. & † in illis factũ patris filio non nocet. arg.l.ſi arrogator. ff.de adopt. l.cũ à matre. C.de rei vind.l.iij.ff.de interdic. &
44 releg. Sed ego magis puto † ſucceſſionem hãc, de qua tractamus, tam ad feuda hæreditaria, quàm ex pacto & prouidentia poſſe pertinere. Cum vocabulum ſucceſſionis generale ſit aptum comprehendere titulum hæreditariũ: per quem defuncto ſucceditur, & titulum ex pacto & prouidentia, per quẽ ſucceditur in feud. Probatur apertè hoc vltimum in c.1.de ſucceſſ.Quòd loquitur in feudo ex pacto & prouidentia, & tamen dicit de ſucceſſione feudi; & in c. 1. de grad.ſucc. in feud. & in c.1. §.& ſi clientulus. de alien. feud. & in c.1. de feud.cognit.cum ſimil. Proba-
45 tur etiam hoc, † quòd in his feudis locum habere dicatur ſucceſſorium edictum; ut in c. 1. §. donare.qualit.olim feud. aliena.pot. per Moder.in rubr. C.de ſucceſſo. edict. quod nullo modo adaptari deberet ad feuda ex pacto & prouidentia, niſi in illis etiam ſuccedi rectè ac propriè dici poſſet: non propterea quia pactum præcedat, ideo non dicatur, lege ſucceſſionẽ deferri de gradu in gradum:quia pactum & prouidentia recipiũt interpretationem à lege, l.lege obuenire, ff.de verb.ſig. c.1. de feud.cognit.c.1. de grad.c.1. de nat. ſucceſſ.feud. Neapo.dicit dari condictionem ex lege pro eo quod pactum ciuium & conſuetudo induxit.

¶ Non obſtant in contrarium allegata: quia intelliguntur,ut non ſucce-

ſuccedatur iure hæreditario, capiendo ſucceſſorem pro hærede: non tamen ſequitur quòd ex pacto ſucceſſor etiam dici non poſ-
46 ſit, per prædicta. † Nec mirum, quòd ea quæ ex pacto debentur, non dicãtur hæreditaria, quia hęreditas pacto dari non poteſt, l. pactũ quod dotali. & l. fi. C. de pact.
47 † eoq; ipſo quòd alterius beneficio & conuentione mihi directò quicquam acquiritur, dici nõ poteſt à defuncto relictum, nec in illius hęreditate comprehenſum. d. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de colla. bon. d. l. ſi arrogator. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. teſta. l. ſi quis in ſacris. in fin. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12.

¶ Non obſtat dum And. dicit incidenter, in hoc feudo paragium non præſtari: quia in hoc articulo, quem ab alijs diſcuſſum non
48 vidi, diſtinguendum puto. † Aut loquimur de iure feudorũ, & abſque dubio conſiderari nõ poteſt id oneris ineſſe feudo, vel feudatario pro fœminis, quas illud ius nõ admittit, ut infra dicam in præmiſsis ad interpretationem legis. Aut loquimur ſecundum tempora conſtitutionis huius, & tũc aut feudum conceſſum & receptũ eſt pro filijs maſculis: & tunc aut ſumus in feudo nouo quęſito per patrem; quia deterioris conditionis eſt filius quàm agnatus, vt dixi, cũ oporteat hęredẽ eſſe. d. c. 1. an agnatus. videtur ad illud teneri, ad qđ pater cogi tenebatur, & ſic ad maritandum & dotandum ſororem: Aut ſumus in feudis antiquis & quæſitis ſupra patrem, in quibus ſuperior ratio ceſſat; & tunc quia iure & pacto fœminæ excluduntur, nec aliqua legitima nec ius ſibi in hoc feudo competere conſiderari poteſt, dico fœminam à petitione paragij excluſam, ſicut dixi de iure feudorum. & hoc caſu procedat opinio And. in d. conſtit. Comitibus. Aut feudum conceditur pro filijs & deſcendẽtibus: & hoc caſu videtur omnino dicẽdum, quòd cum reprobata ſit ſexus differentia per hanc conſtitutionem & ſequentem, recipiat hęc cõceſſio & pactum interpretationem à iure huius conſtitutionis, vt præſtari debeat paragiũ à maſculis, per ea quæ latè dicentur infra, ſuper tex. conſtitutionis. Concludo itaque ſub hoc verbo, De ſucceſſione in hac rubrica poſito, etiam poſſe non hæreditaria comprehendi ſecundum diſtinctionẽ prædictam. Aliud quoque hęc rubrica indicare videtur, dũ de ſucceſſione dicit, quòd hęc lex de vniuerſali ſucceſſore ſit intelligenda, prout aliàs declaratur in l. quærit. §. nihil intereſt. ff. de eden. ibi Iaſ. in 2. not. & Bal. in l. emptorem. C. loca. quia verba intelligenda ſunt in potentiore ſignificatu. l. quędã. ff. de ſtat. homi. & hoc videt̃ probari ex text. l. huius, vt in ea dicemus, dum onus dotandi ſororem filio imponitur, cui tota hæreditas defertur, ſed certè hæc determinatio,

49 minatio, † quòd appoſitione ſucceſſoris, intelligatur de vniuerſali; temperanda eſt, niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat: quæ ſemper inſpicienda eſt, & ex eius qualitate fieri debet omnis interpretatio, ſecundùm Bal. in l. ij. C. commod. Alex. in rubr. & in l. j. ff. de iuriſdi. omn. iudic. & in rubr. ff. ſol. matr. col. 6. Andr. in c. 1. qual. olim feud. aliena. pot. & propriè in hac materia de præſtando paragio, dixi ſupra, particularem ſucceſſorem cõtineri in feudo ex pacto & pro-
50 uidentia. † Item ſi procederet opinio, quòd patruus excluderet filiũ primogeniti, vt arguit Andr. in conſtit. Comitibus. pen. col. tunc ſi filius primogeniti fuiſſet hæres inſtitutus vniuerſalis ſine aſſenſu Regio, patruus caperet feudum, & diceretur hæres particularis in feudo, & nepos eſſet hæres vniuerſalis in omnibus alijs bonis & iu-
51 ribus defuncti. † Item ſi cum aſſenſu regio pater teſtaretur particulariter de feudis inter filios ſuos eos inſtituendo, ſine dubio quilibet pro rata feudi & portionis ſuę ad paragium teneretur. Secus ſi legando, vno hærede vniuerſali
52 inſtituto, † quia hic legatarius ad onera non tenetur, ſicut nec ad Releuium curiæ quod præſtatur ab hærede ſuccedente in feudis ex
53 cõſuetudine Regni: † & ideo aduertatur in præſtatione aſſenſus Regij ſuper legato, vt reſeruetur Releuium quod eſſet præſtãdum, aliàs legatarius, qui non eſt habiturus inueſtituram, cùm habeat aſſenſum, non poteſt moleſtari, nec hæres vniuerſalis qui non habet feudum; & ex his videtur deceptus Iaſ. in d. 2. not. dum ſubijcit limitationem de feudo recepto pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque: quaſi ſimpliciter conceſſum intelligeretur pro hærede vniuerſali tantum: nam intelligi poteſt etiam de filio hærede ac ſucceſſore, ſeu de alio agnato, qui ſecundùm conſuetudinem feudorum ac Regni conſtitutiones poſſet ſuccedere in feudo, etiã quòd non eſſet hæres vniuerſalis, vt latè per Andr. in d. c. 1. an agna. & in d. §. & ſi clientulus, cum ſim. & hunc ſucceſſorem eſſe dicimus, vt ſuprà probaui: cætera dicam in textu.

SVMMARIVM.

1 Filij naturales, etiam quòd fuerint legitimati non ſuccedunt in feudis, niſi ex certa ſcientia fuerint etiam quoad feuda legitimati, uel per ſubſequens matrimonium, cum ſolennitate ad id requiſita.

2 Filius naturalis, qui poſtea fuit legitimatus expreſſè ad feuda, an excludat ſororem legitimam primogenitam à ſucceſſione.

3 Filij naturales quamuis latè legitimentur & reſtituantur natalibus, non admittuntur in regno Neap. ad honores ſedilium, quibus alij eiuſdem familiæ admittuntur.

4 Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſecundogenitũ legitimum

legitimum ratione primogenituræ.
5 Clericus non ſuccedit in feudis, etiam quòd velit dimittere habitum.
6 Cardinalis non ſuccedit in feudo. Quid in officijs tranſmiſſibilibus ad hæredes.
7 Clericus, qui eſſet primogenitus, & excludatur à ſucceſſione feudi, habebit vitam & militiam in feudis.
8 Clericus primogenitus non excluditur ab alio, ſed ſeipſum excludit.
9 Conſuetudo eſt ſtricti iuris, quatenus loquitur, eatenus diſponit.
10 Vita & militia datur loco alimentorum clerico, potius quàm conſtitutionis iure.
11 Filio rite exhæredato non debentur alimenta.
12 Vitam & militiam ex feudo ſecundogenitis deberi, conſtitutione Regni expreſſe cautum eſt.
13 Vita & militia eſt onus feudi, ſicut paragium. An de his compromitti poſſit, cum de onere feudi non poſſit tractari ſine lege aut Dñi permiſſu.
14 Diſpoſitio illa non poteſt dici contra libertatem eccleſiaſticam, per quam limitatur poteſtas ſubiectorum circa res ſuas, etiam ſi talis limitatio induceret priuationem lucri perſonarum eccleſiaſticarum.
15 Eccleſiarum naturali facultati quando nihil detrahitur circa res uel perſonas, ea diſpoſitio non poteſt dici contra libertatem Eccleſiæ.
16 Feuda cum concedantur & teneantur à Rege, quicquid circa ea diſponitur, non poteſt dici contra libertatem Eccleſiæ.
17 Clericus an poſſit habere feudum, pro quo præſtatur ſeruitium reale, ut in Regno Neap. in quo præſtatur Adhoa.
18 Clericus in minoribus ordinibus, vel in prima tonſura tantum, an poſſit ſuccedere in feudo.
19 Argumentum à ratione legis expreſſa fortiſſimum eſt.
20 Clericus ad clericatum in fraudem inductus, vt excluderetur à feudi ſucceſſione, qua cautela iura feudi recuperet. num. 22.
21 Clericatus character ſemel affixus, etiam per dolum remanet.
22 Conſtitutio Regni, in aliquibus, vt clerici filij excludantur, an intelligi poſſit reſpectu etiam bonorum burgenſaticorum.
23 Conſtitutio laicorum quantumuis fauorabilis non includit clericos ex defectu poteſtatis.
24 Lex ciuilis quando eſt generalis, & rationalis, & fauorabilis, & canones non contradicunt, habet locum etiam in clericis.
25 Filiorum appellatione in Regno, tam maſculi, quàm fœminæ continentur in ſucceſſione feudorum, etiam dignitatem habentium. & nu. 27.
26 Maſculinum non concipit fœmininum de iure communi in ſucceſſione feudorum Comitatus & dignitatis.
28 Maſculinum an in contractibus concipiat fœmininum de iure communi. De conſuetudine tamen Regni fœminæ includuntur. nu. 33.
29 Filiorum appellatione in Regno Neap. in his, quæ reſpiciunt ſucceſſiones & contractus, veniunt fœminæ.
30 Fœminæ in his, quæ reſpiciunt ſucceſſionem & in contractibus, ſalua

prærogatiua, maſculi præferuntur.

31 *Emphyteuſis in ſucceſſione, vtrum fœminæ includantur, inſpicienda eſt conſuetudo patriæ.*

32 *Emphyteuſi in iudicanda perpetua, uel ad tertiam generationem attenditur conſuetudo loci.*

34 *Verba in contractibus ſtrictè eſſe accipienda, intelligendum eſt ſecundum conſuetudinem loci.*

35 *Conſtitutio Regni, in aliquibus, an ex rub. in verb. Filiorum, extendatur ad nepotes. & nu. 39.*

36 *Filiorum appellatione fratrum etiam filios contineri, in fauorabilibus ſine dubio procedit.*

37 *Statuto excludente filias per maſculos, neptis continetur.*

38 *Nepotes filiorum appellatione comprehendi, id procedit, cum ſubiectæ materiæ ratio diuerſum non exigit.*

Filiorum.

1 DE naturalibus filijs non loquitur, † etiã quòd fuerint legitimati. c. naturales. ſi de feud. conten. ſit inter do. ibi Andr. Aluar. & alij: niſi ex certa ſcientia fuerint etiam quò ad feuda legitimati, ſecũdùm prædictos Doct. & Curt. in 3. parte ſui tractatus. & D. Matth. de Affli. in conſtit. Honorem. vel niſi fuerint per ſubſequẽs matrimonium legitimati, c. tanta, qui fil. ſint leg. cum ſolennitate tamen de qua in conſtit. ſancimus. Circa hæc dubi-
2 tari poſſet, † ſi pater habeat filiam legitimam primogenitam, & filiũ naturalẽ, qui poſtea fuit legitimatus expreſsè ad feuda, an excludat fœminam à ſucceſſione ratione ſexus? Et quòd excludat, videtur probari ex his quæ Andr. & alij dicunt in d. c. naturales. de voluntate & poteſtate patris legitimantis multa adducit Aſten. in ſuo tract. ſtatuto. Ant. Roſell. in tract. legitimationis. & Io. Licirie. in prædicto lib. Marti. de Laud. in diſp. Augerius. Ex diuerſo videtur conſiderandum, quòd aut feudum nõ 3
eſt hæreditarium, aut eſt hæreditarium, primo caſu, ius eſt quæſitum filię, ergo priuilegium legi- 4
timationis, etiam quòd dicat ad feuda, non debet intelligi vt de- 5
roget iuri alterius; quia locum habere poterit, vt cenſeatur habilitatus in caſu quo ſolus reperire- 6
tur, & alteri præiudicium non fieret, & in Domini præiudicium, vt in l. veteribus, ff. de pact. & in l. j. ff. de conſti. princ. Aut feudum eſt 7
hæreditarium, & adhuc fieret iniuria fœminæ, quæ repelleretur à ſucceſſione per fratrem legitimatum. §. quoniam, in auth. quibus mod. nat. effi. legit. Non eſt præſumendum, patrem hoc facere voluiſſe. l. j. §. ſiquis à patre. ff. ne quid in loc. publi. per Bal. in c. filij. ſi de feud. fuer. contro. inter do. & agn. Ergo intelligetur legitimatio quò ad feuda, ad quæ in eodem gradu aliquando vocaretur & admitteretur: idq; magis dicendum foret in feudis, quàm in allodio ob qualitatem

litatem & habilitatem perſonæ; quæ magis in feudis requiritur, vt in conſtit. Honorem. not. Caſſan. in conſi. 8. verſ. 3. Sed cùm non reperitur integra in filio etiam legitimato, per multa quæ congerit Io. Licirier. in d. trac. primogenituræ. lib. 1. q. 13. Bal. in c. 1. de conſtit. Bal. in l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de legat. 2. Bal. in c. per tuas. de maior. & obed. vnde inoleuit vſus in hac
3 ciuitate, † quòd quamuis latè legitimentur & reſtituantur natalibus, nō admittuntur ad honores ſedilium, quibus alij eiuſdē familiæ potiuntur, etiā ſi fortè naſcantur ex matre nobili, ſecundū Matheſ. in diſput. Augerius. Sed an iure vel iniuria non decido. Putarem in propoſita quæſtione dicēdum, quòd prius legitimanti inſinuetur de filia, vt non ſit argumētis certandum: ita ſentit Iacob. de Beluiſ. in §. ſi verò, quem refert & ſequitur Salic. in auth. idemq́;. C. de natu. lib. Et iſta procedunt ex mēte Luc. de Penn. in l. eos. C. de his qui ſponte. lib. x. Ab eadem dubitatione non longe eſt illud mot. Siquis filiam habeat legitimā, deinde naturalem filium, quē prius ſuſceperat ex concubina, per ſubſequens matrimonium legitimet, an filia excludenda ſit? Dubium facit, quòd in c. tāta. & in c. 1. qui fil. ſint legi. ſoli admittuntur ad ſucceſſionem, vel cum alijs. De excluſione non fit mentio, ergo nō eſt dicendum, lege nō expreſſa, quòd ſuſceptus ex concubina repellat à ſucceſſione in feudo, Comitatu, vel Baronia, filiam ex nobili matrimonio procreatam, eaque eſſet ſolam dotem ab ignobiliori manu habitura, ab abſurdo vitando, l. nam abſurdum. ff. de bon. liber. p Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de Epiſ. & cler. à ceſſante lege, l. illam. C. de colla. videretur non excludi, & in terminis feudalibus naturales non excludūt, ꝙ etiam ſi poſtca legitimi fiant non admittūtur, §. naturales. in cap. 1. ſi de feud. conten. ſit. vbi nulla fit diſtinctio, licèt Glo. & Doct. aliter ſentiant; ſed hæc quæſtio per aliam deter-
4 minatur, quæ illis ſimilis eſt, † de legitimato per ſubſequens matrimonium, an excludat ſecundogenitum, ratione primogenituræ, de qua latè ſcribitur per Goffre. & Hoſt. per Ioan. And. in regul. ſine culpa. in mercu. & determinat pro ſecundogenito; latè tractatur per Anto. Roſell. Alberi. & Io. Licirier. in præallega. locis. per D. Matthe. in d. §. Naturalis. & per Præpoſit. in d. c. per venerabilem. Iaſ. & Moder. in l. Gallus. in §. & quid ſi tm̄. ff. de lib. & poſthum. latiſſimè per Luc. de Penn. in l. eos. in 2. q. C. de his qui ſpōte. lib. x. Et iſta quæſtio videtur fortior in Regno, vbi prærogatiuam ætatis attendendam dicit conſtit. ſequens. ibi, Sexus & ætatis prærogatiua ſeruata; nulla facta mētione verbi legitimi. & hāc quæſtionem determinat Andr. in d. §. naturales. ſi de feud. cōten. ſit. & in c. 1. de mat. ad morga. contr.

in fauorem primogeniti: & ita tenent multi, vt per Curt. in tracta. feud. 3.part. q.2. ¶ Mihi videtur, ad determinationem huius quæſtionis, pro parte legitimati non debuiſſe adduci tex. in l.cùm quis. C.de natur.liber.ad quem ſe refert tex.in §.fin.Inſtit.de nup. Nam illa iura loquuntur in ea controuerſia, quæ erat inter ſuſceptos poſt matrimonium contractum, & eũ qui ſuſceptus erat ex eadẽ matre, atque in hac controuerſia diſponitur vt hic ſit legitimus,& adducuntur duæ rationes in l. quarum neutra hunc caſum,de quo loquimur,includit. Prima eſt,quia affectio prioris ſobolis præſtitit occaſionem matrimonio: iſto caſu natus eſt nulla occaſione prioris ſobolis, immo aduerſus priorem ſobolem. Secunda ratio eſt, quia veriſimile videtur, ab initio patrẽ hanc intẽtionem habuiſſe; poſtquàm cum illa contraxit: quæ ratio nõ adaptatur in hoc caſu, quo cum alia prius contraxit,atq; hoc clarius in fine percipitur ibi § *Sed qui ex iiſdem matrimonijs procreati ſunt, ſimili perfruantur fortuna* § & ita loquitur tex. in Auth. quib. mod.effi.ſui.§.quis igitur dotalia, verſ.affectus enim. & verſ.quapropter. & in Auth.quib.mod.effi.legi.§.1. Idemq; dicendum eſt per l. nuper.C.eod.tit.hunc caſum non determinari, cùm in eiſdem ferè terminis loquatur: idem quoque dicendum eſt de tex.in c.1. qui fil. ſint legi. vbi patruus excludere filium intendebat,non erant in eodem gradu; vt in propoſita quæſtione,ideo ꝑ eo nõ debet adduci. ¶Nec obſtat tex.in c.tanta.vbi videtur legitimationem ex vi matrimonij prouenire; & ideo concludo generaliter omni caſu idẽ operari debere. Nam meo iudicio nõ ex vi ſacramenti, atque ex natura matrimonij hic effectus producitur; ſed ex attributione & conceſſione facta per legem poſitiuam, vt probatur in d.§.fi.ibi,ex noſtra conſtitutione. ita ꝙ prioris iuris non fiebant legitimi antea nati, & probat clarius l.diui.C.de natu. in eo igitᵉ caſu in quo lex tribuit hanc vim, habet legitimandi potentiam. Et rectè dicetur ex vi matrimonij fieri legitimum: ſed vbi legem aut cõſuetudinem non habemus,remanere debet antiqui ac prioris iuris diſpoſitio: nec placet intellectus Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum,ad c.tanta. ꝙ poſt contractũ videlicet habeatur legitimus:quia ſufficit eo tempore quo de ſucceſſione tractatur legitimus reperiatur & primogenitus, ſi per illum tex.aliquid de concurſu vel excluſione aliorum. Tota igitur vis ac fundamentum conſiſtit, ꝙ tex. in §.reliqui. in Auth.quib. mod.effi. ſui.dicit expreſsè hęc verba §*Semel enim eos efficientes legitimos, damus habere etiam ſucceſſiones illas, quas habent hi qui ab initio legitimi ſunt* § Idem apertè dicitur in §.adoptionis,in hæc verba §*Nihil de ſucceſſione ſuper talibus dicendum eſt, nam*

ſicut

ſicut in cæteris ab initio legitimis, oportet etiam in eis fieri ſucceſſiones ¶ De clericis hæc rubr. non loquitur, dum dicit de ſucceſſione filio
5 rum Comitum & Baronũ, † quia clericus non ſuccedit in feudis.c.1. §.qui clericus, ſi de feud. defunct. & in c.an mutus,& in c.1.de milit. vaſſal.qui arm.bell.depoſ.cap.1.in fin.de feud.fœm.etiam ꝙ prius velit dimittere habitum, vt in dictis iurib. ſed hæc latè ſcribuntur per Curt.in ſuo tract.3.par.q.x.& tangit Capici.deciſ.32. Quod ego am
6 plio † etiã ſi eſſet Cardinalis,contra id quod conſuluit Iaſ.in conſi. 117.in 4.vol.quia eius rationes nihil ſtringunt: cùm in materia feudorum Cardinales non reperiantur priuilegiati.& in eis ratio eadẽ militat, quæ in cæteris excludendis,& idẽ dico in officijs quę forte ad hęredem tranſire poſſent, quia per Capitulum Regni clerici ſunt inhabiles ad officia: quo videnda ſunt q̃ ſcribit Palat. in c. ꝑ veſtras.
7 ¶ Sed vtrum† clericus qui eſſet primogenitus & excludatur à ſucceſſione feudi, habebit vitam & militiam in iſtis feudis,per conſti.Comitibus. duæ ſunt difficultates:Prima, quia clericus, & hæc iam diu deciſa eſt, quòd debeatur vita & militia, primò in cauſa Prioris Bari,& me aduocante in cauſa Abbatis Carrafæ, cũ Ill.Principe Hoſtiliani, & ego attentaui vnum & obtinui, quod antea nunquam fuerat iudicatum, vt etiã in linea tranſuerſali aſcendẽti deberetur, meas allegationes retulit, conſcripſit in ſua Paraphraſi D. Loffred. Secunda difficultas eſt, quòd ideo debetur ſecundogenito, quia excluditur à ſucceſſione de conſuetudine iuris Francorum: quia primogenitus prefertur.d.conſt.Co-
8 mitibus.† Sed hic non excluditur ab alio, ſed ſe ipſum excluſit. l.ſi ex cauſa. §.nunc vidẽdum. verſ. ei ſubueniatur. ff.de mino.c.1.§.preterea. quibus mod. feud. amitta.
9 Præterea † conſuetudo eſt ſtricti iuris, quatenus loquitur, eatenus diſponit: in l.de quibus. ff.de leg. in §.ex nõ ſcripto. Inſt.de iur.nat. in c.fi.de conſuet. Ex diuerſo vide
10 tur, ꝙ † hæc vita & militia detur loco alimentorum, & ſic in piam cauſam, quo caſu fit extenſio etiã in cõſuetudine & ſtatutis, per no. in l.illud.C.de ſacroſan.eccl.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.matr. Præterea excluſio clerici ex ſucceſſione, tanq̃ exorbitans & odioſa, quia contra libertatem eccleſiaſticam, debet reſtringi, vt quanto minus poſſit lædat: ſed dando vitam & militiam minus lędit. Pręterea magis videtur attendendus effectus q̃ cauſa, not.in l.debitor. ff.ad Trebell. Bart. in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.ſed licèt clericus ratione ordinis excludatur, in effectu æquè excluditur, ſicuti ſecundogenitus ratione ætatis. Sed adhuc pro prima opinione poteſt conſiderari, quòd ſecundogenitus eſt comprehenſus & vocatus ad ſucceſſionem,licèt ei primoge-

nitus præferatur, ideo valet refutatio fratris primogeniti, dum caret liberis in ſecundogenitum, tãquàm proximè ſucceſſurum ſine aſſenſu. Nimirum ſi ex fructibus debeat ali ſecundogenitus, At hic qui fuerat primogenitus, ratione clericatus omnino excluſus, ideo
11 nec debet ali ex feudo † probatur hoc in filio exhæredato. not. in §. cauſas. in Auth. vt cum de appel. cogno. & de iure ciuili in filijs ſpurijs, licèt de æquitate canonica aliter ſtatuat. c. cũ haberet. de eo qui dux. Et ſi dicatur, ꝙ hac ratione attenta, nec ſecundogenitus clericus deberet habere vitam & militiam. Reſpõdetur, quòd habemus conſtitutionem expreſſam, ꝙ de-
12 tur † vita & militia ſecundogenitis. Qualitas clericatus ab ea non repellit, quia nõ eſt quid feudale, cùm præſtetur in pecunia, nimirũ ſi fuerit iudicatum pro ſecundogenito: ſed primogenitus clericus, excluditur expreſsè à ſucceſſione, & de vita & militia legem nõ habet, & in cauſa Abbatis Carrafæ emanauit reſcriptum Imperatoris noſtri Caroli V. Dat. Bononiæ in anno 1530. ſubſcriptum pro Regente à Domino Io. Antonio Muſcetta, quòd vita & militia non præſtaretur, in caſu conſtitu. non comprehenſæ, nec de extenſione aliqua tractari deberet: & ꝑ hoc reſcriptum oportuit me oſtẽdere, ꝙ ille caſus cõſtitutione comprehendebatur: quia eramus in linea aſcendente: hoc reſcriptum facit legem. §. ſed quod Principi. Inſtitu. de iur. natur. gent. & ciuil.
13 † ſine dubio vita & militia eſt onus feudi, ſicuti paragium, vt in c. alienationis actus: nõ poteſt tractari de onere feudi ſine lege, aut domini permiſſu. c. 1. §. profectò. qual. olim feud. pot. alien. c. Imperialem, cum ſim. de prohib. feud. alien. per Feder. & ideo vtrum debeatur, compromitti non poteſt, licèt etiam circa quãtitatem compromittendam repugnauerit D. Io. Martialis tunc Collega meus, quia ex quãtitate feudum lædi poteſt. Et ego dicebam, quòd aperto feudo potuiſſet Dominus ſe defendere, non obſtante laudo ſuper quantitate vitæ & militię; fuit diſcuſſum inter fratres de Sarracenis & poſſeſſores poſt rebellionem Baronis Torellæ.

¶ Nec obſtat ꝙ fieret contra libertatem eccleſiaſticam, quoniã hoc non videtur verum in hac materia feudali, per duas rationes quas aſſignat in ſimili Alberic. de Roſat. in tractat. ſtatut. 2. par. q. 2. Pri-
14 mò, † ꝙ illa diſpoſitio non poteſt dici contra libertatem eccleſię, per quam limitatur poteſtas ſubiectorum circa res ſuas, allegat Iacob. Butr. in auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccl. etiam ſi talis limitatio induceret priuationem lucri perſonarũ eccleſiaſticarum. l. j. ff. ad leg. Falc. §. ad municipium. l. ſiquis ad declinandam. C. de Epiſcop. & cler. ff. de inoff. teſtam. l. Papinianus. §. ſi Imperator. Sed in materia feudali

dali poteſtas ſuccedendi tollitur & limitatur per dominum feudi, cuius feudi ratione etiã clerici eſſent ſubiecti Domino laico. c. verum. & c. cæterum. de iudic. ergo non fit contra libertatem eccleſiæ.
15 Secundò, † quando naturali facultati eccleſiarum nihil detrahitur circa res vel perſonas, ea res nõ poteſt dici cõtra libertatem eccleſię: quia ſecundum Alberi. ibi, Libertas eſt naturalis facultas, eius quod cuique facere libet, niſi vi aut iure prohibetur. l. libertas. ff. de ſtat. homi. Inſt. de iur. perſo. Sed excluſio fit iure circa feuda, quæ conceduntur & tenentur ab ipſo Rege: ergo
16 † quicquid circa feuda diſponit, non poteſt dici contra libertatem eccleſiæ: & propterea clericus non poteſt de aliquo cõqueri, qui potius voluit eſſe miles ſpiritualis, quàm carnalis, vt not. per Andr. in d. c. 1. de milit. vaſſal. & in c. 1. de cler. qui inueſt. & in c. 1. ſi de feud. dif. mili. licèt aliquando æquiparentur miles cæleſtis militiæ & terreſtris, ſecundum gl. in l. miles. ff. de re iud. in c. Odoardus. de ſolut. in l. ſtipendia. de execut. rei iud. niſi aliter in vno quàm in alio iure cautum ſit, vt per Abb. in c. 1. de cleric. ægrot. per Alexan. & alios in d. l. miles. In hoc dubio fuit tranſactum inter Don Colam Caietanum clericum primogenitum & Don Ferdinandum ſecundogenitũ, qui ſucceſſit in feudis. Putarem, quod ſi aliũde hic clericus non haberet, deberẽt ſibi præſtari alimenta à fratre de fructibus feudi hęreditarij: magis officio iudicis quàm condictione ex conſtit. Comitibus. ex his quæ dicuntur de dote. ¶ Limitatur iſta concluſio tribus modis inter cæte-
17 ros per Doct. † Primò non habere locũ quando ratione feudi pręſtaretur ſeruitium reale, vt in Regno, in quo præſtatur Adoha, vt per Abb. in c. in pręſentia, de proba. & per feudiſtas in d. c. 1. de milit. vaſal. qui arm. & Andr. in d. c. 1. de cler. qui inueſt. fec. cũ locis vulgar. Iſta limitatio in Regno non admittitur ſecundùm Capic. in deciſ. 32. Quia Rex præcisè põt compellere, vt ſeruiat feudatarius perſonaliter, ſecundùm Andr. in cap. quis dicatur Dux. Ego autem dico ad hoc, quantumcunque Rex elegerit, Adoham præſtari pro ſeruitio, vti communiter, numquam tamen clericus fuit admiſſus. Nam quamuis præſtetur Adoha, adhuc debet vaſallus Dominum periclitantem ſponte adiuuare, nec derelinquere. c. 1. hic finitur lex. & ſi de feud. fuer. controuer. §. licèt vaſſallus. Glò. in verbo, Requiſitus, in c. 1. de nou. for. fidelit. ſi poſſet Dominum adiuuare: & nõ facit, quia eſt contra formam fidelitatis, de qua in c. 1. de nou. for. fidelit. Ideo etiam quod præſtetur Adoha, intereſt Regis non habere clericos feudatarios, ſed milites. Secundò li-
18 mitatur, † quando clericus eſſet in ſacris conſtitutus, ſecus ſi eſſet clericus in minoribus ordinibus, vel in prima tonſura, ſecundùm Bal. in d.

in d.c.1.ſi de feud.def.mil.per Car di.in §. & quia vidimus. qui feud. dar.poſſ. per Lucam de Penn.in l. nullus.C.de decur.lib.x. Iſtud etiã nequaquam videtur verum. Primò,quia tex.in c.1.de benef.fœm. excludit clericum etiam ſi habitũ prius poſuerit. Hoc non poteſt intelligi de eo qui eſt in ſacris. in Auth. de ſanc.Epiſc. §. & generaliter.ergo loquitur de non conſtituto in ſacris. ¶ Secundò arguen-
19 do † à ratione lege expreſſa, in d. c.1.de milit. vaſal. qui arma bell. Quod eſt fortiſſimum argumentum,vt not.in l.cùm pater. §.dulciſſimis. ff.de leg.2.in l.ij.C.de noxalib.Dicitur enim in d.c.1. de milit.vaſal.deſijt eſſe miles ſeculi,qui effectus eſt miles Chriſti. Nec beneficium pertinet ad eum qui nõ debet gerere officium, iſta ratio pertinet etiam ad eos qui nõ ſunt in ſacris.c.duo ſunt genera,de ſenten.excomm.c.ſi clericus.& c.ſi diligenti.de foro comp. ergo iſta limitatio non videtur vera.
20 ¶ Tertiò limitatur, † quando quis fuiſſet inductus in fraudem ad clericatum,vt excluderetur. Ita limitat Curt.in præalleg.loco, allegat Iacob.de Beluiſ.in d.c.1.de benefi. fœmi. iſta limitatio non videtur vera, retentis terminis concluſionis communis, quòd loquitur de
21 conſtituto in ſacris; quia † character clericatus ſemel affixus etiam per dolum, remanet c. conſtituit. 20. q. 3. & in ſpiritualibus fraus & dolus alterius non irritat nec annullat actum. c. cùm dilectus. de his quæ vi metusve cau. Dicebam aliàs in quodam Comite, qui volens prouidere de beneficijs ſecundogenito, qui erat infans, fecit clericari filium primogenitum,vt effecto maiore ſecundogenito,renunciaret illi beneficia,quòd tunc quia omnino ceſſat conſenſus huius primogeniti ad clericatũ, non excludatur à ſucceſſione feudi. Iſta differentia conſideratur per Abb. in d.c.cùm dilectus. per ea quæ dicuntur per Io. Andr.in c.1.de commoda.& not. in c.cùm locum. de ſponſal. Cautela erit, ꝙ dum dubitatur de morte patris, renunciet beneficia, & dimittat habitum clericalem,qui non eſt in ſacris, licèt per conſt. Clementis VII. tenẽtes beneficia non includantur ſub cẽſuris, non incedentes in habitu & tonſura, prout ſæpe iudicauimus; niſi ſit ſatis minimum beneficiũ, vnde fraus detegat: iudicauimus in quodam clerico Auerſano inquiſito qui nòn fuit remiſſus. Ad hoc igitur vt ſuccedat in feudo, renuntiet ſtatim beneficia, & dimittat habitum antequàm feudũ aperiatur domino, vel proximiori,& ſic ceſſabunt argumenta Andre.in d.c.1.de milit.vaſal. Et miror, ꝙ Capici.collega meus in deciſ.115.adducat autoritatem And. in d.c.1.de milit.vaſal.& de benefic. fœmi. ad deciſionem illius caſus; in quo exiſtente illa in monaſterio,pater fuerat mortuus,& erat feudum acquiſitum primogenitę: quo

quo caſu Andr. tenet contrarium in d.cap.1. de benefi.fœmi.& ideo ipſemet innititur regulis tertij ordinis, ſed illa deciſio reijcienda eſt à numero deciſionum. S.C.vt etiã multa quę ipſe ſibi nullo iudicante conſcripſit.

¶ Sed vt de clericis & perſonis ec-
22 cleſiaſticis, hoc verbum † filiorũ, & hæc conſtitutio intelligi poſſit reſpectu bonorum burgenſatico-
23 rum: dubitationem facit, † ꝙ cõſtitutio laicorum quantumuis fauorabilis non includit clericos ex defectu poteſtatis. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſtit. auth.caſſa. C.de ſacroſan. eccl. ſcribit multa Neap. in procemio conſuetu. in verb. Tenorem. Circa conſuetudines illas, vtrum ligent clericos: vnde ſequeretur, ꝙ clericus frater nõ excluderet ſororem dotando, ſed ſimul ſuccederet cum ſorore: ſed dicas ꝙ non oportet hanc dubitationẽ facere de clerico in hac conſtitutione; cùm per eum ſoror excludatur, & ſic non tangitur clericus: & ſi ſoror eſſet monialis, dicas in conſtitutione receptum eſt, tamen in Regno eſt iudicatum, ꝙ etiam ſi clericus ſit frater, hoc iure ſorores vel admittimus, vel exclu-
24 dimus. Et pro hoc facit, † ꝙ lex ciuilis quando eſt generalis & rationabilis & fauorabilis, & canones non contradicunt, habet locũ etiam in clericis: ita tenet Abb.in d.c. Eccleſia S.Mariæ, in tertio caſu, & ſequuntur Feli. & Dec. & allegant tex. in c.1.de oper.no.nun. cum alijs vt per eos. ¶ Ex hoc Filiorũ verbo, huius rubricę, quod ex nigro declaratur, (vt communibus vtar verbis) ſecundùm Alex. in l.j. ff. ſi cert. pet. poteſt colligi,
25 † ꝙ in Regno appellatione filiorum, tam maſculi quàm fœminæ cõtinentur: quia tractatur hic de ſucceſſione filiorum maſculorũ, & præcipuè fœminarum, vt infrà dicetur, & vnica ratione ac verbo, De ſucceſſione filiorum præponitur. Et licèt regulariter de iure cõmuni appellatione filiorum comprehendantur fœminæ, vt per gl. in c.generali. de elec.in 6. per Bar. in l.j.in l. liberorum. in l.pronuntiatio.ff.de verb.ſign. & in l.ſiquis id quod.ibi Iaſ.latè.ff. de iuriſdict. omn.iud. Deci.in l. fœminæ.ff.de reg. iur. ideo appellatione fratris venit ſoror.Bar.in l.Lucius.§.quęſitum. ff.de leg.3. licèt ſecus ſit de conſuetudine Neapolitana: & nepotis appellatione neptis continetur. Bal.in l.ſcimus.in fin. C.de inoff.teſta. Alex.in l.j.C.de ſucceſ. edic.in l.tres fratres.ff. de pac.Pau. & Alexand. in l.humanitatis.C.de
26 impu. † tamen in materia feudali ſeu in ſucceſſione feudorum Comitatus & dignitatis de iure communi maſculinum non concipit fœmininũ: vt per Abb. in c. cùm dilecti. de arbitr. Iaſ. in d.l.ſiquis id quod, in prima limita. Martin. de Laud. in tracta.de primogenitura, Innoc.& Abb.in c.ſignificauit.de reſcript. Io.de Imol. & Philip. in c. grandi. de ſuppl. neglig. prælat.

prælat. Glo.& Archi. in c.cùm deuotiſſimam.12.q.2. Bal.in l.j.ff.de
27 ſenat.Albe.in proœm.ff.† Sed per hoc ius Regni quoniá habilis eſt fœmina ad ſuccedendum in feudis etiam dignitatum, contra diſpoſitionem iuris feudorum, appellatione filiorum veniunt fœminę etiam in magnis feudis & habentibus dignitatem: & hoc latè probat Loffr. in conſi.39. per totum, & reſoluit diſceptatio, an ius primogenituræ cadat in fœmina, de quá p Licirier.in d.trac.q.19. in fi.
28 Et ex hac cóclusione infertur,† q́ licèt dubitari poſſit, an in contractibus maſculinum concipiat fœmininum: nam aliqui tenent q́ ſic, ſecundùm Guil. de Suza.in l. veteribus.ff.de pact. & per Docto. in c.in præſentia.de proba. Aliqui verò tenent contrarium, vt permulta firmauit in conſ. Burgun. tit.1.§.2. Alciat. in l.j. ff.de verbo. ſignif. Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.
29 iuris. † Tamen in hoc regno in his quæ reſpiciunt ſucceſſores, ſeu ſucceſſiones, etiam in contractib. appellatione filiorum veniunt fœminæ: vbicunq; enim materia eſt indifferens reſpectu maſculorum & fœminarum, maſculinum concipit fœmininum, vt l.diuus.ff.de iur.fiſc.l. ſiquis in tantam.C.vnde vi.l.ſi ita, cum concor. ff.de leg.3. Bart.in d.l.j. ff.de verb.ſign.in caſu l.ſiquis. C.ad le.Iul.Maieſt. fuit declaratú cótra Comitiſſam Montis auri, de eius rebellione etiá poſt mortem: ſed in Regno fœmina vocatur ad ſucceſsionem, licèt maſculus præferatur, vt infra dicetur,
30 † ergo etiam in his quę reſpiciunt ſucceſsionem & in contractibus, ſalua prærogatiua maſculi, fœminæ cóprehenduntur; & dicit Imo. in cap.potuit.de loca. quem refert & ſequitur Iaſ.in l.2. C. de iur.em-
31 phyt. † q́ in emphyteuſi, vtrum fœminæ includantur, inſpicienda eſt conſuetudo patriæ. Roma. in conſil.35. Iaſon latè in l.vt liberis.
32 C.de collat.† ſicut in iudicádo emphyteuſim perpetuam, vel ad tertiam generationé, attenditur conſuetudo loci, vt §.emphyteuſis.in auth.de non alienan. Par.de Put. in tract.de reintegr.feud.c.155. & 174. & poſtquam vidimus eccleſias communiter perpetuo concedere ſolitas etiam pro hæredib. extraneis, fuit in conſilio iudicatú perpetuas eſſe conceſsiones cenſendas non apparentes, atque tranſitorias ad extraneos: ſed de conſuetudine Regni, de qua in hac con-
33 ſtitutione † fœminæ vocantur ad ſucceſsionem, ideo etiam in contractibus includuntur; faciút quæ dicuntur per Salic. in d.l.ij. in fin. per Bald. & Petr.de Anch. in l.tres fratres.ff.de pact. Alex.in l.Gallus. §.1.ff.de libe.& poſthum. Iaſ.in d. l. ſiquis id quod. 8. limit. & hanc ſententiam confirmant dicta per Bart.in l.iuſiurandi, in §. ſi liberi. ff.de oper.libertorum. Bald.in l.liberti, libertæque. C.eod.titu. Andre.& Aluarot.in cap.1. de his qui ſi. & hære.ſu.

Nec

34 ¶ Nec obſtat, † q in contractibus verba ſtricte accipimus, l. quicquid aſtringendæ. de verb. oblig. quoniam intelligenda ſunt ſecundum cõſuetudinem Regni. l.ſemper in ſtipulationibus.ff. de regul. iur.l. quod ſi nolit.§.quia aſſidua. ff.de ædilit.edict.latè tractatur per Feli.& Dec.in c.cum M.Ferrarienſis,de conſti.Dec.in d.l.ſemper in ſtipulationibus. faciunt dicta per And.in conſt. vt de ſucceſſ.& in c. Imperialem. §. præterea Ducatus. de prohib.feud.alien. per Feder.& in c.1.§. huius autem generis. quæ ſit prim.cau.benef. amitten. & in c.1. §.& ſi libellum, de alien. feud. pat.per Loffr.in conſi.1.nu.118. cũ ſeq.& 121.in pen.& vlt.col.& in d. conſil.39. & Mod. Pariſ.in d.tit.1. §.22. & dicam infra.

¶ Ex hac eadem rubrica & verbo
35 † Filiorum, in ea poſito, colligi etiam poterit, nepotes filiorum appellatione contineri: quia non de filijs tantum, ſed etiam de nepotibus conſtitutio loquitur: & ita declarat Andr.in conſtit.ſeq.in ver.filij
36 autem fratrum, † & in fauorabilibus ſine dubio procedit.l.iuſta interpretatione.ff.de verb.ſigni. Bar. in d.l.liberorum, eod.tit. & dicit Alciat.in l. venia. C. de in ius voc.
37 † quòd etiam in ſtatuto excludẽte filias per maſculum, neptis continetur, quia fauorabilis eſt diſpoſitio, vt infra dicetur. Et pro hoc facit tex. ponderatus à Zaſ. in l.ij. ff. de orig. iur. ibi, Demarathi filiũ, cùm de Tarquinio loquatur, qui fuit Demarathi nepos: & dicit
38 hoc procedere, † cùm ſubiectę materiæ ratio diuerſum non exigit, vt latè per Doct. in l. Gallus. §.inſtituens. de libe. & poſthum.& in ſimili ſtatuto ita conſiderat Alex. in conſi.89.vol.6. Nec inconuenit Rubrum minus indicare quàm in nigro contineatur, ſicut aliquando generalior eſt ipſa lege, ſeu nigro. ſecũdum Bar.& alios in d.l.j. ff.ſi cert.pet. quia vnum per aliud declaratur, ſecundum gl. & Bald. in l.j.in verbo, retractare. C. ne liceat tertiò prouoc. Bal.in l.fi. ff.de hære.inſtit. Glo.in c.fi. de offi.deleg.in 6. & in c.tibi. de reſcri.in 6. per Imol.in rubr.ff.de verb.oblig. Luc.de Penn. in rubr. de iur. fiſci. not.Andr.de Iſer.in rub.quæ ſint regal.circa princ. Et hoc apparet
39 † in iſta rubrica, quæ licèt dicat de ſucceſſione filiorum Comitum & Baronum, tamen in lege diſponitur de filijs & nepotib. de quibuſcunque militibus & burgenſibus, vt infrà dicetur; & hæc ſatis ad verbum filiorum.

SVMMARIVM.

1 Comes qui dicatur ſecundum noſtra tempora.
2 Comites qui dicerent apud Romanos.
3 Dux qui diceretur apud Romanos, & vnde proceſſit hoc nomen, cuius titulo hodie quis illuſtratur.
4 Feudum, nouum eſſe nomen, licèt non deſint, qui illud à Græco tractum eſſe autument.
5 Duces fuiſſe à ciuitatib. adſcitos atq; electos

electos tanquam officiales & iuſtitiæ miniſtros.

6 Duces & Comites in pleriſque Italiæ ciuitatibus Regalia omnia exercent, & ſunt tanquàm præſides prouinciarum, quia qualibet Baronia eſt vna prouincia.

7 Regnum Neap. totum reputatur vna prouincia, ideo Regalia non transeũt in infeudatum, ſiue Comitis, aut Ducis titulo ſit illuſtratus.

8 Baro ſeu Comes eſt ſuorum uaſallorũ iudex ordinarius, non tamen habet cognitionem appellationum, niſi expreſſè dicatur in priuilegio.

9 A Barone appellatur ad iuſtitiarium prouinciæ, in qua feuda ſunt ſita.

10 Baro & Comes non habet collationem beneficiorum in terris ſuis.

11 Rex, ex quo eſt vnctus ſacro chriſmate, habet beneficiorum collationẽ, & de eis tanquàm iudex eccleſiaſticus cognoſcere poteſt, alijs tamen id communicare nequit.

12 Præſentationi ad beneficia pertinentiũ cognitio ſpectat ad Papam vel ad ordinarium, niſi quò ad effectum denegandi executionem collationis factæ in præiudicium ſui iurispatr.

13 Ius patronatus Regium non tranſit in Baronem, niſi expreſſè dicatur in priuilegio, licèt aliàs tranſiret cum vniuerſitate.

14 Portulaniæ ius, quod ſpecificè ſolet impetrari, non transfertur per ſimplicem infeudationem.

15 Iuriſdictio conceſſa cenſetur per ſimplicem infeudationem, cumulatiuè tamen ad maius magiſtratum, qui in Regno Neap. dicitur magna Curia.

16 Captura præfertur in Regno priuilegijs quibuſcunque, & non fit remiſſio, ex cauſa publicæ vtilitatis ob multitudinem malefactorum.

17 Duces & Comites Regni Neap. an ſubalterni & ſic nomine tm̃, an realiter dici poſſint Duces & Comites.

18 Baronia quæ ſit.

19 Baro vt ſpecies, & vt genus quomodo accipiatur.

20 Baronibus bannitos ſeu malefactores receptantibus pœna impoſita habet locum in iſtis qui habent caſas & tuguria in eorum feudis.

21 Duces, Marchiones & Principes an ſub nomine Baronum comprehendantur in cõſtitutione Regni, in aliqbus.

22 Cardinales non comprehenduntur ſub generali qualibet diſpoſitione.

23 Extenſionem de perſona ad perſonam, ad excluſionem et damnum alterius, fieri ius non patitur.

24 Conſtitutio fauorabilis eſt extendenda ex identitate rationis ad eos qui ſub generali expreſſorum vocabulo comprehenduntur.

25 Expreſſio gratia exempli facta diſpoſitionem non reſtringit.

26 Principes qui ſtrictè ſint, quiq; largè ſumpto vocabulo.

27 Princeps agentium in rebus, dignitas officij eſt.

28 Princeps appellat̃ primogenitus Regis.

29 Primogenitus Regis Neap. appellatur Dux Calabriæ.

30 Princeps propriè dicitur Rex, vel Imperator, et is dicitur ſolutus legib.

31 Principis, qui ſuperiorem non recognoſcit, uoluntas habetur pro iuſta cauſa.

32 In Principe ſemper præſumitur iuſta

cauſa,

cauſa, ut probatio in contrarium non admittatur.

33 *Sacrilegij inſtar eſt, diſputare de Principis poteſtate.*

34 *Principes, vt ſecundas habeãt appellationes, cognoſcãt de crimine læſę maieſtatis, & ſimilia iura, in eos quibus caſtra vendunt, non transferũt, licèt eadẽ iura in uenditione expreſsiſſent.*

35 *Feuda titulata nõ ueniũt in obligatione omniũ bonorũ feudaliũ, nec in aſſenſu præſtito ſuper tali obligatione.*

36 *Baro an poſſit conſtituere dotariũ uxori ſuæ ſuper caſtro vel terra. vſque ad num. 42.*

37 *Caſtrum, quod eſt de dote eccleſiæ, & titulus ipſius non poſt alienari, etiam in caſu permiſſo.*

38 *Obligationem inter generalem, uniuerſalem & indefinitam quæ differentia ſit.*

39 *Specialiter exprimi cum aliquid non eſt neceſſe, æquale ius eſt in genere quod in ſpecie.*

40 *Specialem notam quæ merentur, veniunt ſub obligatione, quando verba ſunt prægnantia & geminata.*

41 *Iuramentum habet vim ſpecifici, & quid in inſtrumentis ex communi ſtylo appoſitum operetur.*

42 *Feudis ſuper omnib. habenti generalem hypothecam, etiam cũ aſſenſu Regis, quando ſuper alijs bonis poteſt ſatisfieri, feuda titulata excipiuntur.*

43 *Creditoris electio ex quauis generali hypotheca, debet eſſe diſcreta, vt niſi in defectum Burgenſaticorum feuda cenſeantur obligata.*

44 *Comites & Marchiones in Regno uocanť ex cõi uſu cancellariæ Conſiliarij collaterales, ideo præferuntur cæteris officialibus Regijs, præter eos qui tribunalibus præſunt, eoſdem etiam in actu conſilio aſſidentes procedunt.*

45 *Feudatarij oẽs, licèt Ducibus, Marchionibus & Comitibus titulo inferiores, Conſiliarij Regij nuncupantur, quia tenentur etiam conſilio Regẽ iuuare.*

46 *Feudo priuari poteſt, qui conſiliũ contra Dñm alij per literas dedit, licèt ad illum literæ non perueniſſent.*

47 *Conatus quando in feudatarijs puniatur, vt ob conatum ſolum ipſi feudo priuentur.*

48 *Feuda & ſic dignitates tpales an ſint compatibiles cum dignitatibus eccleſiaſticis. & ſic an Epiſcopus poſſit eſſe Comes, Marchio, Dux.*

49 *Comes creatus qui erat popularis, an remaneat popularis, vt ad munera popularia quibus antea vſus fuerat, aſtringi poſſit. & multis nu. ſeq.*

50 *Notarius creatus Doctor vel Eps, non deſinit eſſe doctor uel Epiſcopus.*

51 *Senatoriam dignitatem adepti, quò ad onera et incommoda deſinunt eſſe municipes, ſecus quò ad commoda, & quò ad volentes.*

52 *Feudatarius non poteſt aſtringi, nec debet ea facere, propter quæ non poſſet eſſe in Curia ſine dedecore.*

53 *Plebei tenentes caſtra non debent contribuere cum plebeis.*

54 *Vaſalli non poſſunt prohibere ne medio, ideſt Prorege omiſſo vadant ad Regem pro eorum negocijs.*

55 *Barones non poſſunt mittere ad Regẽ pro eorum negocijs inconſulto Prorege, & ſine ſuis literis, quia primò adeundus eſt Vicerex.*

56 Barones non poſſunt congregari ſine licentia Viceregis, & debent congregari in loco publico.

57 Indulgentia Principis licèt ſit latè interpretanda, tamen non comprehendit uaſallos Baronum, quia non præſumitur iuriſdictionem Baronibus Principem voluiſſe tollere.

58 Vaſalli Baronum includuntur in principis indulto facto ob publicam utilitatem, vt in banno, quòd qui occiderit bannitum non poſſit moleſtari.

59 Barones ſunt vocandi ad parlamentum, vt vocant, quando Rex voluerit ſubuentionem à regnicolis ex conſuetudine Regni. & quid quando Rex voluerit aliquid imponere pro publica vtilitate.

60 Feudatarij ad id aſtringi non poſſunt, ad quod ex lege feudi non tenentur, uel ex cõſuetudine loci, ut ad Adohã, pro maritanda ſorore, amita, vel militia fratris, aut pro releuio.

61 Princeps põt ex cã neceſſitatis imponere ſubditis ut ſoluañt certa quantitas nõ uocatis Baronib. nec uniuerſitatib.

62 Frumentorũ pretij taxatio à Principe fieri poteſt ob populorum vtilitatem, ét uilius quàm ſit iuſtum pretium, quando fames ſit magna, & pauperes iuſto pretio emere nequirent.

Comitum & Baronum.

1 VIdendum eſſet, †quis dicatur Comes, & de hoc habetur in cap. j. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio, in vſib. feud. & per Andre. & Matthe. in conſtitu. poſt mortem, per gloſ. in l. eos. C. de ex
2 cuſat. muner. lib. 10. † apud Romanos verò Comites adiutores & miniſtri Imperij ſiue proconſulũ & prætorum dicebãtur, qui ab ipſa republica deſignabantur, vt Cicero ad Quintum fratrem teſtatur, & declarat Steph. in cõment. linguæ Latinæ primo volum. ſicut hodie Comites in quibuſdam oppidis à Dominio Venetorũ cõ
3 ſtituuntur ſicut prętores. † Duces quoque à ducendo exercitu dicti ſunt, vt Cicero de Oratore lib. j. & Steph. 2. Hinc opinor initiã ſumpſerunt, qui per Imperatores, aut Reges Comites & Duces poſtea in ciuitatibus aut oppidis conſtituti ſunt, participes facti, iuriſdictionis ac imperij, licèt magnopere differant ab antiquis; qui hodie his titulis illuſtrãtur, ſicuti de feudis & vaſallis Zaſius cõiecturatur in l. j. ff. de orig. iur. in verbo Curias, dum clientes Romanorũ vaſallis ac feudis à fœdere dictis, initium præſtitiſſe affirmat: licèt Andre. de Iſer. in prælud. feudo. q. 4.
4 dicat, † feudum eſſe nouum nomen, & iuri Romano incognitũ, quod ſequitur Capici. in deci. 168. & hoc tanq̃ verius probat Mod. Pariſien. in cõiuetu. Pariſien. in principio tituli primi. Et ſi mihi cum cæteris ſuper hoc nomine diuinare licèt, à greco vocabulo tractum dicerem, quod eſt φὲνγᾶ quod Budeus in ſuis adnotationibus declarat, reatũ ſignificare, quaſi quòd datum

datum receptumq; eſt, niſi Domino fidelis ſit, reatū inducat: quod in feudo magis quàm in cōtractibus alijs inductum eſt. Ideò hoc ita datum nomen à nexu reatus accepit. & hoc vulgares noſtri exprimunt, dum illud appellant lo
5 fego: † fuerunt quoque Duces aliquando ab eiſdem ciuitatibus ſibi adſciti, atque electi, tanquam officiales ſeu iuſtitiæ miniſtri, atque hodie etiam eliguntur, teſtatur Blondus & Bald. in l. decernimus. col. j. C. de ſacr. ſant. eccle. & Rocc. de Curt. in c. fi. de conſuet. & Iaco-
6 bin. in verbo Dux. j. q. † In plerisq; etiam ciuitatibus Italiæ, Duces & Comites Regalia omnia exercent, vt not. in c. nimis. de iureiur. Bal. in l. j. C. de hæred. vel act. vend. Ludo. Rom. in conſi. 59. Doct. in l. j. C. de ſum. Trini. & fide Catho. & declarat Corne. in conſ. 200. vol. j. & ſecundùm Bald. in c. j. de pace Conſtan. in verb. criminibus. Illi Comites & Duces ſunt tanquam præſides prouinciarum, quia quælibet Baronia eſt vna prouincia, per gloſ. in l. fin. C. de longi tempo. præſcrip. latè declarat Petr. Belluc. in ſuo Spec. princip. Rubr. 13. ver. ſed pone. In Regno tamē iſto,
7 † quod totum vna prouincia reputatur, per conſtit. regni, quæ incip. conſuetudinem, Regalia nō tranſeunt in infeudatum, niſi exprimantur, vt in conſt. ea quæ ad decus, & in conſti. Ducū. c. j. quæ ſint Regal. iuxta no. in l. j. C. de bo. vacan. lib. 10. & in c. j. de capit. qui Cur. ven. Bald. in l. mercatores, de commer. & mercat. in c. j. de conſtitu. per Moder. in l. Imperium. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. Ale
8 xand. conſ. 51. volu. j. † Eſt tamen Iudex ordinarius ſuorum vaſſallorum Baro ſeu Comes, vt in conſtitu. officiorum. Non tamen habet cognitionem appellationum, niſi expreſſè dicatur in priuilegio.
9 † quia à Barone appellatur ad iuſticiarium prouinciæ, in qua feuda ſunt ſita, vt in conſtitu. Iuſticiarij. Declarat latiſſimè hanc materiam Modern. Pariſ. in d. tit. j.
10 in gloſſ. 5. in verbo le fief. † Sicuti non habet collationem beneficiorum, quæ fortaſſe ſpectant ad
11 Regem † in illis terris, quia fungitur vice Epiſcopi, ſeu Papæ, ex quo eſt vnctus ſacro Chriſmate, & hoc non poteſt alijs communicare, & ideo de illis beneficijs, quæ ad ſuam collationem meram ſpectant, poteſt ipſe tanquam Eccleſiaſticus cognoſcere, vt per Steph. Aufre. in c. j. de offi. or. reg. 3. fallē.
12 25. † cum aliàs de pertinētibus ad pręſentationem tantum cognitio ſpectet ad Papam, vel ad ordinarium. c. quāto. de iudi. niſi quò ad effectum denegandi exequutionē collationis factæ in præiudicium ſui iuris patro. vt per Guid. Pap. in deciſ. 374. per Alc. in l. Titia, ff. ſol. mat. Et hanc diſtinctionem inter collationem & pręſentationem ſępe fecimus cum Domino Nicolao Maiorana & Ioanne Martiale collegis meis, & conſultoribus olim

apud Capellanum maiorem, vt ſcripſi in quadam mea deciſione, 13 † Quin etiam in Baronem non tranſit ius patronatus Regium niſi expreſsè dicatur in priuilegio, licèt aliàs tranſiret cum vniuerſitate, vt not. in d. cap. quanto. Ita declarauit Rex Robertus per literas ſuas directas Epiſcopo Aquinati, quarum initium eſt, miranter accepimus: & ego eas legi in antiquo Regiſtro, quod erat pęnes Galeatium Florimõtem Epiſcopum
14 Aquinatem. Nec habebit ius † Portulaniæ quod ſpecificè ſolet impetrari: vt fuit in ſacro Concilio iudicatum in cauſa Abbatis S. Petri
15 cum Duce Nuceriæ. † Et per ſimplicem infeudationem iuriſdictio conceſſa cenſetur, & in dubio cumulatiuè ad iuriſdictionem regiã ſeu magnam Curiam, iuxta diſpoſitionem Reginę Ioannæ ſecundę quæ incip. Cùm non humanę: ad quam non aduerterunt quidã Regnicolę, faciunt no. in c. cæterum. de iudic. & in c. paſtoralis. de offi. ordina. & in c. cùm contingat. de foro compe. Niſi ex priuilegio ſit ſpecialiter derogatum per clauſulam priuatiuam iuriſdictioni magnæ Curiæ, quo caſu nec habet locum præuentio, nec prorogatio, vt probat Capic. deciſ. 9. & latè Petrus Bellu. in ſuo Spec. in §. tractandum. Sed hodie per banna præ-
16 fertur † captura priuilegijs quibuſcunque, & non ſit remiſſio ex cauſa publicæ vtilitatis, ꝓpter multitudinem malefactorum. l. itẽ ſi verberatum. ff. ad leg. Aquil. l. aut facta. §. craſſatores. ff. de pęn. Et in quantum Par. de Put. in d. trac. re-
17 integra. q. 2. dicit † ꝙ Comites & Duces huius Regni dicuntur ſubalterni, & ſunt nomine tantum Comites & Duces, & non re, quia recognoſcunt ſuperiorem, mihi viſum eſt, ꝙ dicat contra text. in d. c. 1. quis dicatur Dux. vbi de proprietate nominis & dignitatis tractatur, & in eo conſideratur ſuperioris infeudantis recognitio, & inueſtitura, & dicitur Dux & Marchio, & ſic nõ minus realiter poſſunt dici Comites vel Duces hi ꝗ inueſtiti ſunt in hoc Regno, in quo Rex eſt Monarcha, quàm hi qui ab Imperatoribus alibi conſtituti ſunt: nã recognitio inueſtientis non tollit effectum dignitatis, nec habere regalia eſt de proprietate Comitum vel Ducum, per illũ tex. Nec maior adminiſtratio immutat ſubſtãtiam, nec minor minuit in c. paſtoralis. de offi. ord. c. ſanè. de off. dele. ſicut dr̃ de Ep̃o & Cardinali p Ant. in l. j. §. ſiqs. de ap
18 pel. licèt alter ſit dignior. † Baronia verò in hoc Regno Caſtrum dicitur, ſeu Caſtra, quod ſeu quæ habẽt ſub ſe feudum quaternatum; vel quando Rex ex certa ſcientia feudum in Baroniam concedit: ſecundùm And. in c. 1. §. ſimiliter. de capi. qui cur. vendi. & in c. 1. de controuer. feud. ap. par. ter. & Loff. in c. Imperialem. §. præterea Ducatus, in verſ. nec Dominus. de prohib. feud. alien. per Fede. Matth. in

conſt,

19 conſtit. ſiquis Baro. † Sed hodie hoc nomen Baro, poteſt ſtare ſicut ſpecies propriè, & eſt is de quo dixi, & vt ſpecies impropriè & abuſiuè, & erunt omnes qui feudum tenent quaternatum cum vaſallis, & habent vocem in parlamẽtis ſeu conuocatione Baronum: magis autem impropriè, quando feudum eſt ſine vaſallis: & iſti licèt non habeant vocem in parlamentis, tamen in ſeruitijs & oneribus quæ imponũtur Baronibus, comprehenduntur ſecundum eorum
20 taxam: & aliàs dicebam, † ꝙ pœna impoſita Baronibus receptantibus bannitos ſeu malefactores, habent locum in iſtis qui habent caſas & tuguria in eorum feudis, & ſcienter receptant. Alio modo capitur hoc nomen vt genus; & comprehendit ſecũdum communem vſum loquendi, quoſcunque Principes, Duces, Marchiones & Comites: & Princeps agentium in rebus, dignitas erat officij: vt l. j. in prin. C. de prin. age. in reb. lib. xij. Et ideo conſuetudo Baronum de qua dicam in 4. not. in conſt. comprehendit omnes iſtos: & vulgò dicitur, La guerra de li Baruni, quando aduerſus Ferdinandũ primum conſpirauerũt quamplures Principes, Duces & Comites Regni: & quando conuocantur Barones ad publicum conuentum, tã Principes quàm Duces & Marchiones, hoc Baronum nomine comprehenduntur: ſed quod ad iſtam rubricam attinet, videt dubitari poſſe,
21 † num Duces, Marchiones & Principes hoc verbo comprehendantur, per ea quæ in ſimili dubitauit D. Matth. in conſtit. Comite vel Barone; nam iſti tituli ſeu dignitates differunt nomine & effectu: vt in tit. quis dicatur Dux, Marchio. in vſib. feud. Præterea potuiſſet dicere de Ducibus & Marchionibus: non dixit, ergo videtur de eis noluiſſe diſponere. argum. l. vnic. §. fin aũt. C. de cadu. toll. Prætereà dignitates iſtæ ſunt magnæ dignitates, de quibus debebat fieri ſpecialis mentio, ergo non veniunt: per arg. à ſimili cum cæteris, vel ſub appellatione ipſorum, de quibus expreſsè loquitur conſtitutio. argu. l. item apud Labeonẽ. §. pen. ff. de iniur. c. pen. ibi Abb. de iureiur. per Roma. in
22 conſ. 340. † Sicuti dicimus de Cardinalib. qui non veniunt, nec cõprehenduntur ſub generali qualibet diſpoſitione, vt dicit gl. in reg. Cancel. Rom. in 3. Reg. arg. c. fi. de offi. deleg. in 6. in c. ne cui. de priuil. in 6. c. omnem. de ſciſma. eod. lib. licèt Bal. contra in l. iubemus. C. de ſacroſ. eccl. not. in c. ex geſtis. de cler. non reſid. per Rom. in conſil. 448. Præterea ſi diceremus habere locum hanc conſtitutionem
23 in Ducibus & Marchionibus † fieret extenſio de perſona ad perſonam, ad excluſionem & damnum alterius contra communes regulas, de quibus in d. §. de viro. & in d. §. & quid ſi tantum, cum vulg. per Curtium in dicto conſil. 7.

24 ¶In contrarium eſt veritas, † quia cõſtitutio eſt fauorabilis, & debet comprehẽdere etiã Duces & Principes, qui etiam Barones appellantur, & in eis militat ratio conſeruandæ agnationis, per ea quæ dicuntur in ſimili in l. maximũ vitium, per Bal. C. de lib. præter. per Bart. in d. l. ſi conſtante. 9. q. prim. par. ff. ſol. matr. Bal. in l. qui ſe patris. C. vnd. lib. Iaſ. in l. non dubiũ. C. de leg. not. in c. cùm dilecta. in §. nos autem. de confirm. vtili vel inutil. Alex. in conſi. 89. vol. 6. & vt dixi, verbum Baro hic ſtabit vt genus, & vt ſpecies, vt in l. adoptio, ff. de adopti. & ita poteſt intelligi tex. in c. grandi, de ſuppl. neglig. prælat. dum præponit Baronem, & tradit Moder. in conſuet. Pariſ.
25 tit. 1. §. 20. Et ſic † expreſſio de Comite eſt facta gratia exempli: ideo non reſtringit. l. ob æs, ibi not. C. de præd. mino. l. dãni infecti. ff. de dam. infect. Glo. in l. j. §. quod vulgo, ff. de vi & vi ar. & ita fuit ſemper in hoc regno iudicatũ & obſeruatum; & conſuetudo eſt optima interpres ll. l. minimè. ff. de le-
26 gib. † Et iſti Duces & Marchiones poſſunt etiam largo ſumpto vocabulo dici Principes, probatur in c. de pac. Conſtã. verſ. hi autẽ ſunt Principes: & nominat Duces & Comites, quia ſunt primi in Curia Regis, & inter cæteros obtinent
27 principatum, † & Princeps agentium in rebus dignitas officij eſt: vt C. de princ. agen. in reb. lib. xij.
28 Hodie verò in his, † Princeps ap-
29 pellat primogenitus Regis, † vt in hoc Regno primogenitus Regis appellat Dux Calabriæ: & iſti non venient in generali diſpoſitione per Regem facta de Principibus & Ducibus; quia ſicut non includitur perſona diſponentis in quacunque diſpoſitione, vt dicã infra: ita nec videtur ꝙ filius Regis includatur, qui etiam viuo patre dicitur Rex, vt not. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. niſi in priuilegiatis & fauorabilibus, quia ſi de quo minus, ergo & de quo magis, auth. multo magis. C. de ſacroſ. ec-
30 cleſ. † Princeps propriè dicit Rex vel Imperator, Inſtitu. in prooem. § *Et Princeps Romanus victor exiſtat* & Princeps dicitur ſolutus legib. l. digna vox. C. de legibus. & l. Prin-
31 ceps. ff. de legib. † de hoc Principe qui ſuperiorem non recognoſcit, dicimus ꝙ eius voluntas habetur pro iuſta cauſa. Glo. in l. relegati.
32 ff. de pœn. † & ſemper in eo præſumitur iuſta cauſa: vt probatio in contrarium non admittatur. Cy. in l. reſcripta. & in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. publ. Moder. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. plenè per Curt. in conſil. 44. & 48. Rom. con
33 ſil. 436. & 352. † & ſacrilegij inſtar eſt diſputare de ptãte Principis. l. diſputare. C. de crim. ſacril. Dixit multa Iacob. in d. tracta. de feud. verſ. Princeps. & de hoc ſunt notanda quædam verba Appiani in procе. libri belli Carthagi. verſ. x.
34 † Et Principibus iſtis inferioribus ego aliàs dicebam multa tolerari debere

debere in ſignum eorum autori-
tatis, & propter maiorem ſtatum,
vt habere ſecundas appellationes,
cognoſcere de crimine læſæ Ma-
ieſtatis, excepto primo capite, &
de ſimilibus, quę quidem iura, ip-
ſis alienantibus eorũ caſtra & ter-
ras non videbantur debere tranſi-
re in emptores, in forma ſi nõ ex-
primantur: & ipſis exprimentibus
non debere Dominos Regentes
Cancellariam admittere, ſed eas
clauſulas debere deleri à libellis ꝓ
aſſenſu oblatis. Multa quoque in
iſtis Comitibus & Ducibus aliter
ſtatuta ſunt quàm in cæteris, quæ
breuitatis cauſa prętereo, vt in c.1.
de feud. March. & in d.conſtitu. ſi
aliquis Baro. & in conſtit. mulier
quæ dotarium. & in c.1. qui feud.
dar. poſ. & in c.1. qui dicatur Dux.
& in conſt. proſequentes. & in con
ſtitu. pœnam eorum, & Iacobi. in
ſua inueſtit. in verbo Comes. An-
dre. & D. Matth. in cõſt. ſi aliquis.
& per gl. in Reg. Cancellariæ Ro-
manæ, in Regul. 1. Iulij 2. Dixit ta-
men D. Matthe. in deciſ. 265. in 3.
35 fall. † ꝙ feuda titulata non veniũt
in obligatione omnium bonorũ
feudalium, nec in aſſenſu præſtito
ſuper dicta obligatione: per ea q̃
ipſe allegat, & probatur ſecũdum
eum, in d. conſtit. ſi aliquis Baro,
36 dum diſponit † ꝙ aliquis Baro nõ
poſſit conſtituere dotarium vxori
ſuæ ſuper caſtro vel terra, vnde co
gnominatur Baronia, ſeu Comi-
tatus. Et faciunt dicta per Capici.
in deciſ. 31. in fine. & per Loffre. in
c. ſi facta, ſi de feud. def. milit. vbi
tractat an in Capitulis pacis com-
prehendantur Regalia; & pro iſta
opinione, ꝙ in generali obligatio-
ne titulata non veniunt, facit tex.
in c. monemus. 12. q. vbi dicitur, ꝙ
Epiſcopus nõ alienet res ſui tituli;
& iõ dicebat Petr. de Villa in con-
ſil. ſuo incip. Ad conſeruationem
37 iurium, † ꝙ caſtrum quod erat de
dote eccleſiæ & titulus ipſius alie-
nari non potuiſſet, etiam in caſu
permiſſo, per dictũ Inn. in c. Rai-
naldus. de teſta. & in c. fin. de accu.
c. veritatis. de dol. & contu. & licèt
hodie hæc inueſtigatio non ſit ne
ceſſaria, cùm per pragmaticã Cæ-
ſareæ Maieſtatis, quæ fuit edita tẽ-
pore quo erat locumtenens gene-
ralis Dominus Cardinalis Colum
na, ſit prohibitum; tamen ante
illam pragmaticam audio ſæpe
contrarium fuiſſe iudicatum, ꝙ in
generali obligatione, etiam non
facta expreſſione titulatorum, fuit
proceſſum ad diſtractionem per
hypothecariam, vel aſſiſtentiam
ex generali aſſenſu ſuper obliga-
tione omnium bonorum feuda-
lium: nec ex ſtylo notariorũ nec
ex forma Cancellariæ in aſſenſib.
de titulatis expreſsè fiebat mentio.
Ita mihi priores illi prudentiſſimi
viri mei collegæ referebant. Nec
obſtat ratio Matthæi, de regula
l. obligatione generali. & l. deniq;
ff. de pigno. & l. 1. C. quæ res pign.
nam illa iura non procedunt in
obligatione omnium bonorum,
vt declarat Deci. in l. omnia. ff. ſi
cert. pet.

cert.peta. & in conſi.30. quicquid dicat Neguſan. in tract.de hypot.
38 in 2.par.2.memb.† Nam inter obligationem generalem, vniuerſalem & indefinitam eſt differētia, per Bar.in l.ſi pluribus. ff.de leg.2. Iaſ.in l.j.ff.de offi.eius cui manda. eſt iuriſd. Et licèt aliqua in iſtis feudis titulatis aliter ſtatuta ſint, vt dixi proximè, & tradit Dec. in cōſil.89. Tamen quò ad obligationē ipſorum, de qua tractamus, nihil eſt diuerſimodè ſtatutum, ſufficit ꝙ in hoc nōn ſit aliqua differētia cum cęteris, vt idem iudicetur: declarat poſt alios Dec. in c.conſtitutus.de appella. & in c.tranſlato.de
39 conſtit. Ideoq; † cùm non eſt neceſſe aliquid ſpecialiter exprimi, & æquale ius eſt in genere, quod in ſpecie. l.ij.C.de pigno.ibi, Æquale ius, ſecus ſi de iure requireret ſpecialiter obligari, vt in c. in generali.ſi de feu.defunc.milit. Nec videntur non comprehendi, quia ſpecialem notam requirant, quoniam in hoc (vt dixi) nil habent de
40 iure quod ab alijs differāt, † quin etiam ea quæ ſpecialem notam merentur, veniunt ſub obligatione, quando verba ſunt pregnātia & geminata, prout ſolent in inſtrumentis apponi. Glo.in l.baliſta. verſ. quaſi ſpecialiter. & in l. fideicommiſſum. in verbo ſpecialiter, ff. ad Trebellianum.
41 ¶ Accedit etiam his † ꝙ de cōmuni ſtylo in inſtrumētis huiuſmodi obligationum apponitur iuramentū, quod habet vim ſpecifici.

Not.in c.1.de depoſito.& in l.cùm pater. §.filijs matrem. ff.de lega.2. Non obſtat conſtitutio, ſi aliquis Barò, quia procedit quando dotarium conſtitueretur ſine aſſenſu Regio: nam per illam cōſtitutionem data eſt licētia conſtituendi ſine aſſenſu dotarium, ſuper alia terra vel caſtro quàm ſuper capite Baroniæ. Standum eſt in eo caſu dictæ conſtitutioni. l. proſpexit. ff.qui & à quib. Sed quando obligatio feudorum fiebat cum aſſenſu Regio eramus extra caſum dictæ conſtitutionis, & per conſequens obligatio recipiebat interpretationem à iure communi, per quod omnia comprehenduntur, quæ ſpecialiter obligari non prohibentur, l.j.& fi. C. quæ res pign. qui omne dicit nihil excludit. l.à procuratore. C.manda. Dec.in d. conſ.30. & ſi conſideramus aſſenſum generalem, certè comprehendit omnia quæ de iure continētur ſub expreſſis, vt declarat Andr. de Iſern.in c.Imperialem.in princ. de prohib. feud.alien.per Feder. ideo oportuit Cæſarem ab illa ſanctione & poteſtate conceſſa pro Regibus aſſentiendi excipere feuda titulata & magni momēti. Et hæc diſcuſſio his prodeſſet quæ ante pragmaticam geſta erant. Limitarem
42 tamen prædicta † non habere locum reſpectu executionis faciēdę, quando aliunde ſuper alijs bonis poſſet ſatisfieri ipſis creditoribus habentibus huiuſmodi hypothecam: quia cum creditoris arbitriū

debeat

debeat eſſe regulatum, vt per glo. iuncto tex.in l.quamdiu. C.de diſtrac.pign.potius exequi debet ſuper alijs bonis ſeu feudis q̃. ſuper titulatis, ſeu capite Baroniæ:argu. eorum quę dicuntur in l.ſtipẽdia. C.de execut. rei iud. in l.commodis. ff.de re iudi. in l.executores,& ibi glo. C.quæ res pigno. Et ideo aliàs fuit iudicatum in ſacro Concilio & in Regia Camera ſummarie,
43 † quòd petita aſſiſtentia pro debito ſuper terra Montis Peluſij, & ſuper terra Sereni & alijs terris huius Regni cũ vaſallis & introitibus, ſententia fuit lata ſuper introitibus tantum, ex quibus ſatis fieri poterat creditoribus, quia electio debet eſſe diſcreta,vt dixi. ſed quando aliter nõ poſſet ſatisfieri, ſatis iniquum videretur ꝙ titulata non venirent in obligationẽ, maximè quia conſueuerunt Barones etiam titulata obligare,vt patet ex communi forma notariorũ:vnde ceſſat argumentum de non veriſimili, per d.l.j. C.quæ res pign.oblig.poſſ.Et ideo circumſcripto defectu prãtis ex pragmatica, ſufficeret per prædicta quò ad obligãdes illa generalis omnium bonorum feudalium obligatio: ideoque nouiſſimè in formula aſſenſus proui ſum eſt, ꝙ quò ad feuda non cenſeantur obligata niſi in defectum
44 Burgenſaticorum. † Iſti habentes titulum Comitatus, Marchionatus vocantur ex communi forma Cancellariæ, Conſiliarij Collaterales,& ideo præferuntur cæteris officialibus Regijs,præter eos qui tribunalibus præſunt:licèt eos Comites, Marchiones, Duces & Principes illi præcedant:quod ex ſpeciali priuilegio in ordinem collateralis conſilij adſciti ſunt, nã illi actu conſiliũ præſtant, & ideo digniores per tex.in l.ij. C.vt digni.ordo ſerue.lib.xij.declarat Bal.in proœ. ff.1.col.in fin.& ſeq.faciunt dicta per Iaſ.in l.ij. C.de inoffic.teſtam. Alex.in l.à diuo Pio.§.ſic quoque. in 4.col.de re iud. Abb.& Imol.in c.tua.de his quę fi.à præl.in c.cùm literis. de teſtibus.in cap. cùm te. de reſcriptis. per Luc. de Penn. in l.neminem, in fi.C.de decur.lib.x.
45 † Cæteri feudatarij Conſiliarij Regij nuncupantur; quia tenentur etiam conſilio Regem iuuare, nõ hoſtes Regios. in c.1. de forma fidel.& in c.1.de nou.for.fidel.& in c.1.in glo.qualiter iur.deb.vaſ.domino fidel.& gl.in extrauagan.ad
46 reprimen. in verbo Tangat. † Et ideo pro conſilio & exhortatione facta per literas ad Ferdinandum Sanſeuerinum, Antonius Griſonus feudo priuatus & peremptus fuit: conſilio collaterali, & Patribus ita iudicantibus: licèt ad illum literæ non perueniſſent: quæ deciſio addenda eſt his quæ dicũtur in l.ſiquis non dicam rapere. C.de
47 Epiſco.& cler.& Feli. late, † quando conatus puniat̃, in tit.qui ſint rebell. in verbo Machinantur. & in c.1.§.item ſi fidelis.in gl.in verbo Exercuerit, quibus mod. feud.
48 amitt.cum fini. † Et iſtæ dignitates

tes temporales ſint compatibiles cũ dignitatibus eccleſiaſticis, quia ex certa ſcientia Regis Epiſcopus poteſt eſſe Comes & habere feuda: vt in d.c.1.de mili.vaſal.& Comes poteſt fieri Epiſcopus, vt per glo. in c.eos. in verbo Seculares. 2.q.3. c.inter dilectos, de fid.inſtr.in c.fi. qui cler.vel mona.in 6.in c.ex par
49 te. de for. compe. † Sed vtrũ creatus Comes, qui erat popularis, remaneat popularis, fuit dubitatum in perſona Ioannis Caroli tramõtani, viri(vt aiunt)del populo, quo nomine plebs Neapolitana ſignificatur, cum de iure populi appellatione etiam nobiles contineantur.§.plebiſcitum. inſti.de iur.natural. gen. & ciuil. fuit hic creatus Comes Materæ, & videbatur potuiſſe aſtringi ad munera popularia, quibus antea vſus fuerat, per ea quæ dicunt Vital. & Imol. in l. falſa demonſtratio. ff.de condi.&
50 demonſtrat. † ꝙ notarius creatus Doctor, non deſinit eſſe notarius, ſicut nec effectus Epiſcopus: vidi inſtrumenta reaſſumpta per Notarium Epiſcopum Neritoni, ſicut Monachus effectus Abbas nõ deſinit eſſe monachus.l.fin. de ſymo. & Pedona effecta Regina nõ deſinit eſſe Pedona, ſecundum aliquos, vt in quæſtione, De ſcaccomatto, per Bart. in d.l.falſa demõſtratio. ff.de condi. & demonſtra. Bart. Paul. & Alex.in l.legatum.§. ſiquis ex officio.ff.de lega.3.

¶In contrarium videbatur, ꝙ ille ordo popularium non eſſet cõpatibilis cũ dignitate:quia non conuenit, Comitem & feudatarium Regium, qui eſt effectus nobilis, ſedere & eſſe collegam cum cerdonibus & ſutoribus & plebeis, ideo non debet ad munera illius ordinis aſtringi, probatur per tex.in l. vniuerſos.C.de decur.lib.x.vbi tabellio effectus decurio abſtinet à tabellionatu, & probatur per id quod dicit Bal. in l.quiſquis. C.de Epiſc.& cler.quòd Rector qui promiſerat ſcribere librum, ante dignitatem, non poterat aſtringi ad ſcribendum, quia ſuæ non conuenit dignitati. & allegant Iac.Butr. ita tenentem,& ſequitur Dec.in c. quoniam Abbas. in 3.not. de offi. deleg.& de Comite videtur tex.in l.eos. C.de excuſa.mu. lib.x.probatur etiam expreſſè per tex. in l.mu
51 niceps.ff.ad municip.† vbi ſenatoriam dignitatem adepti, quò ad onera & incommoda, deſinunt eſſe municipes:ſecus quò ad commoda. l.ſenatores. ff.de ſenator.l. pen. C.de incolis lib.x. & in ſimili caſu per illum tex.conſuluit Alex. in conſ. 121.vol.5. nec quicquã videtur magis oneroſum & incommodum quàm ſubire onera cum his qui ſunt gradu & ordine inferiores, patet quia datur in pęnam, in c.at ſi clerici.de iud.& in milite ab ordine & gradu miſſo, probat per text.in l.in maioribus. C.quemadmo.ciui.mun.lib.xij.Quòd maioribus honoribus functi, ad minores non ſunt euocandi, probatur etiam in l. honores. §. hi qui.

ff.de

ff.de decu.argum.à contrario ſenſu, q plebei non poſſunt vti muneribus poſitorum in dignitate, ergo nec poſiti in dignitate debẽt cogi ad munera plebeiorũ. & hoc clarius probat tex.in l.iij. §.pręſes. ff.de muner.& honor. q munera ſunt diſtribuenda ſecundum gradus & dignitates non ſine diſtinctione: ergo non cum plebeis, & licèt aliquando exercuerit popularia, non tamen ſibi perpetuò pręiudicauit. l. qui conditioni. C.de his qui ſponte. lib. x. & in l.is qui certa.ff.de immunit. Bart.in conſ. incip. Commune Spoleti. Roma.
52 in conſ.252.& 44.Nec debet † feudatarius ea facere propter quæ nõ poſſet eſſe in curia ſine dedecore. cap.1.ibi glo.an ille qui inter. frat. do. l. neque famoſi. C. de dignita. libro x.

¶Non obſtant cõtraria,quia procedunt quò ad ea quæ ſunt commoda,& quò ad volentes,d.l.municeps. & ideo non potuerunt cogi à nobilibus ſedilium,vt per eos eorum funera curentur, vt habeát veſtem lugubrem & facem cereá: vt fuit dictum in funere D.de forteza Regis Cancellariani;& licèt illa munera videantur honorabilia inter plebeios,tamen non ſunt nobilibus honorabilia,& in hoc ſtãdum eſt communi æſtimationi,q̃ eſt in loco & patria,ſecundũ Bart. in l.j.C.de dignit.lib.x. Audiui q non potuit cogi dictus Comes ad munera plebis, & cum hoc dixiſſem D.Petro Sarriano effecto Regio Conſiliario,noluit amplius ſe in plebeis immiſcere:& hanc concluſionem firmat notabilis deci-
53 ſio Guid.Pap.num.385. q † plebei tenentes caſtra non debent contribuere cum plebeis.Patet ex his quę diximus ſpecialiter in Baronibus
54 eſſe ſtatuta: † & ideo quãuis vaſalli nõ poſſint prohiberi ne ueniãt ad Regẽ,vt per Luc. de Pen. in l.j.
55 C.vt nemo ad ſuum pat.lib.xj.† tamen Barones non poſſunt mittere ad Regem pro eorum negotijs inconſulto Prorege & ſine ſuis literis, quia primò adeũdus eſt Vicerex, & illud quod per ipſum expediri poteſt non eſſe petendum à Rege per nũcium ſiue legatum ; caſus eſt expreſſus in l.iij.& fi.C.de legat.lib.x. Per quem tex.ego dicebam q Ferdinandus Sanſeuerinus potuit repelli à Cæſare dum fuit miſſus ſine literis & conſenſu Viceregis.vnde in l.ſiquis decurio.C. de decurio.lib.x. & per d.l.fi. pro-
56 batur † q Barones nõ poſſunt cõgregari ſine licentia Viceregis: & debent cõgregari in Curia ſeu loco publico. Et ideo tempore quo Dux Albaniæ veniebat ad inuaſionem Regni & Barones congregauiſſent ſe ad ædem Sancti Dominici, fuerunt grauiter reprehenſi per Andream Carrafam tunc locũ tenentem in hoc Regno Don Caroli de la Noy tunc Viceregis. faciũt ea quæ dicit Bal.in l.j.ff.quod cuiuſque vniuerſi.nom. & ideo cũ eſſet facta apud Sanctum Laurentium vnio Baronum & populi in

anno

anno 1547. Ego, licèt vocatus vt Baro terræ molinariç nolui intereſſe, faciunt quæ dicuntur in l.j. C.de monopol.& in l.j.& ij. C.de
57 ſeditio.† Itē licèt indulgentia Principis ſit latè interpretanda, tamen non comprehendit vaſallos Baronum, quia non præſumitur iuriſdictionem Baronibus Principem voluiſſe tollere. Et ita fuit obſeruatum in primo indulto facto per
58 Regem noſtrum Philippū,†quod limitarem non procedere quādo indultum fieret ob publicam vtilitatem, vt in banno facto, ꝙ qui ceperit vel occiderit bannitū non poſſit moleſtari pro quocunque delicto: quia etiam vaſalli Baronū includuntur, vt ſuprà dixi in pri̅n. ſuper hoc verbo Comitum. probatur ex his q̄ in ſimili dicit Bart. & Bal. in l.ſiquis in graui.§.hi quoque.ff.ad Syllan. Salic.in l.ij.C.de noxa.& in l.iubemus. C.de ſacroſ. eccleſ. & in l.nullus. C.de curſ.publi. lib.12.
59 ¶Item † Barones ſunt vocandi ad parlamentum, vt aiunt, quando Rex voluerit ſubuentionem à regnicolis in conſuetudine Regni. Sed vtrum quando Rex voluerit aliquid imponere pro publica vtilitate ſint Barones vocandi? videbatur ꝙ ſic, quia tractatur de eorū intereſſe.c.cum omnes.de conſtit. not.in l.de vnoquoque.ff.de re iudic.per Bart. in l.omnes populi.ff. de iuſt.& iur.in c. cùm eccleſia.de cau.poſſ. & propr.in l.non ambigitur.ff.de legib.in l.fi.C.qui bon.
60 ced.poſ.† Ad illud enim ad quod ex l.feudi non tenentur, vel ex cōſuetudine Regni, vt ad Adoham, vel pro maritanda ſorore & amita, vel militia fratris, aut pro releuio, feudatarij non poſſunt aſtringi.c.1. §.præterea. de leg. Corrad. Gl.in cap.1. quid ſit inueſtit. & in c.1.qualiter Domi.proprie.priuet. & extant quamplura capitula conceſſa per Regem Cath.& Maieſtatem Cæſar. Contrarium videtur dicendum, per regul.is qui poteſt inuitis.ff.de regu.iur.l.iiij.§.1.ff.de
61 fideicom.libe.† Poteſt enim Princeps ex cauſa neceſſitatis imponere ſubditis.Gloſ.in rub.C.de ſuper indict. lib.xij. vnde in Sicilia frumento extrahendo dicitur fieri ſuperimpoſitū & in tractis (vt aiūt) & alijs exituris mercium ſit impoſitio per Regem. & propterea pro claudendis tractis non vocatis Baronibus & vniuerſitatibus potuit prouideri ꝙ ſolueretur certa quantitas. Iſta probantur ſatis apertè in l.quoties vrgente neceſſitate. C.vt nemi.lice.in empt.ſpec.lib.x.& ibi
62 Luc.de Penn.poſt Bar. † & non ſolum pro ſeruitio Curiæ, ſed etiam ob populorum vtilitatem poteſt fieri taxatio pretij frumentorum etiam vilius q̄ ſit iuſtum pretium, quando fames ſit magna, & pauperes iuſto pretio emere nequirēt, quod vidimus aliquoties ſeruari, & eſt notatu dignū ſecundū Luc. in d. l.quoties, faciunt latè dicta per Felin. in c.nonnulli.col.20.de reſcrip.Roma.conſ.436.& 310.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentium cauſa prima eſt in ſucceſsione.*

2 *Fœminæ iure ciuili cum maſculis ad parentum ſucceſsionem æqualiter uocantur, ſublata ſexus differentia, quam contra legem 12. tabularum poſteritas induxerat.*

3 *Feudorum conſuetudines poſt legem 12. tabularum ſucceſſerunt, ex quibus à ſucceſsione fœminæ excluduntur.*

4 *Fęmineus ſexus de iure feudorum eſt incognitus, nec habet virtutem repræſentationis vt ſuccedat in locum patris, & repræſentet patrem.*

5 *Feudum ſi ſit pretio acquiſitum, an in eo fœminæ ſuccedant.*

6 *Fœminas in feudo ſuccedere, feudi contra naturam eſt.*

7 *Patruum feudatarij filiam à ſucceſsione feudi excludere in quibus feudis obtineat, longa theorica diſcutitur.*

8 *L. vindicantem, ff. de euict. interpretatur.*

9 *Feudi natura an mutari ſeu alterari intelligatur, ſi feudum fœminæ à Principe concedatur.*

10 *Fęminas in feudis nō ſuccedere, niſi ex ſpeciali pacto expreſſe prouiſum ſit.*

11 *Ratione legis aut diſpoſitionis correcta aut ſublata, etiam ipſa diſpoſitio ſublata cenſetur.*

12 *Feudum inhabili quando conceditur, cenſetur conceſſum vt poſſit ſeruire per ſubſtitutum.*

13 *Fęminarum ſucceſsio in feudo fęmineo, an ſit ex natura feudi.*

14 *Subſtitutus filio naturali non excluditur per filios naturales.*

15 *Feudum vbi conceditur fœminæ, filia deſcendens ab ea, non cenſetur aliquo iure inhabilis, quia lex feudorum à paterno, non à materno feudo excludit.*

16 *Interpretatio vel extenſio non debet fieri ab expreſſa diſpoſitione ad præſumptam inter perſonas odioſas.*

17 *Filius naturalis licèt fuit prædilectus ſubſtituto in expreſſa diſpoſitione, non tamen licèt argui ex præſumptione iuris, vt nepos etiam eius uideatur prædilectus.*

18 *Statuto quamuis filij naturales eſſent habiles ad ſuccedendum, non ideo tamen facerent deficere fideicommiſſum, licèt ſecus ſit in legitimis iuris præſumptione.*

19 *Præſumptio iuris ceſſat, vbi non militat fauor reſpectu eius cuius gratia ius præſumit.*

20 *Princeps in conceſsionibus ſuis uidetur ſubintellexiſſe quod ius vult.*

21 *Feudū ſi fœminæ & filijs ſeu hęredibus ſuis conceſſum ſit, videtur Princeps de maſculis tantùm ſenſiſſe.*

22 *Princeps etiam ſi vtatur verbis generaliſsimis quibuſcunque, nunquam inueſtitura cenſetur alios ad ſucceſsionem uocare, quàm eos qui aliàs de iure poſſent ſuccedere. Duas tamen limitationes ibi habes ab auctore traditas nu. 23. & 24.*

25 *Conceſsio facta, quòd quis liberè teſtari poſſit, intelligitur tamen ſecundùm regulas iuris.*

26 *Conceſsio Principis in dubio recipit interpretationem à iure communi.*

27 *Quando per iura feudorum, etiam à ſimili arguendo, caſus decidi non pōt,*

D tunc

tunc ad iura ciuilia recurrendum eſt.

28 *Pacta appoſita in inueſtituris feudorũ, intelliguntur ſecundum conſuetudinem feudorum.*

29 *Filia licèt non à materno, ſed à paterno feudò expreſſè excludatur, tamen ratio excluſionis eſt generalis, nec reſpicit perſonam eius cui ſuccéditur, ſed ſuccedentis.*

30 *Interpretatio eo fortius ſumenda eſt, quòd concordat cum iure antiquo.*

31 *Quantominus poteſt, interpretandum eſt fore à iure communi receſſum.*

32 *Sicut in his, quæ contra regulas iuris expreſſè inducta ſunt, non ſequimur regulas iuris; ita in his, in quib. nihil contra regulas iuris exprimitur, non debemus à iuris regulas deuiare.*

33 *Princeps dum inueſtit fœminam de feudo, tacitè ipſam habilitat, quæ ſeruire non poteſt.*

34 *Diſpenſatio eſt, quæ fit fauore fœminæ, ut admittatur ad ſucceſſionem in feudis deficientibus maſculis.*

35 *Habilitationes ſunt ſtrictè interpretandæ, & perſonam non egrediuntur.*

36 *Pactum non excedit perſonam paciſcentis.*

37 *Feudum per ſe ſumptum licèt ſit gratia ſeu beneficium, tamen quia inducitur relaxatio iuris communis, talis interpretatio non debet admitti, quæ ſit contra naturam feudi.*

38 *Feudum, ad quod fœminæ admittuntur, an dici poſſit priuilegium.*

39 *Priuilegia, quæ conceduntur alicui magno Principi cum caſibus reſeruatis, non tranſeunt in generali alienatione cum aſſenſu, facta perſonis inferioribus, quibus talia Rex non ſuiſſet conceſſurus.*

40 *Speciali indigentia expreſſione non ueniunt in generali diſpoſitione.*

41 *Generalitas rationis operatur, ut licèt ſemel ſit ipſa ratio reſciſſa & ſublata in perſona unius, duret tamen in cæteris firma.*

42 *Intellectus ad cap. 1. de natur. ſucceſ. feud.*

43 *C. j. §. ad filias. de grad. ſucc. uerus ab auctore affertur intellectus.*

44 *Fœmina, quando ad feudum admittitur, dicitur contra legem feudorum uocari, ideo maſculus à lege præfertur, ut minus natura feudi lædatur.*

45 *Feudum pacto trahitur extra naturales terminos feudi, tamen ad terminos pacti tantùm.*

46 *Taciti & expreſſi quamuis idem ſit iudicium, tamẽ cùm pactum ſit contra naturam eius cui adijcitur, ſufficit operari aliquo caſu.*

47 *Fœmina ſi ex pacto admittitur ad feudum, an ſit neceſſe ipſam eſſe hæredem inueſtiti.*

48 *Feudò in antiquo oportet quòd filius ſit hæres patris, & in hoc deterioris conditionis eſt filius quàm agnatus.*

49 *Feudum ſi recipiatur pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis, propter uerbum Hæredibus, non obſtante pacto requiritur, quòd fœmina ſit hæres etiam agnata.*

50 *Fœmina adhuc non ſuccedit in feudo maſculis extantibus, licèt à fœmina fuerit facta conceſſio.*

51 *Feudi ſi non ſit certa natura, illudq; cõcedatũ uiuenti iure Francorũ, intelligitũ conceſſum, q in eo primogenitus ſuccedat:*

ſuccedat: ſi verò uiuatur iure Longobardorum, intelligitur ſub illius iuris determinatione conceſſum.

52 *Feudum intelligitur conceſſum ſecundum propriam naturam feudi.*

53 *Actus natura potius, & ſubiecta materia eſt ſpectanda, quàm facientis actum qualitas.*

54 *Perſonæ qualitatem concedentis tunc attendi oportet, quando voluntatis eſt quæſtio: ſecus in feudo, cùm ſit certa illius à iure determinatio.*

55 *Voluntas illius fruſtra conſideratur, cui poteſtas deficiat.*

56 *Tacita ex mente ſubintelligi illud non poteſt, quod ſit contra regulam.*

57 *Voluntas & intentio tacita, ſi non tranſit in diſpoſitionem vbi requiritur, nihil operatur.*

58 *Iure Longobardo fœminæ non ſunt penitus inhabiles ad ſuccedendum.*

59 *Ius Longobardum fuit ius commune in Regno.*

60 *Ius Frãcorum eſt ius ſpeciale in Regno.*

61 *Fœminæ niſi maritatæ & dotatæ eſſent ab eo, de cuius ſucceſſione tractatur, non eſſent à ſuccedendo excluſæ.*

62 *Frater ſi dotaſſet ſororem de bonis ſibi obuentis à patre pro rata paragij debiti ipſi ſorori in hæreditate patris, nihilominus ſoror non excluderetur.*

63 *Statutum excludens ſororem dotatam à fratre à ſucceſſione fratris non excludit ſororem dotatam à fratre de portione bonorum paternorum ipſi debita.*

64 *Differentia inter ius Longobardum et ius Francorum circa dotationem.*

65 *Forma inducta uidetur per illa uerba, Tunc excluditur, qñ fuerit dotata etc.*

66 *Formæ ſpecificè eſt ſatisfaciendum.*

67 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

68 *Filia dici poteſt indotata ſi pro maiori parte de bonis ipſius filiæ dos data fuerit.*

69 *Frater in dubio cenſetur dotaſſe de eo, quod debebat ſorori.*

70 *Aditione proprium eſt effectum patrimonium.*

71 *Filia excluſa à ſuccedendo patri, non eſt excluſa per mediam perſonã filij.*

72 *Effectum magis conſideratum à legiſlatore quàm nudum nomen.*

73 *Glo. in conſt. ſeq. verbo Dotatæ, declaratio.*

74 *Dotatio voluntaria non excludit ſicut neceſſaria.*

75 *Frater ſororem de ſuo dotare non tenetur.*

76 *Fœminę non ſuccedunt in bonis Comitis, Baronis & militis.*

77 *Conſanguinei in gradu remotiori non ſuccedunt excluſis fœminis.*

Textus conſtitutionis.

IN ALIQVIBVS. Cũ
in iſta cõſtitutione,
de ſucceſſione de-
ſcendentium diſpo
1 natur, † quorũ pri-
ma eſt cauſa. auth. in ſucceſſione.
C. de legit. hæred. c. 1. de grad. ſuc-
ced. in feud. l. pater filium. ff. de
inoffi. teſtam. Præmittendum eſt,
2 † ꝙ iure ciuili fœminæ cum ma-
ſculis ad parentum ſucceſſionem
æqualiter vocantur, ſublata ſexus
differentia quam contra legẽ duo-
decim tabularum poſteritas indu-

xerat.l.maximum vitium.C.de li-
ber. præterit.l.lex duodecim tabu-
larum, C.de legit.hære. Illa enim
naturalis ratio, quæ filios ad ſuc-
ceſſionẽ vocat, vt in l. cùm ratio.
ff.de bon.damn.l.ſcripto. ff.vnde
lib. & in l.nam & ſi.ff.de inoffi.te-
ſtam. c.ius naturale. j.diſtin.inter
mares & fœminas non diſtinguit,
ideo lex duodecim tabu. naturalẽ
rationem ſequuta, differentiã in-
ter eos non conſtituit.l.ij. C.de le-
git.hæred.d.l.lex 12.tab.§. ſed hæc
quidem vetuſtas.inſtit.de exhære-
3 da.liber.† Succeſſerunt deinde feu
dorum conſuetudines, ex quibus
à ſucceſſione fœminæ penitus ex-
cluduntur, vt in c.1. §. hoc autem
notandum, qui feud. dar. poſſ. &
in c.1.in fin.quid ſit inueſtit. & de
grad.ſucce. verſ.ad filias. & in c.1.
quemadmodum.ad fin. & de ſuc-
ceſ.feud. §. filia verò.cum ſimil. &
dicit Neapoda. in conſuet. ſi mo-
riatur.in verbo Pronepotib.col.2.
4 † q ſexus fœmineus de iure feudo
rum eſt incognitus nec habet vir-
tutem repræſentationis, vt ſucce-
dat in locum patris & repræſentet
patrem.c.1.de eo qui ſibi & hęred.
ſuis. faciunt dicta per Bar. in l.li-
berorum.in antepen.col.verſ.quæ
ro,pone.ff.de verbo.ſigni. per Sa-
lice. & Cyn.in l.j. C. de adulterijs.
5 † etiam ſi feudum eſſet pretio ac-
quiſitum, ſecundùm Andr.in d.§.
hoc autem. & Cardi. in §.& quia.
eo. tit. licèt aliqui teneant contra-
rium, vt Odofr. in ſumma. feud.
tit.qui ſucce.in feud.Iacob.de Bel-
uiſ. & Nicol. de Neap.poſt glo.in
c.1.de benef.fratr.& in c.1.de feud.
da.in vic.leg.commiſſo. Lud. Ro-
ma.in conſ.1.& Curt.Iun.in tract.
feud.de ſucce. feud.limit. Quibus
poteſt reſpõderi per rationes Car-
dinalis in d. §. & quia vidimus. &
Curt.Sen.in conſi.49.col.1.de quo
per Soci.in conſi.257. 2.lib.& De-
ci.in conſi.139. in princ.& 208. Et
propterea dixit Iacob. de Ardiz.in
6 ſum.de ſucceſ. feud. col.3. † q eſt
contra feudi naturam fęminas in
feudo ſuccedere. & dicit Bald.in l.
ſi familiæ. C.famil.erciſcun. quòd
7 † filia feudatarij ad excludendum
patruum non poterit opponere
exceptionem l. vindicantem. ff.de
euict. q in diuiſione patri ſuo feu-
8 dum obuenerit, † quia diſpoſitio.
l. vindicãtem. quando ex natura
rei ſuccedit euictio locum non ha
bet, vti etiam tenent ibi Cyn.Paul.
& Salic. agitur enim per patruum
ſecundum naturam rei ad exclu-
ſionem fęminæ à ſucceſſione feu-
di. argum.l.ſi ſeruus. ff.de euictio.
ſequitur Crot. in l. qui Romæ. §.
duo fratres.col.19. ff.de verb. obli.
Aret.in conſ.3.& Curt.in conſ.49.
& ſeq.Loffr.in conſ.14.nu.59. licèt
agenti remedio adipiſcendę. l.fin.
de edict.Diui Adri.non obſtet ex-
ceptio, q ſit fęmina, vt per Io.An-
dre.in add.Specu. in tit.de teſtam.
§.pen.circa fi.& per Bal.& Iaſ.in d.
l.fin.Curt.in trac.feud. 2.par.q.21.
quia poſſet demonſtrare poſtea ſe
habilem: quod dictum non pro-
cedit ſine dubio: per ea quæ di-
cuntur

cuntur in d.l.fin. & in l.ſi de vi.ff. de iud.& in l.ij.eo.tit.de edic.Diui Adria. & in c.Imperialem. de prohib.feu.alienat. per Federic. Ange. in conſi.139.incip.Nautius. declarat & allegat plura D. Matthe. in deciſ.119.& limit. Albert. Brun.in conſ.18.col.3.in fine.cum ſequen. Hinc oritur notabilis diſceptatio;
9 † an huiuſmodi feudi natura mutata, ſeu alterata intelligatur, ſi feudum fœminæ à principe concedatur, vt tunc deſcendens fœmina ſuccedat,& Obertus de Orto & Girar.Capi.in cap.1.in princ.part.de feu.fœmi.Bal.& Aluarot. poſt antiquiores in c.1. de natur.ſucc.feu: per illum tex.ibi, Niſi fœmineum ſit,tenent apertè ꝙ ſic.& in eandē ſententiam inclinat Rom.in conſil.367.col.fi. & dicit eſſe communem, Io.de Rip. in 1.libro reſpōſ. cap.1. fol.7. Et propterea Curt.in tract.feud.3.par.col.2.reprehendit Andr.tenentem..........poſt glo.in d.cap.1.de feu.fœm. & in d.c.1.de
10 natu.ſucc.feu.3.col.† ꝙ niſi ex ſpeciali pacto expreſsè ꝓuiſum fuiſſet,fœminę nō ſuccederent:& pro illorum opinione cōtra gl.& Andre.ſatis videtur facere,ꝙ rationes excluſionis fœminarum, quæ habentur in d. §. hæc autem notandum.per glo.& alios. & Andr.Tiraquel.de legib. cōnubialib. in gl. vel illa,ꝙ non poſſint leuare faidā, Glo.in c.1. an mutus, vel aliàs imperfectus. verſ. in ſimilib. per Bal. in l. quoties. C.de ſuis & legit. vbi conſiderat, quinque rationes fuerūt neglectæ ab ipſo concedente dum cōceſſit fœminæ. Ideo ipſa ēt excluſiua diſpoſitio reiecta cenſeri debet ex mente concedentis. argum.cap.cùm veniſſent. de iudic.
11 l.ex facto.ff.de vulg.& pup. † correcta enim & ſublata legis ac diſpoſitionis ratione, etiam ipſa diſpoſitio ſublata cenſetur. Gl.in l.j. verſ.prouidentia. ff.de legi.tut. & in l.j.C.eo.tit.per Alex.in l.j.col.3. ff.ſolu.matr. Iaſ.in l.ſiquis filium. C.de inoffi.teſtam. Alex.in l.j.col.
12 antepen.ff.ſi cert.pet.† vt in ſimili quando conceditur feudum inhabili, cenſetur conceſſum vt poſſit ſeruire per ſubſtitutum, ſecūdum Andr.in c.1. de milit.vaſal.qui arma belli.in fi. Spec. in tit.de feud. §.quoniam. verſ.21. & Andr.in d. c.1.de benef.fœmi. Nec obſtat fortiſſimum fundamentum quod dicit ſe facere D. Mattheus in d. c.1. de feud.fœmi.in princ. ꝙ fœmina nō debet habere maius priuilegiū quàm maſculus in feudo, vt ſicut maſculo inueſtito fœmina in feudo nō ſuccedit,ita nec fœminæ ſuccedatur. Nā adhoc dupliciter reſpondetur. Primò,ꝙ non inconuenit id Principe volente,de cuius intereſſe tractatur. l.in re mādata. C.mand.l.in commodato.§.ſicut. ff.commo.Gloſ.in cōſtitu.ſequen. verſ. voluntas enim ipſius concedentis demōſtrata eſt ex cōceſſione facta inhabili ad ſeruiendum, per quam ſublata cenſetur ratio excluſionis fœminarū, vt prędixi, ſecūdum opin. Oberti & Girardi.

Secundò reſpondetur, tenendo il-
13 lorum opinionem volentium, † ꝙ
ſucceſſio fœminarum in tali feu-
do eſt ex natura feudi, per text. in
d. c.1. de natur. ſucceſ. feu. ibi, Niſi
fœmineum, vt in cap.1. §. ad filias.
de grad. ſucce. in feu. ibi, Niſi eius
conditionis ſit feudum, ꝙ fœmi-
na, cui feudum conceditur, nõ ha
bet hoc ex priuilegio, niſi ſecun-
dariò & conſecutiuè ex natura feu
di, prout multa conceduntur, quę
aliàs concedi videretur inconue-
niens. l. ij. ibi glo. & Bal. C. de na-
tur. lib. l. ſi aliena. §. pater. ff. de vſu-
cap. not. in l. iij. C. de iudi. Adduci-
tur etiam pro hac opinione Ober.
& Girar. elegans deciſ. Pet. de An-
char. in conſil. 341. incip. Pro ma-
iori intelligentia. col. 3. vbi voluit,
ꝙ conceſſio facta per fęminã ope-
ratur, vt fęmina non excludatur à
ſucceſſione eius cui facta fuerit cõ
ceſſio. arg. l. plenum. §. equitij. ff. de
vſu & habit. l. ex facto. §. ſiquis ro-
gatus, ff. ad Trebel. Potentiore igi-
tur ratione videtur, vt nõ exclu da
tur, ſi fuerit conceſſio facta fœmi-
næ, & illam ſentẽtiam firmat Bal.
in receptione emphyteuſis, in c. q̃
in eccleſiarum, de cõſti. Iaſ. in l. ſed
& ſi hac. §. liberos. 1. no. ff. de in ius
voc. Catell. in memor. verb. Immu
nitates. & licèt Iaſ. contra opinio-
nem Petri de Ancha. adducat tex.
in l. generaliter, §. cùm autẽ. C. de
14 inſtit. & ſubſtitu. † vbi ſubſtitutus
filio naturali nõ excluditur per fi-
lios naturales, prout ponderãt ibi
Ang. Paul. de Caſt. & alij; tamẽ idẽ
Iaſ. in d. §. cùm autem. in fi. Reſpõ-
det, ꝙ ibi verſatur ſubſtituti præ-
iudicium, quę ſolutio in propoſi-
to caſu nõ tollit argumentũ: nam
conſiderari poteſt alterius præiu-
dicium, quando ſupereſſet frater
morientis qui poſſet aliàs ſuccede-
re, vt in c.1. de ſucc. feud. vel agna-
tus, quãdo feudum effectum eſſet
antiquum, vt in c.1. de ſucc. feu. &
in c.1. de grad. ſucc. in feu. cũ ſim.
hi enim à fœmina excluderẽtur ſi
eſſet proximior, & poſſet ex ratio-
ne prædicta ſuccedere, itaque per
illum tex. firmaretur potius cõtra-
ria ſentẽtia, quàm tolleretur ſolu-
tio Iaſ. & licet illum text. variè Do-
cto. intelligant, vt per Mod. poſt
Abb. in c. in præſentia. de probat.
& Soci. in l. cùm auus. ff. de cõdi. &
demõſtra. Alex. in d. l. ex facto. §. ſi
quis rogatus. Tamen quod attinet
ad quæſtionẽ iſtam, dici poteſt, ꝙ
15 hic caſus eſt diuerſus ab illo: † nam
quãdo feudum conceditur fœmi-
næ, filia deſcendẽs ab ea, non cen-
ſetur aliquo iure inhabilis, quia
lex feudorum à paterno nõ à ma-
terno feudo excludit. d. c.1. §. ad fi-
lias. cum ſimil. nec eſt aliàs odioſa
filia fœmina, vnde interpretatio q̃
reſultat ex illa conceſsione, cõcor-
dat cum iure ciuili, quod nullam,
vt dixi, differẽtiam conſtituit. d. l.
maximum vitium. Sed in termi-
nis dicti §. cùm autẽ. ſumus inter
16 p̃ſonas odioſas, † quarum fauorẽ
nõ debet fieri aliqua interpretatio,
& extẽſio ab expreſſa diſpoſitione
17 ad præſumptam, † vt ſicuti filius
natu-

naturalis fuit prædilectus ſubſtituto in expreſſa diſpoſitione, ita etiã videatur prædilectus nepos ex præſumptione iuris, probatur in l. humanitatis. C. de natu. lib. ibi § *Si hoc pater naturalis* § & in l. fin. in fine. eo. titu. ibi § *In quibus voluntate* § vbi ſecundum verum intellectum expreſſa diſpoſitio pro naturalib. permittitur. Sed tacita quæ reſultaſſet ex præſumptione legis, vt in d. l. cùm ratio, nõ admittitur: odioſi enim ſunt mero iure etiam naturales. d. l. fin. verſi. filijs enim. & in l. legem Anaſtaſij. eo. tit. & ideo ſecundum aliquos dicit Io. de Imol.
18 in d. §. ſi quis rogatus, † q etiam ſi per ſtatutum eſſent habiles ad ſuccedendum, non facerent deficere fideicommiſſum: quia tanquàm perſonæ viles & odioſæ nõ debẽt gaudere huiuſmodi iuris præſumptione, vbi non eſt expreſsè diſpoſitum, ſequitur Soci. in conſi. 249. col. 17. in fi. vol. 2. De quo tamẽ latius per Mod. ibi, & in d. c. in præſentia, & faciunt ea quæ de odioſis perſonis dicuntur, vt non cenſeantur in generali diſpoſitione. l. Lucius Titius teſtamento, §. Lucius Titius Damam. ff. de legatis 2. c. alma, de ſenten. excom. Anchar.
19 in conſi. 159. in fi. † & iuris pręſumptio ceſſat, vbi nõ militat fauor reſpectu eius cuius gratia ius præſumit.

¶ Contrariam tamen opinionem arbitror eſſe veriorem, quam gloſ. & Andr. (vt dixi) tenent, ac Iacob. de Ardiz. vir magnæ auctoritatis & doctrinæ in 3. par. ſummæ tit. n. col. 4. & Paris de Put. in ſuo cõpen. in tit. qui feu. dar. poſſ. poſt Andr. ibi. & in cap. 1. quemad. feu. ad fili. perti. & videtur apertè fundari ea ratione qua Andr. vtitur in d. c. 1. de benefi. fœm. & in c. 1. §. huius autem generis, ex qui. cau. feu. amitt. & in c. 1. de eo qui ſib. & hære. ſuis.
20 & in c. 1. de cap. Conra. † q Princeps in cõceſsionibus ſuis videtur ſubintellexiſſe quod ius vult. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. c. cauſam. de reſcrip. c. 1. §. filia verò. de ſucceſſ. feu. c. cum dilectus. de conſuet. not. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. Bart. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. Bal. in l. precibus. C. de imp. & alijs ſubſt. col. 18. Aret. in l. iij. ff. de leg. j. Iaſ. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. col. 8. Alex. in conſil. 87. col. 9. vol. 2. & Geminia. in ſingula. 24.
21 † ergo concedendo fœminæ & filijs ſeu hæredibus videtur de maſculis tantum ſenſiſſe, vt ius vult. d. cap. 1. de natu. ſucceſſ. feu. q fœmina penitus excludatur. d. §. hoc autem notandum. & per iſtam rationem fundatur opinio Bal. in c. primo, §. donare. qualit. olim feu. aliena. & in l. cùm virum. C. de fi-
22 deicomm. † Quòd etiam ſi Princeps vtatur verbis generaliſsimis quibuſcunque, nunquam in inueſtitura cenſetur alios ad ſucceſsionem vocare, quàm eos qui aliàs de iure poſſent ſuccedere, licèt idem Bal. in c. Imperialem. de prohibit. feu. alie. & in l. j. q. 34. ff. de rer. diui.

aliter

aliter teneat: cuius vltima opinio
23 eſſet verior, † quando illud verbũ, Quibuſcunque, nihil operaretur, vt tenent Alberi. in l.fin.C.de iure emph. Io.de Imol. in l.qui Romæ, §.duo fratres. ff.de verbo.oblig. & per eundem in prælud.feu. col.18. Alex.in conſi.2.vol.5. Iaſ.in conſi. 155.in 5.vol.& in conſi.17.vol.3.& per Moder.latè in l.Gallus.ff.de liber.& poſthum.& in c.in præſentia.de probat.bonus tex.in l.ſi ita fuerit.ff.de leg.3.& in ſimili tenet Paul.de Caſt.in l.j. C.de fide inſtr. Glo.in clem.1.de iud.verſ.quibuſcunque. & allegat multa Dec. in
24 cap.1.col.19. verſ.† ſecundò limitatur, de probat. & latius diſputatur per eundem in d. c. in præſentia, col.22. Ægid.Bellame.in conſi.48. col.fin. in princ. Curt. in d. tract. col.fi.3.par.& in conſ.1.poſt dictũ tracta. In ſimplici igit̃ diſpoſitione ſemper illa interpretatio fieri debet per quam iuris regulæ obſeruantur, vt per Bal. in l.j.col.2.C.de iur. emph. Glo. in cap. cupientes, §. quod ſi per viginti, de electio.in l.fin.C.de indi.vid.toll. Bal.in c.1. de alien.iud.mut.& in c.2.de feud. dat.in vic.leg.commiſſo. Alberic. de Roſat. in 2.part. ſtatuto. q.109. Ludo. Rom.in conſi.483.& 499.& dixit notabiliter Bal.in l.ſi quãdo,
25 C. de inoffi. teſtam. † ꝙ conceſſio facta, ꝙ quis liberè teſtetur, intelligitur tamen ſecundum regulas iuris, vt latè reaſſumit Andr.Sicul. in tract.de præſtan.Card.2.q.Baſi. in princ.& ita etiã tenet Bartholo. de Capua in conſtitut. Regni poſt
26 mortem, in additio.† Quia in dubio conceſſio Principis recipit interpretationem à iure communi. Allegat text.in l.ex facto, ſecundo reſponſo, ff. de vulga.& pupillari ſubſtitu.

¶Non obſtat illud quod pro contraria parte dicebam, debere illam interpretationem fieri, quæ faciat pro filia, vt concordemus cum iure ciuili: in materia feudorum de-
27 bemus ſtare regulis feudorum, †& quando per iura feudorum, etiam à ſimili arguendo, caſus decidi nõ poteſt, tunc ad iura ciuilia recurrendum eſt, c.1.de feud.cogn.not.
28 in c.1.de oper.no. nunciat. † Et ꝙ pacta appoſita in inueſtituris feudorum intelligãtur ſecundum cõſuetudinem feudorum, eſt text.in cap.1.de eo qui ſibi & hære. in c.1. §.quinetiam, Epiſco. vel Abb.Glo. in cap.1.quid ſit inueſt.in fin.not. Bald.in conſil.1.& 2.vol.1. Alex.in conſi.59. in 2.col.vol.5. & in conſil.29.col.fi.in 1.vol.Curt.in 3.par. tract. q.12.& 17. Paris de reintegr. feud.chart.34.col.4. Glo.Pariſien.
29 §.22.tit.1. † Et licèt non à materno ſed à paterno feudo expreſsè filia excludatur, vt ſuprà dicebam: tamen ratio excluſionis eſt generalis, nec reſpicit perſonam eius cui ſucceditur ſed ſuccedentis, ideo nõ eſt diſtinguendum inter feudum patris & feudum matris, vt p And. hic in verbo Parentum ſucceſſionem, vbi dicetur: & ſic poteſt hic caſus decidi, arg. vt per gl.in d.c.1.

in verſ. comprehenſus. immo videtur expreſsè decidi in c.1.de feu. fœmi. ſecundum vnum intellectū de quo infra: & ꝙ etiam à materno feudo excludatur, ſatis probat tex. in c.1.in quib.cau.feud.amitt. in fi.ibi § *Si de eis nominatim dictum ſit* § vbi nō diſtinguit de patre vel matre, ſed generaliter loquitur in
30 accipiente feudum.† & tanto fortius hæc interpretatio ſumēda eſt, ꝙ concordat cum iure antiquo, quo filij matribus minimè ſuccedebant, vt inſt. ad Tertull.in prin. prout in ſimili cōſiderat & arguit Curt. in conſi. 10. col.4.verſ.confirmantur præmiſſa.

¶ Nec obſtat, ꝙ qualitas ſemel in prima acquirente approbata cenſeatur etiam in deſcendentibus recepta.l.ij.C.de lib.& eor.lib.Quoniam reſponderi poteſt, diuerſam eſſe rationem in prima acquirente, ab ea quæ eſt in deſcendentibus: nam in prima expreſſit concedens, quod voluit & potuit, & ſeruari debet etiam contra regulas iuris.l.fin.C.de legi.l.j.ff.de conſt. princip.in l.fin.C.ſi contra ius vel vtilita.publi.c.tenor, de priuil.c.1. de cap.Corra.per Bald.in proœm. feud. quia in claris non eſt opus coniecturis.l.cōtinuus,§.cum ita. ff.de verb.oblig. & ita in ſimili reſpondet Dec.in conſ.191.col.3. ſed in deſcendentibus legem aliā ſucceſsionis non expreſsit, ſed ſub iuris diſpoſitione reliquit, l.commodiſsimè,ff.de libe.& poſthum.l.in his.ff.de condi.& demonſt.eo præ-
31 ſertim † ꝙ quanto minus poteſt interpretandum eſt fore à iure cōi receſſum.l.quamquam.C.de teſta. milit.l.ſi ſerui veſtri. C.de noxa.& in ſimilibus terminis tenent And. in cap.1. ex quib.cau. feud.amitta. Alex.in conſ.10.vol.3. Aret.in cō-
32 ſil.14. col.4. † & ſicut in his, quæ contra regulas iuris expreſsè inducta ſunt, non ſequimur regulas iuris. l.in his quæ contra.ff.de legib. ita in his in quibus nihil cōtra regulas iuris exprimitur, non debemus à iuris regula deuiare. d. l. ſi quando, C.de inoffi.teſtā.per Bal. in c.cum non liceat. de præſcripr. Bart. in l.j. §.lex Falcidia. ff.ad leg. Falcid.in l.ſi verò. §.de viro. ff.ſol.
33 matr.† Præterea dum Princeps inueſtit fęminā de feudo tacitè ipſam habilitat, quæ ſeruire non poteſt, vt in c.fin.per gl.de elect.in 6. c.ad hæc. de poſtul.pl. not. in c.1. de æta.& qualit.in fi.gl.in c.qui in aliquo.50.diſtin.per Bald.in l.eam quam, C. de fideicō.& propriè in terminis huius conſtitut. dicit D.
34 Matth.in deciſ.320.† ꝙ eſt diſpenſatio quę fit fauore fęminæ, vt admittatur ad ſucceſsionem in feudis deficientibus maſculis, vt infrà dicam.

35 ¶ Sed† iſtæ habilitationes ſunt ſtrictè interpretandæ,& perſonā non egrediuntur, vt in ſimili loquitur Bald.in conſi.112.1.vol.c.1.& 2. de fil.preſbyt.glo.in cap.ordinarij.in verſ.diſpenſatio,de offic.ordi. per Bart.in l.ſi tibi. §.pactum conuentum,ff.de pact.in l.quia tale.ff.ſol.

matr.

matr. & in iſtis terminis conſide-
36 rat Andr. † pactum non excedere perſonam, in c.1.qui feud.dar.poſ. & ideo habilitatus ad ſuccedendũ patri, non eſt habilis ad ſuccedendum agnatis patris quando nõ ſit reſtitutus natalibus, vt per Paul.& Soc.in l.adoptiuum, §.patronum. lo 2. ff. de in ius voc. & tenet Neapo.in cõſuet.ſiquis vel ſiqua. verſ. legit. verſ. ſed quid ſi. & in verſ.ex parte patris.verſ.ſed qui ſint. Dec. in conſi. 316.col.3.vol.2.& Curt.in
37 conſi.74. † Et licèt feudum de per ſe ſumptum ſit gratia ſeu beneficium, vt dicit Bal. in prælud.feud. col.8. & ideo latè debeat interpretari quò ad ea quę ſoli concedenti præiudicant.c.cùm dilecti, per Io. Andr.de dona. l.fi. de conſt.prin. per Ang.in conſi.236. tamen quia induceretur relaxatio iuris cõmunis, quam non præſumitur Principẽ facere voluiſſe, per iura præallegata: immo potius voluiſſe ſe iuri communi reddere conformẽ: & quia actus non poteſt operari contra intentionem agentis. l. nõ omnis, ff. ſi cert. pet. ideo talis interpretatio non debet admitti cõtra feudi naturam:& ita ſentit Bal. & Aluarot.in c.1. §.filia, de ſucceſ. feud. Declarando tex. in c.1.de eo qui ſibi & hære.ſuis. nam eſſet potius priuilegium, vt tenet Bald. in prælud.feud.col.8.& Iaſ.in prelud.
38 col.11.verſ. † An autem poſſit dici priuilegium, & quoniam non extenditur de perſona ad perſonam, Andr.in c.Imperialem. in prin.de prohib.feud. alien.per Federic. l.ſi vnius, §. ante omnia, ff. de pactis, ſicuti de gratia facta Baroni, q̧ nõ præſit vaſallo, determinat Par. de reintegr.feud.chart.66.col.1. Præterea potuit concedentem aliqua ratio mouere, quæ erat in matre, prima acquirente, quæ nõ foret in deſcendentibus, iuxta not. in l. generaliter.in princ.C.de reb.credit. in glo.in verbo, A principali.in fi. glo.in c.1.§.ſiquis.verſ.præſtanda. ſi de inueſtit.inter Domi. & vaſal. lis oriat. & ita in ſimili reſpondet Dec.in d.c.in præſentia.col.19.vbi allegat tex.in c.1.& c. nunquam.& pen.56.diſtin.Et per hoc fuit ſæpe
39 iudicatum in ſacro Concilio, † q̧ priuilegia, quæ conceduntur alicui magno Principi cum caſibus reſeruatis, non tranſeunt in generali alienatione cum aſſenſu, facta perſonis inferioribus, quibus talia Rex non fuiſſet conceſſurus. arg. l. licitatio. §.fin. de publica. in l. tutorem, ff.de his quib.vt indign.& per Paul.de Caſtr. in conſ.8. col.2. & vlt.1.vol.nouorum. in l.cùm pa
40 tronus, ff. de leg.2. † & ſpecialiter exprimenda nõ veniunt in generali diſpoſitione.l.non tantum, §. non tamen omnia, ff.de excuſ.tut. Innoc. in c.ex his, de offic.delega. Quinimmo quoniã ratio, quæ fęminas excludit, eſt generalis omnes comprehendens, ideo licèt fœmina fuerit ſemel ad feudum admiſſa, non per hoc fœminæ deſcẽdentes ab ea debent admitti, argu. tex.in l.pr̃. §.quindecim, ff.de le.3.

Quo

Quo arg. vtitur Bald. in l. fi. col. 2.
41 C. de ſuis & legit. † quoniam generalitas rationis operatur, vt licèt, ſemel ſit ipſa ratio reſciſſa & ſublata in perſona vnius, duret tamen in cæteris firma, vt tenet Bar. in d. l. pater. §. fundum. Raph. Cuman. in l. filiusfamilias, §. diui. col. fin. & ibi Claud. col. antepen. ff. de leg. 1. & comprobat Crot. col. 14. in fine. & in proprijs terminis tenet Bald. in conſil. 1. incip. Dominus Iordanus. vol. 1. col. 2. & facit tex. notab. iuncta glo. in c. 1. de eo qui ſib. & hæred. & ibi Bal. reſpondet ad tex. in d. §. quindecim, & aliter Cur. in tract. feud. 2. par. q. 4. col. 3. in fine.
42 ¶ Non † obſtat tex. in c. 1. de natu. ſucceſ. feud. dici poterit, non determinari hoc in illo tex. ſed q tantũmodo relatiuè ponitur opinio quorundam ibi: tunc enim ſuccedit filia matri & patri, ſecundum, quoſdam: & q illorum opinio nõ ſit vera, demonſtratur apertè in c. 1. de feud. fœmi. vbi contra opinionem Oberti & Girardi arguitur, q ex ea ſequeretur, fœminam ſuccedere etiam maſculis extantibus: quod eſt falſum: eſt autem falſum, quia talis natura huiuſmodi feudi per conſuetudinẽ aliquam attributa non reperitur, nec ratione conſtaret per ſuperius allegata, & ſi talis natura eſſet, vt ad fœmineam prolem tranſiret, ſine dubio etiam extantibus maſculis tranſiret, vt infrà probabo: & ſic ex iſto falsò probatur opinio illorum eſſe falſam, prout And. declarat in d. cap. 1. §. & quia vidimus. col. 2. qui feud. dar. poſſ. & cenſetur eſſe reprobata in l. ſi fuerit. ff. de rebus dub. l. per ſeruum, §. denique, ff. de vſu & habi. Si igitur in d. c. 1. de feud. fœmi. reprobatur, neceſſe eſt dicere, q in c. 1. de natur. ſucce. feud. non approbatur, ne contrarietas & repugnantia inducatur, ſed potius altera lex per alteram, vt prædixi, declaretur. l. ſed & poſteriores, ff. de legib. vt per Bart. in l. fin. §. idem quęſiit. ff. de cond. indeb. l. cùm falſa. in fi. C. de iuris &
43 fact. ignor. † Neque tex. in c. 1. §. ad filias. de grad. ſucc. dum dicit *Niſi eius conditionis ſit feudum* debet intelligi de feudo conceſſo fœminæ, quia poteſt intelligi quãdo ad nullum ſeruicium datum eſſet, ſecũdum opinionẽ Bald. in d. §. & quia vidimus. Rom. in ſingul. 178. Moder. in d. c. in præſentia. licèt Curt. aliter ſentiat in d. ſuo trac. 5. limit. vel ſi conſuetudo alia aliter induxiſſet, vt not. in d. §. hoc autẽ notandum, per Andr. & Bald. in conſil. 145. col. 2. vol. 1. & iõ idẽ Obert. in cap. 1. quib. cau. feud. amitta. & in c. 1. de feud. March. & in cap. 4. §. hoc autem. qui feud. dare poſſ. de ſolo pact. loquut. eſt. Et licèt Aluarot. dicat, q illud cap. 1. de benefic. fœm. ſit factum ab Oberto, qui compilauit opus, & non eſt veriſimile q opinionem ſuam reprobatam reliquerit. Tamen reſpondetur, q ille text. & quamplures alij, ſicut c. hic finitur lex: nõ ab Oberto ſint, ſed ab alijs ſcripti: patet ex diuer-

diuerſitate ſtili: & ꝙ in tertia perſona de Oberto loquatur, vti etiã de Girardo, in §. profectò. de leg. Conra.& in c.1.ſi de feud. vaſal.& manifeſtè probatur in c.1. §. ſimiliter.de capi. qui cur.vend. & opinio Obert. & Girard. ſimiliter reprobatur, ſecundum opinionem Mediolanenſium in c.1. qui teſtes ſint neceſſarij. & contra opinionẽ ipſius dicitur iudicatum in cap.1. de gradib.& opinio Obert. reprobatur, & approbatᷓ opinio Girar. in cap.1.de leg.Conra.§.1.in fi. Ex quibus conſtat poſt compilationem Oberti fuiſſe alia ab alijs adiecta: vel ſecundum glo. Pariſien. in pri. ſui operis. ipſe idem Obertus ſibi ipſi ſæpe contrarius eſt, dum varias opiniones refert, nec in aliqua ſe firmare videtur, & ſic iſta opinio remanet firma: & ſi aliam opinionem teneremus, poſſet etiã reprobari quædam cõcordia, quã dicit Curt. in d. 3. part. ſui tracta. col.2. ſe conſideraſſe, videlicet, ꝙ extantibus maſculis fœmina non ſuccedat; ſi enim dicimus ſecundum Obertum, ꝙ ex feudi fœminei conditione filia matri ſuccedit, per tex.in d.c.1. de natu. ſucc. feud.certè non deberet per exiſtentiam maſculorum excludi,quoniã conſtitueretᷓ differentia ſexus contra rationem naturalem, vt ſuprà dixi.d.l.maximum vitium. nulla lege nec feudi natura id dictante: quòd ſi diceretur, nonne conceſſo feudo ꝓ maſculis & fœminis, maſculi præferuntur, c.1.de eo qui ſibi & hæred.c.1.in fin. Epiſcop.vel Abba. Ergo conſequentia ſeu illatio facta cõtra opinionem Ober. & Girar.in d.c.1.de feud.fœmi. nõ eſt bona: quia non ſequitur de neceſſitate ex præmiſſis. l.ij. §.ex his. ff.de verb. oblig. Reſpondetur il-
44 lud eſſe ob id † ꝙ fœmina contra legem feudorum vocatur, & ideo maſculus à lege præfertur, vt minus natura & ius feudi lædatur,
45 l.ij. ff.de noxalib. † Pactum enim trahit feudum extra naturales terminos feudi, ad terminos pacti, ſecundum Bal.in d.c.1. §. & quia vidimus. in 6.col. & in l.j. §.ſed & ſi quis. C.de lati. liber. toll. & in c.1. de feud. non haben. propr.natur. feud. ideo donec ſupereſt maſculus nõ patet aditus fœminę ad ſucceſſionem, vt dicit tex.in d.c. 1.de eo qui ſibi.Bal.in d.l.fin. C.de ſuis & legi.Sed iſto caſu fœmina nõ ex pacto,ſed ex huiuſmodi feudi natura vocaretur,per illum tex. ſecũdum iſtam opinionem, ideo talis reſtrictio nulla lege diſtinguente
46 fieri non debet: † & quamuis taciti & expreſſi idem ſit iudicium, l.cum quid. ff.ſi cert.pet. & ſic,vti in expreſſa prouiſione concedẽtis vt fœminæ ſuccedant admittitur illa diſtinctio, de qua in d.c.1. de eo qui ſibi & hæred. cum ſimilib. ita & fortius videtur in prouiſione tacita, arg.auth.multo magis. C.de ſacroſan.eccleſ. Tamen cum iſtud pactum ſit contra naturam feudi, ſufficit operari aliquo caſu per rationem prædictam, vt in d. cap.1.

cap. 1. de eo qui ſibi & hæred. c.1. de duob.fratrib.& ita in ſimilibus terminis Curt.d.conſil.49.col.44. ſecus tamen eſt in feudo fęmineo, ſecundum illam opinionẽ Obert. & Girar.quia cùm natura feudi nõ repugnet, nulla eſt reſtringendi ratio, c.cùm ceſſante. de appellat. quia ſeparatorum ſeparata eſt determinatio: ergo etiam maſculis extãtib. fœmina ſuccederet,prout conſiderabatur in d. c.1. de feud.
47 fęm.ſi talis eſſet natura feudi. †Eſt tamen aduertendũ, ꝙ eo caſu quo filia ex pacto admitteretur, feudũ diceretur ex pacto & prouidentia, ſecundum Bald. in conſil.82.incipiente, Proponitur ꝙ inueſtiturę, col.2.in princ. vol.1. dum dixit, ꝙ nõ oporteret filium eſſe hæredem patris,& ſequitur D.Matth.in c.1. §.& quia. 7.col.qui feud.dare poſ. Quod dictum non eſt ſimpliciter verum, quia licèt ſit ex pacto admiſſa in feudo nouo,debet tamen hæres eſſe, vt in c.1.& ibi And. an
48 agna.& † in antiquo oportet ꝙ ſit hæres patris, & in hoc deterioris conditionis eſt filius quàm agnatus.d.cap.1. & in c.1.ſi vaſall. feud. priuc.& dixi ſuprà in rub.in prin. Nec videtur, ꝙ ſit differentia inter marem & fœminam, quia in vtroque militat ratio pacti, qua mouetur Bald. Et tamen oportet maſculum eſſe hæredem, & militat ratio qua mouetur And.& alij, ꝙ filius debeat eſſe hæres, ideo in vtroq; debet pariter determinari,
49 l.illud.ff.ad leg.Aquil. † Præterea ſi feudum recipiatur pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis, propter verbum hæredibus, non obſtante pacto, requiritur ꝙ fœmina ſit hęres etiam agnata in ipſo feudo, vt in d. cap.1. de eo qui ſibi & hære.& in d.c.1.an agna.l.nõ tantum.ibi glo.ff.de peti.hæred.& ita tenet Neapo.in conſuetu.incip.Et ſi teſtator. in verbo Diſponere. Curt. conſ.1. & eſt vera opinio, vt per Loffre.in conſi.1. quicquid teneat Deci.in conſi.185. & D. Matthe.in conſti.ſequenti. in penul.& antepen.col.& ſic non erit ſimpliciter verum, ꝙ non debeat fœmina hæres eſſe, quia ex pacto admittatur.
50 ¶Subſequenter etiam dico,† ꝙ licèt à fœmina fuerit facta cõceſſio, adhuc fœmina non ſuccedit per regulam & iura præallegata, quicquid nouiſſimè dicat Cur.in conſil.181.2.part. Nec obſtat, ꝙ in cõtrarium facere videbatur tex.l.plenum. §.equitij. ff. de vſu & habita. qui textus in argumẽtum pro opinione Petri de Ancha. adducitur, quoniam in his procedit quę non habent certam iuris regulam, vt latè per Roma.conſil.178. & dixit Luc. de Penn.in l.j. C.de impo.lu-
51 crat.deſcript.lib.10.†Quòd ſi non ſit certa feudi natura,illudq; concedatur viuenti iure Francorum, intelligatur cõceſſum ꝙ in eo primogenitus ſuccedat:ſi viuatur iure Longobardorum, intelligitur ſub illius iuris determinatione cõceſſũ, ſequit D.Matth.in deci.248.

52 alias † cōceſſio feudi cēſeret̄ facta
ſecūdum propriā naturā feudi,
prout dixit And.in cōſt.dignum,
& D.Matth.in conſti.Poſt mortē.
col.iij. verſ.in contrarium. Bal.in
c.1.de feu.dato. in vic. l.cōmiſſor.
Par.de reintegr. char.74. & gl.Pa-
riſ.in tit.1.§.22. Sed circa fœminas
habemus certam iuris determina-
tionem, quam concedentem ſequi
voluiſſe præſumit̄, ꝑ iura allegata,
53 maximè † ꝗ potius naturę actus,
& ſubiecta materia eſt ſpectanda,
q̄ facientis actum qualitas, Petr.de
Anc.in l.tres fratres.ff.de pact. An-
to.de But. in c.ſi pro debilitate.de
off.dele. Alex.in cōſ.30.vol.4. Dec.
in reg. quoties idem.de reg.iur. &
ita videntur intelligenda quæ di-
cuntur per Inn.& Abb.in c.paſto-
ralis.de donat. Bal.in l.ex milit.de
teſt.mil. Iaſ.in auth.ingreſſi.col.6.
C.de ſacroſ.eccl. ideo illius legis ra
tio ad pſentis quæſtionis deciſio-
nem adduci nō debet. ¶ Non ob-
ſtat, non videri fœminam ſuum ſe
xum abominatam, per tex.in d.c.
ſiquis rogatus. dū à qualitate per-
ſonę ſubſtituentis in dignitate cō-
ſtitutæ naturales excluduntur: ita à
qualitate perſonæ concedentis, nō
intelligantur excluſę fęminæ. Qm̄
54 reſpondetur, † ideo qualitatē perſo
næ cōſiderari in §. ſi quis rogatus;
quia voluntatis erat qō, vt ibi dicit̄
de quibus filijs intellexiſſet, quę vo
luntas illis coniecturis deprehendi
oportet, cū aliter ex diſpoſitione
legis nō potuiſſet. Sed in quęſtio-
ne propoſita nulla debet eſſe volū-
tatis quæſtio cōcedentis, cùm cer-
ta ſit iuris determinatio, fęminam
non ſuccedere, vt prædixi: ſub qua
determinatione iuris videt̄ huiuſ-
modi caſus relictus. l.ſi extraneus.
ff.de cond.ob cauſ.c.cauſam, quę.
de reſcri. Et ſi voluntatem reſpici-
mus, conſiderare debemus, ꝗ aut
hic caſus ponat̄ in Regina & Prin
cipe nō habente ſuperiorē, prout
loquit̄ Pet.de Anc.& ſatis de volū-
tate conſtat, dum patitur illas feu-
dorū conſuetudines obſeruari, per
quas fęminæ excludunt̄, arg.l.prę-
cipimus, C.de appel. ceſſat ratio nō
præſumptę abhominationis ſui ſe-
xus, ex huiuſmodi tolerantia, per
no.in l.quę dotis.ff.ſol.mat.in l.fi.
ff.de iuriſ.om.iudi.c.2. de ꝓb.in 6.
l.Labeo. ff.de aqua plu.arc. l.Titia.
§.Lucius, in gl.de leg.2. Aut ponat̄
hic caſus in inferiore, ſi nō habeat
poteſtatem derogandi legibus, vel
dandi alia lege q̄ feudum maneat,
55 † ſine dubio fruſtra conſideramus
illius voluntatem cui ptās deficiat.
c.ius publicū.j.diſt. c.ſi diligēti.de
fo.cōp.c.1.§.profecto.de leg.Cōra.
& de alie.feud.§.inde pōt.quinimò
ſi ptātem habeat, quis infeudando
pacta q̄ voluerit rei ſuæ imponere
poterit.d.l.in re mandata. C.mād.
56 Tn̄ cùm non dixerit, † non pōt ex
tacita mente ſubintelligi, quod ſit
contra regulā, vt in l.precib. C.de
imp. & alijs ſubſt.l.fi.C.de inſti.&
ſubſt.l.ij.ff.de vulg.& pup. & pro-
priè in d.§.ſi quis rogatus. dixerūt
Imol.& Alex. ꝗ qn̄ tacitū eſſet cō-
tra regulas iuris ꝑ expreſſo nō hr̄.

Sed

Sed in §.ſi quis rogatus, per excluſionem fideicommiſſarij ex voluntate defuncti, nihil fit contra regulas iuris, vt ibi per Docto.iſto caſu fieret, vt dixi; ergo argumentum non militat. Nec ſufficit dicere, ꝙ fœmina infeudans non fuit ſuo ſexui contraria, ſi in illius fauorē expreſsè non diſpoſuit:
57 †quia voluntas & intentio tacita, ſi nō trāſit in diſpoſitionē vbi requiritur, nihil operatur.l.quidam cum filiū. ff.de hæred.inſtit.Bal.& Imol.in l.quoties, §.tantundem.eod.tit. Imol.& Cuma.in l.ſi res obligata. in prin. ff.de legat.1. Alexand.in l.iij.C.de liber.præter. Bal.in l.cum mirum, C.de fideiuſſo. Iaſ. in l. cùm quid. ff.ſi cert.peta.col.5.vbi allegat.iſto caſu non diſpoſuit vt fœminæ ad ſuccedendum admitterentur: igitur intrepidè tenendum eſt fœminas non admitti, licèt fœmina infeudauerit.

¶ Nec circa feudorum ſucceſſionē aduerſus iura communia legemq́; 12.tabularum conſuetudo feudalis
58 induxit; † fuit tamen & ius aliud, quod Lōgobardum appellat᷑, quo nō ita repulſę ſunt fœminæ, vt eſſent pęnitus ad ſuccedendū inhabiles, ſed tantummodo dotatas à patre vel fratre ꝑ maſculos repelli diſpoſuit.l.ſi pater. & l.ſiquis filiā. de ſucceſſ.& in l.ſi ſororis.& in l.ſi quis habuerit.eod.tit. in Longob. & ibi per Carol. & in pragmatica Reginæ Ioannæ, quæ dicitur la filingeria, per glo.in conſti.ſequen. in verſ.coniuga. Aſten. in 2. artic. ſui tract. ſtatuto.col.2. & declarat᷑ latè Neapodan. in 1. conſuetu. in verbo in ſtirpem. & declarat circa hæc multa gl. in c.1. §.hoc autem. in verſ.legibus, qui feud.dar. poſſ.
59 & Marā.in ſuis diſpu.q.x. Et†iſtud ius Longobardum fuit ius cōmune in Regno, vt in conſt.incip. Puritatē. vbi dicit Andreas, ꝙ nemo ab illius obſeruantia debebat excuſari, vt in cōſt. vt vniuerſis,& in c. Imperialem. §. præterea Ducatus. de prohi.feud.alien.per Fede.& in prælud.feud.3.par. Hoc tamen ali
60 ter reformauit ius Francorū, † qđ eſt ius ſpeciale in Regnō, ſecūdùm Andr. in d.conſt.ſeq. & D.Matth.
61 in deciſ.248.vt † niſi fœminę maritatæ & dotatę eſſent, ab eo eiuſq́; bonis, de cuius ſucceſſione tractaretur, non eſſent à ſuccedendo excluſę, ſecundum gl.Marini de Caramanico relatā in d. Regia pragmatica.& videtur ſatis rationi conſonū, per ea quæ dicūtur per And. hic,& in conſtit.ſeq. Doct.in l.j.§. veteres. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ.in l. vt liberis. 3.col. C.de collatio. & hoc adeo eſſet verum, ſecundū aliquos relatos per Andr. in d.c.1. de
62 natu. ſucc. feud. col.6.ꝙ † etiam ſi frater dotaſſet ſororē de bonis ſibi obuentis à patre, pro rata paragij debiti ipſi ſorori, in hæreditate patris, nihilominus ſoror non excluderetur. probatur per id quod notabiliter decidit Bal. in l. neq; mater.in fin.C.de iur.dot. vbi voluit,
63 quòd † ſtatutum excludens ſororem dotatam à fratre à ſucceſſione

E 2 fratris,

fratris, non excludit ſororem dotatam à fratre de portione bonorum paternorum ipſi ſorori debita, & ita etiam conſuluit Petr. Philipp. Corn. in conſ. 171. vol. 4. & determinat Io. Campeg. in tract. dot. vltimæ par. q. 35. & q. 64. & in fortioribus terminis conſuluit Soci. in conſi. 121. col. 2. 1. vol. vbi plura allegat, ꝙ quando dotatur de bonis communibus, non eſt excluſa per ſtatutum. & iſtam opinionem in Regno cōtra fiſcum tenet Loffre. in c. 1. de natur. ſucc. feud. ponderãdo Regiam pragmaticã dum loquitur de dote legata. Et vltra ipſum hanc concluſionem videtur fundari poſſe aliter ex dicta Regia
64 pragmatica, dum † facit differentiã inter ius Francorum & ius Longobardorum. de iure enim Lõgobardo non attenditur, niſi ꝙ fuerit dotata, ſiue à patre ſiue à fratre, non diſtincto de cuius bonis; ſed de iure Francorum requiſitum eſt pro forma, ꝙ de bonis eius, de cuius ſucceſſione tractatur, dotari
65 debuerit. Et † ꝙ ſit inducta forma, ſatis apparet per illa verba § *Tunc excluditur quando fuerit dotata &c.* § per ea quæ dicuntur per Bal. in l. cùm eorum, C. de ſenten. Bal. in l. ſi duo patroni. §. ſiquis iurauerit. ff. de iureiu. & per verbum, non aliter. l. de his. ff. de tranſact. l. fi. C. de vend. rer. ciui. lib. xj. not. in l. j. ff. de verb. oblig. l. non aliter. ff. de adopt. Vnde ſi ſecus dicerem vtiq; differẽtia in hoc inter vtrũq; ius conſiderata per Regiam prag-

66 maticam nulla eſſet, & † formę nõ ſatisfieret ſpecificè, vt requiritur §. aliud quoq; capitulum. in auth. vt cum de appell. cogno. per Moder. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum.
67 ff. de liber. & poſthu. Bona † enim dicuntur deducto ære alieno, & conſequenter deducta portione legitima, ſeu paragio debito ipſi ſorori. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. domi. Ergo dos dari debet de bonis fratris deducto, eo quod de iure ſorori competebat, aliàs non cenſebitur dotata de bonis fratris, nec erit excluſa. Et iſtam concluſionem firmant dicta per Curt. in conſil. 27. col. penult. verſic. ex his.
68 ꝙ † filia dici poteſt indotata, ſi ꝑ maiori parte de bonis ipſius filiæ dos data fuerit: & in terminis ſimilis ſtatuti ſentit idem Capra in conſil. 73. in 2. dub. ex quo dos debet dari de bonis dotãtis, nec poſſet hoc caſu dici ſororem dotatã de bonis fratris, & quòd ſit ſalua actio ipſi ſorori ad petendũ illud quod iure ſibi debebatur, ſicuti dicimus in patre dotante, per tex. in l. fin. C. de dot. promiſ. prout conſuluit Ioan. de Monte Sperello, relat. per Bald. Nouell. in tracta. dot.
69 4. par. 6. priuilegio. Quoniam † frater in dubio cenſebitur dotaſſe de eo quod debebat ſorori, & non de ſuo; quia de ſuo non tenebatur, cùm haberet aliunde, arg. l. ſi cum dotem, §. ſi pater. ff. ſol. matrim. & dicam in 7. not. & actus debet cenſeri geſtus ex ea cauſa, ex qua fieri debebat. l. fi. C. de alim. pup. pſtan.

l.Gallus. §.quidam rectè. ibi gloſ. ff.de liber.& poſthu.maximè cùm totaliter acquirat liberationem. l. poſt mortem,& ibi not.ff.quando ex facto tut. per Bart.in prima diſputa.col.fin.Bal.in ſimilib.termi. in l.fin.C.de dot.promiſſ.glo.in l. creditor.§.1.ff.mand. Bart.& Alex. in l.j.§.nunciatio. ff.de oper. noui nunt.& ita in ſpecie tenet Io.Fabr. poſt Bald. in d.l.fi. C.de dot.promiſſ. quos ſequitur Campeg.in d. tract. dot. 1.part.q.24. & ſentit D.
70 Matth.in 8.q.circa fi.&† quamuis per aditionem proprium ſit effectum patrimoniū. l. ſi auia. C. de dona.cum ſimilib.not. Bal.in c.1. Epiſcop.vel Abb.per Doct.in c.q̄uis.de pact. & in d.l.j. §.veteres.ff.
71 de acquir. poſſ. & † ideo excluſa à ſuccedendo patri, non eſt excluſa per mediam perſonam fratris, vt tenet Rom.in conſi.168.& Aretin. conſ.161.in 2.col.Curt.in conſ.63. Iaſ.in l.venia.C.de in ius voc. quia ſuccedit fratri immediatè, vt habetur in l. ſi donatione. C.de collatio. & in l. pactum dotali. eod. titu. Tamen iſto caſu duo conſiderantur. Primò, ꝙ (vt prædixi) de bonis ipſius fratris debet dotari: taliter ꝙ deducitur debitum. Secundò, ꝙ pręſumitur dotata de eo quod ſibi debetur per pręallegata. & quæ per Curt.Iun.in conſ.10.in 4.col.circa fin. Bart.in l.j.4.col. & ibi Alex. ff.ſol.matri. Ideo cùm ſit dotata de eo quod ſibi debetur, non poteſt dici fore excluſam: ef-
72 fectum† enim magis legiſlatorem conſideraſſe dotationis credēdum eſt, ex bonis ipſius fratris, q̄ corticem & nudum nomen.c.relatum. de cleric.non reſiden.l.j.§.hoc autem.ff.quod quiſque iur.l.ij.C.cōmunia de lega. per Aret. in l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.poſſum.ff.de verbor.oblig. & pro huius opinionis corroboratione faciunt plura adducta per Albert.Aſten.in d.tract. ſtatutorum excludentium fœminas. art.6. 4.membr.q.10. & in 6. arti.quæſt.16.

73 ¶Nec † obſtat illud quod dicit gl. in conſt.ſequenti, in verſ. dotatæ. & Andr. in d.c.1. de natu. ſucceſſ. feud.col.8.in fin. ꝙ ſoror debet eſſe contenta de eo quod in die votorum habuerit, quoniam extitit contenta; & extitiſſe præſumitur reſpectu dotis. l.ſi de certa. C.de tranſact. non reſpectu alterius ſuę ceſſionis.arg.l.ſtipulatio iſta.§.Griſogonus. ff.de verbo.oblig.l.quicquid aſtringēdæ.eo.tit. bonus tex. in l.emptor.§.fin.ff.de pact.l.cum de indebito.ff.de probat. Et hanc opinionem ſentit eſſe veram Luc. de Penn.in l.fin.C.quando & quibus quarta pars. lib.x. licèt dicat ꝑ Regiam curiam tempore ſuo non ſeruari,& D.Matth.in conſtit.ſeq. not.x. & tenendo pręcedētem opinionem, poſſet dubitari, ꝙ ſi frater de ſuo manifeſto dotauerit, vltra illud quod ſorori deberetur ꝓ paragio in hęreditate patris, quòd ſufficiebat ad ipſam maritandam ſecundum paragium, & frater excedere voluit paragium, vti hodie

ſit à quampluribus, an excludatur tanquàm dotata à ſucceſſione fra-
74 tris. Et dubium facit, † quia iſta dotatio eſt voluntaria, non neceſſaria: ideo non excludit, ſecundum Andr. & D. Matth. in conſti. ſeq. Nec eſt ſimpliciter verũ, quod D. Matth. ſentit in ver. in vlteriori
75 autem gradu. q. 3. ꝙ † frater teneatur dotare de ſuo: nam immo de ſuo non tenetur, vt prædixi, ſicut nec patruus. gloſ. in l. cum plures. §. penult. ff. de adminiſt. tut. Bal. in auth. res quæ. C. comm. de legatis. Ang. Imol. & Bulgari. in l. j. ff. ſolu. matrim. Io. Campeg. in tract. dot. q. 13. & q. 19. & latius dicã inferius: ergo taliter dotata non excluditur à ſucceſſione fratris. & hæc eſt magna reſtrictio ad conſtitu. ſequen. ideo ad ibi dicenda me remitto.

¶ Poſt hæc (vt arbitror) iura, ſucceſſit praua quædam conſuetudo, quæ materiam præſtitit huic conſtitutioni condendæ, cuius conſuetudinis in præfatione conſtitutionis huius mentionem facit Imperator Federicus, & quatuor diſponebat, ex quibus eius prauitas
76 declaratur. † Primò, † ꝙ in bonis Comitis, Baronis vel militis fœminæ non ſuccedant: & iſtud eſt contra ius ciuile ſeu legẽ duodecim tabularum, ſub ratione naturali fundatam, de qua in d. l. maximum vitium. & in quantum excludit ẽt non exiſtẽtibus maſculis, eſt etiam contra Longobardum & ius Francorum, vt ſuprà dixi. Secundò, ꝙ
77 † conſanguinei ſuccedãt etiam in gradu remotiori, & iſtud eſt contra iura ciuilia, & contra iura feudorum, vt in c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſ. feud. c. 1. in fi. de feu. March. cap. 1. de grad. ſucce. in feud. & ſic non bene dicit glo. in ſeq. conſtit. ꝙ conſuetudo, de qua hic, eſt conſuetudo feudalis: nam conſuetudo feudalis eſt contra iſtam conſuetudinem reprobatam, & iſta conſuetudo reprobata erat particularis in Regno, quaſi generaliter ſeruaretur illud, quod diſponitur in iſta conſtit. Vnde arguitur, ꝙ iam ante iſtam conſtit. conſuetudo feudalis ſimpliciter excludens fœminam nõ ſeruabatur in Regno: ſed ꝙ potuiſſet ſuccedere, prælato tamen maſculo, & propterea nõ poteſt dici correctum, quod nõ fuerat inductum. l. decem. cum ſimil. ff. de verbor. oblig. & ideo dixi, ꝙ ante iſtam conſtit. præcedebat ius Longobardum & ius Francorum, per quæ iura, fœminæ non erant excluſæ, ſicuti de iure feudorum, & pro hoc facit tex. in c. 1. de feud. cogn. & tangit Capi. in c. Imperialem. de prohibit. feud. alienat. per Feder. col. 256. ¶ Tertiò, ꝙ tales cõſanguinei baliatum aſſumant. vnde ſucceſſionem vſurpant, & quò ad baliatum eſt contra conſti. Regni minoribus, ibi conceſſerit: nã baiulatus à Rege conceditur, vt ſuprà in conſtit. ſi quando, & habetur in fin. huius conſtit. niſi fuerit in teſtamento relictus, vt in c. Regni, incip. Feudatarius. per Andr. in conſt. minoribus. & ideo nulliter fa-

ter faciunt iudices inferiores aut Barones qui dant baiulum, vt in d.conſt.minoribus.in princi.quia debet haberi recurſus ad Regem vel ad Viceregem Regni abſente Rege: iuxta ea quæ in ſimili per Andr. dicuntur in c. Imperialem. in princ.de prohib.feud.alien. per Federic. col.5. Felin. in c.ex parte. de conſtit. & D.Matth. in conſtit. vtilitate ſpeciali.3.not. Quartò, quod maritent illas pro eorum diſpoſitione, & iſtud eſt contra ius Francorũ & Lõgobardorum, ante iſtã conſtitutionem: quia in caſu quo per exiſtentiam maſculorum excludebantur, vtique maritari debebant & dotari, vt videtur probare dicta pragmatica Reginæ Ioannæ, & in d.l.ſi quis filiam.cum cõcord.de ſucceſſ. in Longob. & cõmuniter determinatur in ſtatuto excludente fœminas, per Moder. in c.quamuis.de pact.in 6. gloſ.& Bald.in l.j. C.de legitim.hære. per Loffr.in conſi.14.& pro libito erat dos preſtanda, ſed pro viribus patrimonij, vt infrà dicemus. Ad tollendam igitur hanc prauam conſuetudinem, licèt eſſet particularis in aliquibus Regni partibus, facta eſt hæc conſtitutio generalis, vt in ſimili in c.quæ in eccleſiarum. de conſtit.in c.quaſi.de rer.permut.

SVMMARIVM.

1 Præfatio operatur ad conſiderandam legiſlatoris rationem.

2 Diſpoſitio ſubſequens ampliatur & reſtringitur ſecundum rationem.

3 Diſpoſitio an ſit odioſa vel fauorabilis, conſiderari debet, in quo ſe fundat diſpoſitionis præfatio.

Diuiſio textus.

HIS ad euidentiam premiſſis. Diuiditur iſta conſti. in duas principales partes, quarũ in prima ponitur proœmium ſeu prefatio, vnde deſcendit occaſio determinãdi, prout ſuprà declaraui.
1 Multum † enim operatur ad conſiderandam rationem legiſlatoris huiuſmodi præfatio. l. fi.ff.de hære.inſtit. per Bald. in j.conſtitu.C.
2 §.quibus.in princip.& † diſpoſitio ſubſequens ampliatur & reſtringitur ſecundum præfationem, glo. in rubr. C.ob chirograph.pecun. probat Ioan.de Imol.in conſi.138. circa fin.& Fulgo.in conſi.158. per tex.in l.regul.§.fi. ff.de iur.& fact.
3 ignor. & ad † cognoſcendum an ſit fauorabilis vel odioſa diſpoſitio, cõſiderari debet in quo ſe fundat diſpoſitionis præfatio, vt dicit Ludo.de Rom.in conſi.90.& principalis intentio eſt in fauorem fœminarum ſecundum verba litere, & ea quæ prædixi: quoniam de ſucceſſione maſculorum non erat dubium.

¶In ſecunda parte ponitur diſpoſitio. Secunda ibi, Hac igitur: Que pars diuiditur in tres partes: in prima generaliter vocat maſculos & fœminas ad ſucceſſionem patris, vt cẽſeatur vocata femina ad ſucceden-

cedendum non obſtãte ſexus differẽtia, quæ fuerat introducta poſt antiquam iuris diſpoſitionem. In ſecunda diſtinguit illam generalẽ regulam, præferendo maſculos cũ onere maritandi fœminas de paragio, quando maſculi cum fęminis concurrerent. In tertia dat legem, quando fœminæ ſolæ patri ſupereſſent, vt ſuccedant. Hac tamen diſtinctione adiecta, vt ſi minores eſſent, habeant à Rege balium, & iuxta Regiam ordinationem maritentur. Secunda ibi, Si autem filij. Tertia ibi, Cæterum. Et iſta diuiſio ſit loco ſummarij & declarationis in nube, propter multa quæ ad particularem intelligentiam ſunt dicenda.

SVMMARIVM.

1 Conſuetudines iuri poſitiuo derogant.
2 Conſuetudines ligant etiam Principẽ.
3 Princeps eſt dominus legum non Dominum.
4 Conſuetudines prauas Princeps tollere debet.
5 Princeps obligatur à dictamine rõnis.
6 Princeps tenetur ſeruare leges eorum, quibus obedire non tenetur, non vt leges, ſed vt rationes.
7 Obligatio nulla eſſe poteſt, vbi deficit ratio.
8 Princeps an poſſit inuitis ſubditis ſtatuere, quòd fœmina ſuccedat.
9 Conſuetudo eſt ius ciuile.
10 Conſuetudo poſt legem inducta vincit legem.
11 Princeps poteſt tollere ea quæ ſunt iuris ciuilis etiam ſine cauſa.
12 Lex poſterior vincit conſuetudinem.
13 Princeps poteſt tollere conſuetudinem præteritam & futuram.
14 Princeps eſt lex animata in terris.
15 Res de facili redit in priſtinum ſtatũ.
16 Fœmina de iure communi æqualiter ſuccedit cum maſculis.
17 Iuramentum etſi præſtitum ſit de ſeruandis conſuetudinibus, poterit impetrari gratia per iurantem cum clauſula non obſtante.
18 Conſuetudinis expreſſa derogatio requiritur in diſpoſitione Principis.
19 Conſuetudo rationabilis eſſe debet.
20 Naturæ accuſatores dicuntur inter maſculos & fœminas differentiam facientes.
21 Paragium non eſt minus legitima.
22 Ratio naturalis declaratur per aliam rationem.
23 Pater decedens videtur vocaſſe filios maſculos ad ſucceſſionem ab inteſtato excluſis fœminis.
24 Cõſuetudo eſt tacitum pactum ciuium ratione conſenſus.
25 Pacta Princeps non tollit: quia ſunt de iuregentium.
26 Differentia non eſt inter contractus nominatos & innominatos.
27 Obligatio oritur ex conſenſu.
28 Ciuilis ratio naturalia iura tollere non poteſt.
29 Obligatio orta ut orienda, an poſſit tolli à Principe.
30 Libertas arbitrij eſt quid facti.
31 Conſenſus effectus ſecundum ius naturale aſtringit.
32 Conſenſus præſtitus quòd non ſit præſtitus lex ciuilis non operatur.
33 Conſenſus quòd non habeatur pro præ-

ſtito

ſtito eſt per fictionem.

34 *Veritas inſpicitur non fictio in his, quę ſunt iuris naturalis.*

35 *Obligatio maior eſt, qua tenemur ex conſenſu, quàm illa qua tenemur ex legibus.*

36 *Conſenſus iuris naturalis vinculum non poterit per legem tolli.*

37 *Obligatio quęrenda de eo impediri non poteſt, quo obligatio oritur ex conſenſu.*

38 *Lex ciuilis quando aliquid ſtatuit ad communem vtilitatem, obligat in foro conſcientiæ.*

39 *Lex etſi rationabilis libertatē arbitrij impedire non poteſt.*

40 *Æquitas ſi ceſſat in conſenſu, ceſſat etiam vinculum naturale.*

41 *Factum verſatur in pacto, ideſt conſenſus.*

42 *Lex in his, quæ in facto conſiſtunt, poteſtatem non habet.*

43 *Princeps in his, quæ ſunt de iuregentium, non diſponit in præiudicium ſubditorum abſque rationabili cauſa.*

44 *Lex eſſet iuſta, quæ tolleret prauos mores.*

45 *Dominium quæſitum de iure gentium tolli poteſt per Principem ex iuſta cauſa.*

46 *Lex, quæ fundatur ſub ratione naturali æqualitatis ſeruandę, potentior eſt ipſa conſuetudine.*

47 *Princeps eſt ſuperior populo.*

48 *Conſuetudinem non eſſe pactum neque conuentionem.*

49 *Dictio velut, eſt nota ſimilitudinis.*

50 *Conſenſus præſtitus in conſuetudine non cenſetur præſtitus contra ius ſuperioris, habentis poteſtatem legis condendę et derogandi conſuetudini.*

51 *Princeps licet non poſſit tollere ius gentium, non ſequitur quòd non poſſit tollere conſuetudinem.*

52 *Exceptio naturalis quando tollitur, ſolum tollitur propoſitio & forma.*

53 *Verba derogatoria tollunt legem, non obligationem naturalem.*

54 *Appellatione ſublata cenſetur ſublata formalitas appellationis non defenſio.*

55 *Defenſio eſt de iure naturali.*

56 *Teſtādi facultas libera cenſetur relicta.*

57 *Filius inſtitui poteſt ſub conditione poteſtatiua.*

58 *Princeps in modicò poteſt præiudicare etiam in quæſitis iuregentium.*

59 *Inteſtatus decedens videtur uoluiſſe decedere ſecundū diſpoſitionem legis.*

60 *Paterno affectū pariter ad maſculos & fœminas hæreditatem deuolui uoluiſſe.*

61 *Ratio naturalis debet attēdi & p̄ferri.*

62 *Filijs nec re nec ſpe infallibili ius ulꝫ quod quæſitum eſt patre viuente.*

63 *Spes ſuccedendi conſiderari non debet, quam lex deteſtatur.*

64 *Conſuetudinem in materia teſtamenti poſſe tolli.*

65 *Princeps poteſt tollere ius quęrendum de iuregentium.*

66 *Princeps ligatur conſuetudinibus feudalibus ſicut ſuo contractu.*

67 *Princeps licèt de plenitudine poteſtatis poſſit rem alteri tollere, non poteſt tamen feuda tollere. ſed contra nu. 71.*

68 *Conſuetudines feudales ſunt Imperatoris ſicut elementa.*

69 *Dominus non poteſt inuitis vaſallis alterare naturam feudi.*

70 *Rei ſuæ vnuſquiſque legem imponit.*

Nota

NOTA primò ex iſta
1 cõſtitutione, ꝙ † li-
cèt cõſuetudines iu-
ri poſitiuo derogét.
l.de quibus. ff.de le-
gib.c.1. & penult.de conſuet. & in
cap.2.eo.tit.lib.6. c.cum veniſſent.
de eo qui mitti. in poſſ. c.veniẽtes.
de iureiur. Nec ſint in poteſtate
Principis, ſecundum Bal. in cap.1.
3.col.de his qui feud.dar.poſ. & in
2 §.& quia, col.11.vbi dixit, ꝙ † con-
ſuetudines ligant etiam Principẽ,
vt multa allegat D. Matth.in præ-
lud.q.6. & tradit Martin.Laud. in
tracta. ſuo de Princip. & Rocc.de
Curt.poſt alios in c.fi. de conſuet.
q.9. & dicit Bal. in concluſionibus
3 iuris Canonici, ꝙ † Princeps eſt do
minus legum, non dominus mo-
rum, comprobat Andr. Sicul. in
conſi.26. col.7. vol.2. Tamen hoc
habet locum in conſuetudinibus,
quę habent rationem,& non ſunt
4 prauæ, quia † prauas conſuetudi-
nes Princeps tollere debet, vt hic
fecit: non obſtante, ꝙ fuerint à po
pulo approbatæ, vt latè dicit D.
Matth.in conſti.Regni,incip. Re-
5 giæ Maieſtati,in prin.quia † Prin-
ceps obligatur à dictamine ratio-
nis,ſecundum Bald.in l.ſi aquam.
C.de ſeruitu. & aqua. per Cano.in
c.nouit.de iud.Felin.& Dec.in c.1.
in princ. de probat. & propter di-
ctamen rationis dixit And.in prę-
lud.feud.q.2.in fin.verſ.& de iſtis.
6 ꝙ † Princeps tenetur ſeruare leges
eorũ,quibus obedire non tenetur,
non vt leges ſed vt rationes:faciũt
ea quæ dicit Bald. in l.nemo. C.de
ſenten. & interlocut. & in cap.1.§.
ad hæc.de pac.iura.fir. Iaſ.in l.illã.
7 4.col.C.de colla.vbi † ergo deficit
ratio, nulla poteſt eſſe obligatio,
vt dicit Andr.in rubr. quæ ſint re-
gal.col.3. verſ.attendendi.

¶ Sed hic cadit dubitatio. nũquid
8 † ſi de conſuetudine Regni fęmi-
na dotata nõ ſuccedit, poſſit Prin
ceps in præiudicium maſculorum
inuitis ſubditis ſtatuere, ꝙ fęmina
ſuccedat;& videtur dicendũ ꝙ ſic:
quia ſi iſta conſuetudo eſt praua,
ergò poteſt & debet tolli per præ-
9 dicta.Prętereà † conſuetudo eſt ius
ciuile, vt Inſtitu.de iur.natur.§.ex
10 non ſcripto: ſed † Princeps poteſt
tollere ea quę ſunt iuris ciuilis etiã
ſine cauſa, vt not.in l.fi.C.ſi cõtra
ius vel vtilit. publ. in c. quæ in ec-
11 cleſiarum.de conſt. & † cõſuetudo
poſt legem inducta vincit legem.
l.venditor.§.ſi conſtat. ff.commu.
12 præd.ſed † lex poſterior vincit cõ-
ſuetudinem. l.iij.ibi gl.in §.diuus.
ff.de ſepul.vio. gl.in §.pen.in verſ.
deſuetudine.in prooem.inſtitu.Et
13 † Princeps poteſt tollere conſuetu-
dinem præteritam & futuram, di-
cit Andr. in prooem.iſtarum cõſt.
col.10. in fi.cum ſeq. Felin. in c.2.
14 de proba.quia † eſt lex animata in
terris.in auth.de conſulib.in §.pe-
nult. l.prohibitum, C.de iur.fiſci.
lib.10. Ergo iſta conſuetudo po-
teſt tolli,& diſponi, ꝙ fœmina ſuc
15 cedat.Prætereà, quælibet † res de fa
cili redit in priorem aut priſtinũ
ſtatum,ſeu ad ius commune. glo.

in d.c.

in d.c.ſtatutum. in ver. numeran. de præb. in 6. Alex. in l. ſi conſtãte. in princ. ff. ſol. matr. per Felin. in c. cum omnes. col. 10. de conſti. verſ.
16 quarta concluſio. Sed † de iure cõmuni (circunſcripta cõſuetudine) fœmina æqualiter ſuccedit, per allegata in præfationibus d. l. maximum vitium. Ergo potuit de facili per Principem diſponi, non obſtante contraria conſuetudine, ꝙ fœmina cum maſculis ſuccedat, & ꝙ Princeps tollat conſuetudines ſatis probatur per tex. in c. 1. de conſuet. & per totum. c. Cuma. de elec. clem. 1. de rer. permut. c. 1. de cleric. ægrot. clem. in pleriſq; & clem. ſtatutum. de elect. c. 1. de conſtit. in 6. cum ſim. & dicunt notabiliter Domini de Rota in deciſ. 249. incip.
17 Siquis iuret. quòd † etiam ſi fuerit præſtitum iuramentum de ſeruandis conſuetudinibus, poterit impetrari gratia per iurantem, cũ clauſula non obſtante conſuetudine, cum cauſa & ſine cauſa. Requiri-
18 tur † tamen expreſſa derogatio cõſuetudinis, in diſpoſitione Principis, quia illas præſumitur ignorare, cum ſint facti. c. 1. de conſt. in 6. Bal. in l. fi. C. ſenten. reſc. non poſſ. l. fin. C. ſi contra ius. Et debet fieri mentio ſi eſſent confirmatę auctoritate Principis vel iuramento, ſecundum Io. And. in add. Specu. in tit. de teſta. in prin. niſi eſſent omnino conformes iuri communi, ſecundum Innoc. in c. veniens. de reſcript. ergo poſſunt conſuetudines tolli per Principem etiã confirmatę & iuratæ. ¶In contrarium tamen adducuntur plura. Et pri-
19 mò, ꝙ † talis conſuetudo eſt rationabilis, patet ex iſto tex. ibi, Fœmina maritata & dotata ſecundum paragium excluditur. Nec obſtat,
20 ꝙ † ex hoc accuſatores videamur naturæ. d. l. maximum vitium. cũ concor. quia illud procederet quãdo in totum excluderetur, vel qñ non maritaretur ſecundum paragium, prout erat conſuetudo, quę reprobat̃ in principio huius con-
21 ſtitutionis. Paragium † enim, vt infrà dicemus, ſecundum Andre. hic non eſt minus legitima, & ſic in effectu habet, quod à iure habere debet. l. quoniam nouella. & in authen. nouiſſima, C. de inoffi. teſta. & conſiderat Socin. in conſil. 263. col. 2. in medio ibi, per conſequẽs auferebat, in 2. vol. & quãuis ſecundum rationem naturalem æquali-
22 ter deberet ſuccedere: † tamen iſta ratio naturalis declaratur per aliã rationẽ: nam, quòd maſculus præferatur fœminæ eſt ſecundum rationem naturalem, prout probat Aſten. in d. tract. 2. art. & ideo non eſt inconueniens, vt plus habeat maſculus, poſtquàm fœmina habet, quod lex neceſſariò conceſſit.
23 Tanto fortius ꝙ † pater decedens videtur vocaſſe filios maſculos ad ſucceſſionem ab inteſtato excluſis fęminis à communi voto parentum. arg. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. vt conſiderat Pau. de Caſt. in conſi. 341. incip. Præſuppoſito, ꝙ dictum ſtatutum. col. pen. & ſequitur

quitur Crot. in l. omnes populi.
ff.de iuſti. & iur. pen.char. de quo
tamen infrà dicetur; ideo talis con
ſuetudo non debet videri irratio-
nabilis tanquàm conformis tacitæ
menti paternæ, ac propterea non
debet eam poſſe Principem tolle-
re, per ſupradicta.
24 ¶ Secundò adducitur, ꝙ † conſue-
tudo eſt tacitum pactum ciuium
ratione conſenſus, not. in d.l. de q-
bus. & in l.ij.C. quæ ſit longa con-
ſuetu. Io. Andr. Domin. & Philip.
in c.2. de conſuet. in 6. & Archid.
in c.conſuetudine.11.diſt. Ant. de
But. & alij in c.cum omnes. de cō-
ſtit. Bart. in d.l.oēs populi. Neapo.
in proœm.conſuet. in verſ. ſeu. &
in conſuet. ſi moriatur. in verſ.re-
25 linquere. Pacta † autem & conuē-
tiones Princeps non tollit; quia
ſunt de iure gentium, & illis etiam
ipſe Princeps obligatur, vt in c.1.
de pact. & in c.1.de prob. Abb.in
c.nouit.de iud. Bald.in l.reſcripta.
col.fi. C.de precib. Imper. offeren.
Aret.in l.j.ff.de acqui.poſſ. Bald.in
c.1.de natur.feud. Iacobi. poſt Bal.
in rubr. C. de pact. vbi allegat ad
hoc Ariſt. in lib.6. de ſecret. ſecre-
torum. & Magiſtrum ſententiarū.
Alex.in conſil.54.penul.col.vol.4.
26 Nec † eſt differentia inter contra-
ctus nominatos & innominatos,
vbi declarat Fortu. in 1. lect. Iaſ.in
l.item quia, ff.de pact. niſi quando
contractus Principis tēderet in p̄-
iudicium tertij, & per Hoſt. in c.
cum dilecti, de dol. & contu. Ant.
de But.in c.quāto. de iureiu.refert
Feli. in d. cap.1. de probat. & ideo
27 † obligatio quæ oritur ex conſen-
ſu, l.cum amplius. §.is natura, de
reg.iur. non poteſt impediri per le-
gem contrariam, quando non eſt
cōtra bonos mores naturales: quia
28 † ciuilis ratio naturalia iura tollere
non poteſt. l.ij. ff.de vſufr. ear.rer.
§.fi.Inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.in
l.non dubium.C.de legib.in l.fra-
ter à fratre. & in l. ſi non ſortem.
ff.de cond.indeb.l.cum lex. & in l.
vbicūque. ff.de fideiuſſ. l.eas obli-
gationes, ff.de cap.dimi.ergo Prin
ceps non poterit talem conſuetu-
29 dinem tollere. Et † licèt Docto.in
præallegatis locis diſtinguebant
inter obligationem ortam & ob-
ligationem oriendam, vt primo
caſu non poſſet tolli. Secundo ve-
rò caſu impediretur oriri; tamen
ego aliàs repetendo d. l.frater à fra
tre. confundebam hanc differen-
tiam, ſecundum opinionem Decij
in l. pacta quæ contra. C. de pact.
in primis, quoniam ratio præalle-
gata militat, tam quò ad tollēdam
obligationem iam ortam, quàm
oriendam: & conſiderabam, ꝙ
ius naturale in hoc dupliciter ope
ratur. Primò quò ad libertatē ar-
bitrij, in quantum quis mouetur
ad conſentiendum. Secundò, ꝙ
conſenſus præſtitus aſtringat, ſi
igitur lex ciuilis poſſet impedire
obligationē naturalem oriēdam,
oporteret, ꝙ aut impediret liber-
tatem arbitrij, ne poſſet conſenti-
re, & eſt cōtra naturam & impoſ-
30 ſibile † cum ſit facti. l.conſilio. §.fi.
ff.de

ff. de curato. furio. aut oporteret impedire effectum conſenſus, ſci-
31 licet ne aſtringat, † qui ſecundum ius naturale aſtringit.l.j. ff.de pac. §.per traditionem.Inſtit.de rerum diuiſ. & ita fieret contra ius naturale:aut diceremus, quòd lex ciui-
32 lis operatur, ꝙ † conſenſus præſtitus non ſit præſtitus: & hoc quoque impoſſibile eſt. l. in bello. §. factæ. ff.de capti.& poſtlim.reuer. Aut quòd conſenſus habeatur pro
33 non præſtito,& † tunc eſſet per fictionem, & præſupponeretur veritas in contrarium. l. ſi is qui pro empto. ibi Barto.ff.de vſucap. &
34 † in his quæ ſunt iuris naturalis, inſpicitur veritas non fictio. l. in rebus.C.de iur.dot.& per iſtud vltimum reſpondebam ad tex. in d. l.non dubium. quòd ibi loquatur per fictionem, vti verba demonſtrant,quę in his quę non poſſunt fieri per veritatem, non exprimũt veritatem, ſecundum Bart. in d.l. ſi is qui pro emptore. & debent intelligi, vt dicant actus inutiles & pro infectis, quò ad effectus ciuiles,& quò ad ea in quibus lex poteſt facere, vt ſint infecta,non quò ad impoſſibilia legiſlatori. ita declarat Bald.in l.j. ff.de conſt.princip.& ideo in l. cùm lex fideiuſſor. liberatum præſupponit obligatũ, dicta l.decem.ff.de verbo.obligat. licèt Docto. intelligant nec naturaliter obligari, vt per Abb.in cap. cum contingat.de iureiuran.Præ-
35 tereà, maior † eſt obligatio qua tenemur ex conſenſu, quàm illa qua tenemur legibus, ita tenent Bart.Angel.& Imol.in d.l.vbicunque. & in l. Iulianus. col.9. & 10.
36 ff.de condi.indebi. Ergo † ſi conſenſus habet rationis naturalis vinculum,non poterit per legem,quę eſt minoris potentiæ tolli, ſicut in ſimili dicit Abb.in c.cum contin-
37 gat.de iureiuran.in 3.col. ꝙ † non poteſt impediri obligatio quærenda de eo: quo obligatio oritur ex conſenſu.Iaſ.in l.ſi pœnæ.& in l.ſi non ſortem. ff.de condic. indebi. Bald. in ſimili in l. omnes populi. 4.col.ff.de iuſti.& iure. ¶Non obſtat quædam conſideratio Fortunij Garſiæ, de vlt.fi. iur.Canon.&
38 ciuil.ꝙ † quando lex ciuilis aliquid ſtatuit ad communem vtilitatem, obligat in foro conſcientiæ, ſecũdum Innoc. & Abb. in c.quia plerique.de immu.eccl. & in c.1.in fi. de conſtit. Beat. Thom. in 2.ſecundæ.95.diſtinc. verſ.argu.Bald.in l. cum quis. C.de iur. & facti ignor. Quoniam intelligo prędicta procedere, quando talia pacta eſſent rationabilia, & non eſſent contra publicam vtilitatem & bonos mores.argu.dictę l.pacta quæ contra. ſicuti etiam dixi de conſuetudine. l.quod non ratione. ff.de legibus. cap.1. de conſuetu. in 6. declarat Aretin. in l.is cui bonis. col.10. ff. de verbor. obliga. Immo lex contraria huiuſmodi pactis eſſet contraria rationi, & non haberet requiſita legis. cap. erit autem lex.
39 1.diſtinct. Et † dato quòd lex eſſet rationabilis & habeat poteſtatem

à lege æterna, ſecundum Fortu. vt
in epiſtola inter claras, non tamẽ
poſſet impedire libertatẽ arbitrij
& conſenſus; quia in hoc poteſtā-
tem non habet d. §. ſed naturalia.
tantummodo effectus liberæ vo-
luntatis contra legem æternã pro-
ducti potuerunt irritari, quò ad
ius, vel puniri, aut quatenus ope-
rari poſſent, ab extra coerceri, vt in
l.j. & l.legis virtus. ff.de legib. &
40 † ſi ceſſat ęquitas in conſenſu ceſ-
ſat etiam vinculum naturale.l.Sti-
chum,§.naturalis.ff.de ſolut. Præ-
41 terea, in † pacto verſatur factum,
ideſt cõſenſus. l.ſi vnus.§.pactum.
verſ.ꝙ ſi in ſpecie.col.12.in fi.cum
ſeq. glo.in l.debitor. in verſ. natu-
42 ralis.ff.ad Trebel.In † his verò quę
in facto conſiſtunt, ſiue ante fiant
ſiue poſtea, lex poteſtatem non ha
bet vt non fiant, vel vt non ſint
quatenus facti sũt.l.ſtipulatio iſta.
§.hi qui.ff.de verb.oblig. facit tex.
in c.ad Apoſtolicam.de reg.iu.l.ſi
pœnæ.ff.de cond.indc.& ibi Paul.
de Caſt.& Bald.& Ang.in l.iij.§.fi.
ff.quod quiſque iur.faciunt ea quę
dicuntur per glo. & Philip.in cap.
quæ contra. de reg.iur.in 6. Abb.
in c.2.de teſtam.Igitur nulla vide-
tur differentia inter obligationem
naturalem ortam & oriendam, vt
iure ciuili tolli non poſſit. Tertiò
principaliter, quòd conſuetudo il-
la non poſſit tolli, cõſiderandum
videtur, quòd ſi ſubditi nollent
bona ipſis de iuregentium quæ-
ſita deuenire ad fœminas, & ipſis
inuitis Princeps contrarium diſ-
poneret, faceret contra commu-
43 nem concluſionem, quòd † in his
quæ ſunt de iuregentium, Prin-
ceps nõ diſponit in præiudicium
ſubditorum abſque rationabili
cauſa & refectione damnorum,
vt in l.item ſi verberatũ. §.primo,
ff.de rei vindic. l.mulier. ff. de ca-
pti.l.ij. C.pro quib.cau. l.penden-
tes.§.ſiquid loca.ff.de vſufruc. per
Felin. in cap.1.de probat.col.3.per
Bald. in cap. generali, ſi de feud.
fuerit controuer. Hoſtien. in cap.
quanto. de iureiuran. Abb.in cap.
humilis. col. 2. de maioritate &
obedien.

¶Nec videntur in contrariũ obie-
cta obſtare; quoniam ex præmiſ-
ſis tolluntur, ex quo procedunt
quando irrationabilis eſſet conſue
44 tudo, & praua: quo caſu † lex eſ-
ſet iuſta, quæ tolleret prauos mo-
res, vt in c.2.de prob.Abb.in c.bo-
næ.de poſtulat.prælat. immo talis
conſuetudo nõ poſſet habere vin-
culum naturale, vbi ratio natura-
lis eſt contraria. argu l.hæres à de-
bitore. §.ſeruo. & l.fideiuſſor.§.fi-
deiuſſor. ff. de fideiuſſor. Sed certè
prior opinio videtur verior, ꝙ im
mo talis conſuetudo tolli poſſit,
& concludẽdo breuibus. Aut Prin
ceps mouet ex iuſta cauſa, & nulli
45 dubium eſt, ꝙ † etiam dominium
quæſitum de iuregentiũ tolli põt,
vt concluditur in d.c.quæ in eccle
ſiarũ.& locis præallegatis, & per ta
lem cauſam rationabilem demon
ſtraret, ꝙ conſuetudo cõtraria illi
rõni nõ debet amplius obſeruari,
vt in

vt in cap.ſuſceptum.de priuileg.& habetur in d.c.2. de probat. & ſic adducta pro ſecunda parte non obſtarent. Aut ſine aliqua iuſta cauſa id faceret in conſuetudine
46 propoſita. Et adhuc dico, ꝙ † ex quo talis lex fundatur ſub ratione naturali, æqualitatis ſeruandæ, dicta l.maximum vitium. Talis diſpoſitio ſeu lex eſt potentior ipſa conſuetudine, quamuis conſuetudo non ſit irrationabilis. Primò
47 ex poteſtate ſtatuentis; quia † Princeps eſt ſuperior populo. §. quod Principi, Inſtitu. de iur.natur. Secũdò ex æquitate ſtatuti: quia habet maiorem æquitatem, vt nulla ſit in ſuccedendo inter vtrunque ſexum differentia; ita conſiderat in ſimili Bald.in iure diuino, contra ius humanum, in l.quod Principi.ff.de conſtitu.Princip. in glo. prima.¶Non obſtat, quòd per iſtã legem tolleretur pactum ciuium, & ſic illud quod eſt de iure gentiũ, & circa quod non habet Princeps poteſtatem; quia ad hoc poteſt multipliciter reſponderi. Pri-
48 mò, ꝙ † non eſt verum conſuetudinem eſſe pactum & conuentionem: probatur per tex.in l.ſed ea, quæ, ibi, velut. ff.de leg. quem text. ponderat ibi Bald. quòd ſit
49 pacto ſimilis: nam † dictio velut, eſt nota ſimilitudinis, non expreſſio veritatis. Secundò reſponde-
50 tur, quòd † conſenſus præſtitus in conſuetudine, non cenſetur præſtitus contra ius ſuperioris habentis poteſtatem legis condendæ, & derogandi conſuetudinibus: quia illud ſemper cenſetur exceptum.c. conſtitutus.de reſcrip.c.ad noſtrã. il 2.& c.venientes.ibi Abb.de iureiur.not.in d.l.omnes populi. & in c.quod clericis. de foro compe. & conſequenter cum Princeps contrarium ſtatuit, ceſſat ille cõſenſus; cuius virtus firmabat conſuetudinem: & ſic non fit aliquod contra tacitam populi conuentionem.
51 Tertiò reſpondetur, † ꝙ licèt Princeps non poſſit tollere iuſgẽtium & conſenſum, qui tolli non poteſt, non ſequitur; ergo nõ poteſt tollere conſuetudinem, patet in exemplo tradito per Bald. in d.l.j. ff. de conſtitu.princip. per text. in l.iij.§.fi.ff.quod quiſque iur. quòd
52 † exceptio naturalis tollitur, dicit Bald. tollitur exceptio, ideſt eius propoſitio & forma: ſed non cauſa & materia, & idem dicit in dicta l. quod principi. vbi voluit, ꝙ
53 † verba derogatoria tollũt legem, ſed nõ obligationem naturalem, quæ prouenit ex ipſa naturali iuſtitia, quæ non tollitur, allegat Inno.in c.quæ in eccleſiarum.de cõ-
54 ſtit.& † ideo ſublata appellatione cenſetur ſublata formalitas appellationis, non defenſio, ſecundum Abb.in c.1.de reſcript. Deci.in rubri.de appell. Et fuit ſæpe in ſacro cõcilio iudicatum, ꝙ ritus magnæ Curiæ tollens appellationem in cauſa homicidij, non tollit recurſum, ne cenſeatur ſublata defen-
55 ſio, † quę eſt de iure naturali, vt not. in l.vt vim.ff.de iuſt. & iure.

Et ſic videntur quædam diuerſa, tollere conſuetudinem atque eius obſeruantiam & effectum, & tollere conſenſum ſeu ius gentiũ. faciunt etiam, quæ dicuntur per Bal. in d. §. pactus. verſ. ꝙ ſi in ſpecie. & per Moder. in d. §. ſed naturalia. & idem ſentit Bar. in l. fi. §. 1. ff. rem rat. habe. & Dec. in d. l. pacta, quæ contra, 1. notab. ¶ Vltimò reſpondetur quò ad vltimum motiuum ſuprà factum, ꝙ admitterentur fœminæ ad ſuccedendum, inuitis patribus, & ſic diſponeret circa ea quæ ſunt iuriſgentium in præiudicium ſubditorum; quoniam immo per hoc nullum tale inferreret præiudicium, patribus aliter volẽtibus. Aut enim pater decedit teſtatus, & lex iſta locum non haberet,
56 cum † libera cenſeatur relicta facultas teſtandi. l. j. C. de ſacroſ. eccle. l. fin. C. de pact. & licet cogeretur fœminas aut inſtituere vel exhæredare. l. inter cæteras. ff. de hæred. inſtit. Tamen hoc modicũ eſt præiudicium; quia ſtat in poteſtate ſua id facere, ſicuti dicimus in
57 filio, ꝙ † poteſt inſtitui ſub conditione poteſtatiua, etiam ſi in defectum conditionis non exhæredetur. l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. l. ſi libertus. §. exiſtimo. ff. de bon. liber. & ad propoſitum facit bene tex. in l. non tantum. §. ſi emancipatus. ff. de bonor. poſſ. contra tab. ibi, Cum poſſit auus iure ſuo vti, eumque exhæredare: & in modi-
58 co † Princeps poteſt præiudicare etiam in quęſitis de iure gentium, ita tenent Abb. & omnes in d. cap. quæ in eccleſiarũ. per tex. in l. quoties. C. de precib. Imper. offer. Alex. in conſi. 215. col. 5. vol. 2. Bal. in rubri. de reſcrip. col. 2. Claud. in l. de ætate. §. fi. ff. ad Trebell. Aut decedit inteſtatus, & tunc aut potuit facere teſtamentum, & non fecit,
59 & † videtur voluiſſe decedere ſecũdum diſpoſitionem legis. argu. l. conficiuntur. & l. tractabatur. ff. de
60 milit. teſta. & † ex affectu paterno pariter ad maſculos & fęminas hæreditatem deuolui voluiſſe præſumitur, vt probat Ludo. de Rom. in cõſi. 179. cuius opinio videatur verior, quàm ꝙ pater maſculos præferat, vbi ceſſat lex vel ſtatutũ ex-
61 cludens fœminas: quia † ratio naturalis debet attendi & præferri, vt per Alex. in l. ſi donatione. C. de collat. & dicam infrà. Aut non potuit morte præuentus, & imputãdum eſt ei, qui præuidens legem contrariam ſuo voto, antea non diſpoſuit, cum ſciret ſe moriturũ, qua hora non putaſſet. arg. eorum quę dicuntur in l. ij. §. pen. ff. ſiquis cautio. gl. in cap. cupientes. §. cæterum. de elect. in 6. & prædicta tanto fortius procedunt, ſi per viam legis generalis fiet, iuxta ea quę dixit Alex. in conſi. 112. col. antepen. in 3. vol. & in conſ. 189. col. 5. vol. 2. quem allegat Deci. in c. quæ in eccleſiarum. col. 9. in fin. & in rubr. de appell. in fine. Nec videtur hoc caſu poſſe allegari pręiudiciũ ſub-
62 ſiſtẽs per filios maſculos, † quibus nec re nec ſpe infallibili ius aliqđ quæſi-

quæſitum eſt, patre viuente, vt in d.l.fin. C.de pactis.& ibi Anto.de Alex. Iaſ. & Deci. qui defendunt Bart.in l.Gallus. §.& quid ſi tantú. col.fin.ff.de liber.& poſthum. nec
63 † ſpes ſuccedendi conſiderari debet,quã lex deteſtatur.l.poſt emancipationem. ff. de libe.lega. l.1.§.ſi impuberi.ff.de colla.bonor.l.conſenſu.§.filium.ff.de appell.Lud.de Rom.in conſi.122. licet cõtrarium ſentiat in ſimili quæſtione Gemi. in c.quãuis.de pact.in 6.col.fi.& Io.And.in regul. ſine culpa. de regul.iur.in Mercu. Bart.in l.j.§.pater. ff.de acquir. hæred. ſuper quo diſtinguit Claud. in l. qui Romæ. §.duo fratres. col.3. ff.de verb.obl. & in ſimili q. reſpondet Deci.in l. de quæſtione.col.7.C.de pact.latè Andre. Tiraquell. de vi huius ſpei ſucceſſionis in lib.de leg. connub. glo.2.& pro hoc faciunt ea,quæ in ſimili quęſtione diſtinguendo dixit Aſten. in pen.col. ſui tracta.de ſtatut.excluden.fœmi. & de legitimatione in præiudicium filiorum vel agnato. in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de libe.& poſthu.& per Feli.in d.c.quæ in eccleſiarum. & in præiudicium ſubſtituti conſuluit Socin. in conſ.120. vol.3. &
64 † in materia teſtamenti poſſe tolli conſuetudinem per plura conſuluit Soc.in conſi.13.col.9.verſ.non
65 obſtat. in 1. vol. Et † Princeps poteſt tollere ius quærendum etiam de iure gentium,vt conſuluit pulchro in caſu Zabar. in conſ.85.vbi declaratur in propoſito. c. in noſtra. de iniur. latè per omnes in d. c.quæ in eccleſiarum.Eſſet tamen maius forte dubium reſpectu feudorum,de quorum conſuetudine
66 fœmina nõ ſuccedit; & † Princeps ligatur conſuetudinibus feudalib. ſicuti ex ſuo contractu : quia tales conſuetudines cẽſentur ius naturale, ſecundùm Bal.in c.1.§.1.verſ. ſed quæro nunquid . de noua for. fidel. & in auth. omnes peregrini.
67 C.comm.de ſucceſ.& † licèt Princeps poſſet rem alteri tollere de plenitudine poteſtatis,ſecundùm aliquos,tamen non poſſet tollere feuda, ſecundum Abb. in d.c.quæ in
68 eccleſiarum. quoniam † cõtractus & conſuetudines feudales ſunt Imperatoris, ſicuti elementa, vt non cenſeantur Imperatoris poteſtati ſubiectæ, vt dicit Bal.in conſ.275. incip. Quod pro regul.in 2.parte. & idem Bal.in c.1. de natu.feud.& in c.1. de prob.& in d.c.1. de nou. for.fide.& in d.c.1.de nat.feud.& in l. Princeps. ff.de legib. & comprobat Iaſ.in conſ.98. incip.Mihi.
69 col.2.vol.3.Nec † poteſt Dominus inuitis vaſallis alterare naturã feudi, nec mutare formam antiquã, vt tradit Bald.in conſil.327. incip. Pridie conſului.in 1.lib.& Aluaro. in conſi.1. & Rip.in 2.lib.reſponſ. cap.25. Et ſolutiones conſideratæ aduerſus vltimum motiuum, vt ſupra factum, non poſſent in materia feudali bene adaptari ; cùm de illis nulla diſpoſitio teneat abſque Regio aſſenſu,vt in c.1.de prohibi.feud.alie.per Feder.& in cõſt.

conſtitutionem diuæ memoriæ. Poſſet tamen adhuc teneri, ꝙ valeret Principis diſpoſitio in præiudicium & derogationem conſuetudinum feudalium: aut enim ex huiuſmodi diſpoſitionę tertio ꝓiudicium non inferretur, & nulli dubium eſt valere, per text. in c. 1. de feud. non haben. propr. natur. feud. & in c. 1. de feud. fœmi. & in cap. 1. de feud. dat. in vi. l. commiſſ.
70 quia † rei ſuæ legem imponit. d. l. in re mandata. C. mand. Aut fieret tertio præiudicium, & tunc ex iuſta cauſa valet diſpoſitio contra ius naturale vel gentium, ſecun-
* dum * communem cõcluſionem in d. c. quæ in eccleſiarum. & in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. publi. per Angel. in l. ſi ſic, ff. de legat. 1. Alex. in l. cum mulier. ff. ſol. matri. Bald. in l. cum ceſſante. C. quomodo & quan. iud. Alex. conſ. 2. col. 4. volu. 1. maximè legem condẽdo, prout ſuperius fuit dictũ, & probatᷣ in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcrip. per Bal. in l. ſi. ff. de ſenato, præſertim ꝙ talis conſuetudo non tendit ad ligandum ipſum Principem, ſicut aliàs dicitur in c. 1. de feud. ſin. culp. & in c. 1. ex quib. cau. feud. amitt. in cap. 1. ſi de feud. fuer. controuer. & de contro-
71 uer. apud par. termi. & † etiam ſine cauſa ex plenitudine pt̃atis poſſe Principem tollere leges & contractus feudales, conſuluit Curt. in d. conſi. 1. col. 11. Alex. in conſil. 136. 2. vol. & latè Alber. Brun. in conſ. 1. & in conſ. 5. cum pluribus ſequentibus, quæ ſunt Doct. plenè de hoc loquentium, videlicet Soc. Iaſ. Cãpeg. & aliorum, & in ſimili cõſuluit Loffre. in d. conſil. 39. & 14. & ita argum. in contrarium tolli videtur.

SVMMARIVM.

1 Fœmina hac conſtitutione eſt vocata ad ſucceſſionem patris, licèt maſculus præferatur.

2 Fœmina an ſit ſua in terminis huius conſtitutionis.

3 Dominij continuatio non fit in fœmina ſtante maſculo.

4 Dominij cõtinuationẽ non reſultare ex ſuitate, ſed ex neceſſitate. imò nu. 51.

5 Aditionis actus requiritur ad cognoſcendum animum uolentis acquirere.

6 Legatum particulare, quod eſt lucratiuũ, tranſmittitur ad hæredes, etiã non agnitum: quia præſumitur acceptatum.

7 Seruus etſi ſit neceſſarius hæres attñ requiritur aditio.

8 Aditio ſerui requiritur ad executionem non autem ad acquiſitionem.

9 Tex. qui præſupponit, non decidit.

10 Propoſitio contingens à præciſa & neceſſaria eſt diuerſa.

11 Beneficium abſtinendi filio ius concedit, ſi non vtitur illa facultate, remanet effectus neceſſitatis.

12 Neceſſitas vbi tollitur an tollatur ſuitas, quam continuatio dominij præciſè non ſequitur.

13 Fœmina excluſa à ſucceſſione perinde habetur, ac ſi eſſet exhæredata.

14 Exhæredatio tollit ſuitatẽ. imò nu. 38.

15 Exhæredatio facit haberi pro mortuo.

Exhæ-

16 Exhæredatus, qui pro mortuo habetur, nihil penitus conſequitur.
17 Filia excluſa à ſtatuto cum dote facit partẽ, licet non admittatur ad partẽ.
18 Dos ſuccedit loco legitimæ.
19 Legitimam qui habet non dicitur exhæredatus.
20 Dominij continuatio non fit in dote.
21 Condictio ex lege eſt actio perſonalis.
22 Dos non habetur iure hæreditario.
23 Verba vbi non conueniunt, nec diſpoſitio conuenit.
24 Filia eſt in primo gradu, in patris poteſtate & agnata.
25 Patria poteſtas nõ tollitur ex eo, quòd filia repellatur à ſucceſſione.
26 Diffinitio cui conuenit, ergo & diffinitum.
27 Filius ut dicatur ſuus, ſatis eſt, ut habeat ſuccedendi ius.
28 Filius in uita patris dicitur ſuus hęres.
29 Filius exhæredatus ante aditam hæreditatem ab extraneo ſuus eſt.
30 Captus ab hoſtibus effectualiter nõ ſuccedit, ſuus tamẽ eſt & obſtat nepoti.
31 Hæreditas eſt ius.
32 Suitas eſt qualitas, quæ eſt ius.
33 Filius dicitur ſuus, qui ab hæreditate ſe abſtinuit.
34 Beneficium abſtinendi eſt fauor filij.
35 Prælatio maſculi eſt in fauorem maſculi reſpectu ſucceſſionis.
36 Emancipatio, mors vel alius actus requiritur, vt non ſit ſuus, qui primũ gradum obtinet.
37 Filia nupta eſt in poteſtate.
39 Tex. §. cum autem. ponderatio.
40 L. j. §. poſt ſuos. declaratio.
41 Conſtitutio eatenus diſponit, quatenus loquitur.
42 Mutatum quod non eſt, ſtare non intelligitur prohibitum.
43 Statutum nunquam tollit ius naturale vel ciuile, quod in totum vel in parte ſequitur ius naturale.
44 Sui quaſi domini dicuntur uiuo patre ſucceſſionis gratia.
45 Inteſtatus quando quis decedit, tempus mortis inſpicitur.
46 Exhæredatio res eſt odioſa.
47 Filia excluſa quando inſtitueretur, ſuccederet vt ſua.
48 Filia habet ius ſuum ſuſpenſum, donec ſupereſt maſculus.
49 Suitatis diffinitio.
50 Primogenitus abſtinens à paterna hæreditate, an dicatur habere ius primogenituræ.
52 Trãſmiſſionis actus ſuitati attribuitur.
53 Neceſſitas uidetur ex ſuitate procedere.
54 Filijs ſuorũ nomen indictum eſt propter hæreditatem.
55 Argumentum non procedit ex diuerſis.
56 Qualitas ſuitatis non eſt naturalis, ſed ciuilis.
57 Suitas capitis diminutione tollitur.
58 Intentio principalis eſt attendenda.
59 Intellectiua interpretatio etiam in correctorijs & odioſis admittitur.
60 Concordia quædam refertur.
61 Filiã in Regno debere inſtitui à patre.
62 Filius ſi patre inſcio moreretur, filia tãquàm ignoranter præterita diceret nullum abſq; legatorũ conſeruatione.
63 Filia excluſa prętерita non rũpit teſtm̃.
64 Filia dotata an ſit perpetuò excluſa.
65 Excluſio ceſſat ceſſãte cauſa excluſionis.
66 Excluſio refertur ad tempus mortis, quo tempore defertur ſucceſſio.
67 Maſculo ceſſãte filia cenſet̃ reintegrata.

Maſculus

68 *Maſculus ſi illico moreretur poſt mortem patris, fœmina non cenſeretur excluſa per exiſtentiam maſculi.*
69 *Conſuetudines feudales non conſtat in Regno fuiſſe receptas, quòd fœminæ eſſent excluſæ.*
70 *Conſtitutio iſta non eſt antiqui iuris correctoria.*
71 *Emancipationis & patriæ poteſtatis licèt ſit ſublata differentia, non tamen emancipati ſunt ſui.*
72 *Monacatus an liberet à patria ptãte.*
73 *Suitas & eius effectus minimè tollitur monacatione.*
74 *Conſequẽtia iſta nõ eſt vera. Non eſt in poteſtate, ergo non ſuus. imò nu. 76.*
75 *Suitas ficta non operatur effectum veræ ſuitatis. imò nu. 78. 79.*
77 *Regulare quod eſt attendi debet.*
80 *Dictio quamuis, pro aduerſatiua accipitur.*
81 *Epiſcopali dignitati non etiam clericali ſpecialiter videtur conceſſum, vt filium liberet à patria poteſtate.*
82 *Militaris dignitas vel conſularis non liberat filium à patria poteſtate, ſed patritiatus dignitas.*
83 *Remedium iuris dicendi nullum pinguius eſt.*
84 *Diſpoſitio legis ciuilis in pręiudicium, vel etiam in fauorem perſonarum eccleſiaſticarum ex defectu poteſtatis non tenet.*
85 *Sacerdotalis dignitas de iure Canonico liberat à patria poteſtate. imò numero 87.*
86 *Qualitas ſuccedendi non tollitur per ſuperuenientem clericatum.*
88 *Monaci habent cognationem in cœlis & in terra.*
89 *Nobiles eſſe deſinunt per ingreſſum monaſterij.*
90 *Monacus in ſui fauorem non deſinit eſſe ciuis ſuæ patriæ.*
91 *Clerici ſubditi Papæ & non Imperio Romano non deſinunt eſſe ciues Romani.*
92 *Monacus non habet hæredem.*
93 *Priuilegium exemptionis Venetorum à Romano Imperio non priuauit eos ciuitate Romana.*
94 *Grauatus in vno non inconuenit vt in alio releuetur.*
95 *Lex municipalis non poteſt facere ſuos hæredes.*
96 *Ius patriæ poteſtatis ſi tolli poteſt, ergo & ſuitas.*
97 *Conſuetudines Neapolitanæ per approbationem Regiam eandem vim obtinent quam Regiæ conſtitutiones.*
98 *Papa ſi generaliter confirmet ſtatuta alicuius loci, non ex hoc dici poterunt ſtatuta Papalia.*
99 *Statuta ciuitatum an ſint iuris ciuilis.*
100 *Sorore excluſa per ſtatutum à ſucceſſione fratris, cenſetur etiam excluſus frater à ſucceſſione ſororis.*
101 *Legitimatus per oblationem Curię nõ ſuccedit agnatis patris.*
102 *Æqualitas in materia ſucceſſionis, quoad poteſt, ſeruari debet.*
103 *Pater filio non ſuccedit de iure feudorum.*
104 *Filiusfa. conſuetudine Regni teſtatur, ac ſi eſſet paterfam.*
105 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris.*
106 *Conſuetudo etiam ex maioritate rationis non extenditur ad aliũ caſum.*
107 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

Æqui-

108 *Æquiparata duo in lege antiqua, diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in altero.*

109 *Statutum ſi eſſet, filios ſpurios patribus non ſuccedere, intelligetur etiam ſtatutũ, vt nec filijs ſuccedat pater.*

110 *Filio in ſucceſſione patris ſicut datur bonorum poſſeſſio vnde liberi, ita & patri in bonis filij.*

111 *Conſtitutio iſta habet locum in bonis feudalibus & allodialibus.*

112 *Iuuenes magis ſeruire poſſunt quàm ſenes.*

113 *Iura adaptari debent ad ea quæ frequentius accidunt.*

114 *Iuniores ſecundum naturam & ætate minores præſumuntur fortiores.*

115 *Seruitium non eſt de ſubſtantia feudi ſed fidelitas.*

116 *Fidelitas in antiquiori ætate magis præſumitur, ratione firmioris cõſilij.*

117 *Seruire non ſolum numis accipitur ſed etiam conſilio.*

118 *Senis vmbra plus valet quàm gladius iuuenis.*

119 *Filius ſecundum naturam ſuccedit.*

120 *Filia excluditur propter maſculos ratione conſeruandæ agnationis.*

121 *Argumentum ab æqualitate ſeruandæ & à parificatis procedit ſtante rationis paritate.*

122 *Pactum factum patri à filio de non ſuccedendo de iure ciuili non tenet.*

123 *Pater poteſt ſubſtituere filijs furioſis & mentecaptis exemplariter, ſed non è contra.*

124 *Conſcientia ſeu anima patris non eſt anima ſeu conſcientia filij.*

125 *Statutum in vxore non habet locum in viro.*

126 *Filio decedente non agnita patris hæreditate, an tranſmittatur ex potẽtia ſuitatis illa portio in qua per maſculum ipſa ſoror excluditur.*

SECVNDO not. ex
1 iſta conſt. ꝙ † fœmina eſt vocata ad ſucceſſionem patris, licet maſculus ei præferatur, idem videtur diſponi in conſuetu. Neap. incip. Si qua mulier. ibi, Abſque ſexus diſcrimine ſuccedunt; licèt per conſuetudinẽ inducatur maſculiatio poſt ſextũdecimum annum fratre requiſito & non maritante, quæ qualitas p hanc conſtitutionem non conceditur, vt per Neap. ibi, abſque diſcretione. Ex his verbis videt poſ-
2 ſe decidi quæſtionem, an † in terminis huius conſtitutionis fœmina ſit ſua. Hanc quæſtionem facit Capici. in deciſ. 176. col. 1. & refert varias opiniones Docto. nihil de nouo adducens, nec difficultatem reſoluit; ideo pro diſcuſſione articuli videtur dicendum, ꝙ non ſit ſua, per ea quæ dicuntur in d. l. Gallus. in §. & quid ſi tantum, in l. ſi fratris. C. de iur. deliberan. & in l. filius qui patri. ff. de vulga. & pupill. & in l. qui ſe patris. in prin. C. qui admitti. per Aſten. in dicto
3 tract. in arti. 10. q. 2. ꝙ † ex quo in fœmina, ſtante maſculo, nõ fit cõtinuatio dominij, vt in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. ſecundum Bal. in d. l. maximum vitium, C. de liber. præter. ideo non ſit ſua.

Ad

Ad iſtam rationem poſſet reſpon-
4 deri, non † eſſe verum continuationem dominij reſultare ex ſuitate, ſed ex neceſſitate, ita tenet Benedic. de Plumb. in repet. d. l. ſi fratris. C. de iure delib. 6. q. & Moder. in l. emancipata. C. qui admitti. ex quo enim quis neceſſariò hęres eſt, nulla requiritur aditio, vt obligetur hæreditati, argum. tex. in l. obligamur. verſ. neceſſitate. ff. de verbo. oblig. proptereaq; videtur do-
5 minium continuari. Actus † enim aditionis requiritur ad cognoſcendum animum volentis acquirere. l. gerit. & l. pro hærede, & per totũ. ff. de acquir. hæred. filius non eſt à nexu neceſſitatis liber; ideo lex cõtinuationem operatur: ſicuti aliàs
6 † legatum particulare, quod eſt lucratiuum, tranſmittitur ad hæredes etiam non agnitum; quia pręſumitur acceptatum, ex quo non tenetur ad onera. l. ſi hęreditatem. §. fi. ff. mãd. declarat Iaſ. in l. vt inter diuinum. 4. col. poſt prin. C. de ſacroſ. eccl. ſecus autem eſt in fidei commiſſo vniuerſali, vt not. in l. j.
7 ff. de lega. 1. Nec obſtat, quod † ſeruus eſt neceſſarius, & tamen requiritur aditio; nam poſſet dici, quod ſeruus ante aditam hæreditatem dicetur effectus hæres & continuari dominium defuncti, tex. eſt in §. 1. Inſti. de hæred. qualit. & differ. ibi, Protinus liber & hęres, & ſic ipſo iure, vt in l. in ſuis. ff. de ſuis & legitim.
8 vnde † aditio requiritur ad executionem, de qua in §. 1. Inſtit. quib. manum. non licet. non autem ad acquiſitionem, ſicuti in extraneis, ſed erit tertia quædam ſpecies. Et licèt text. in l. in ſuis. ff. de libe. & poſthum. videatur ſatis probare, quod continuatio reſultet ex ſuitate; tamen conſiderari poteſt, quod ille tex. dicit in ſuis continuationem
9 dominij eorum &c. † Præſupponendo in ſuis fieri continuationẽ, non autem decidendo. Iſta ſunt
10 inter ſe diuerſa, ſicuti † propoſitio contingens à pręciſa & neceſſaria. Contingit enim in ſuis fieri continuationem; quia ſiue velint, ſiue nolint ſunt hęredes; ante prætoris beneficium. d. l. ſi filius qui patri. de vulg. & pupilla. & vbi eſſent neceſſarij, & non ſui, vt in l. qui in aliena. §. interdũ. ff. de acqu. hære. fit continuatio dominij, ſecundũ veram intelligentiã, non cauillando literam, prout vidẽtur facere Doct. qui verbum neceſſariũ, declarant ſuum & neceſſarium, vt in l. ſub conditione. verſ. neceſſarius. ff. de lib. & poſth. quia ſubiecta materia nõ requirit talem adiectionem: cum ſufficiat, quod ſtet in ſimplici ſignificatu, vt in l. neceſſarijs. ff. de acqui. hære. nam ex neceſſitate continuatio illa (vt prædixi) reſultat, & hoc modo tolleretur põderatio d. l. in ſuis. Et ſi diceretur, quod ſi vera eſſet hęc concluſio, ſequeretur quod ſublata neceſſitate per prætoris beneficium, eſſet etiam ſublata cõtinuatio dominij, quod eſt falſum. l. qui ſub conditione. §. fin. ff. de cond. inſtit. l. ei qui. de acqui. hæred. l. cum quaſi. §. ſed & ſiquis.

ff. de

ff.de fideicomm.libert.Reſpondetur, quod † ex quo beneficium abſtinendi filio ius concedit, ſi nõ vtitur illa facultate, remanet effectus neceſſitatis.l.iam introductus continuatiuus dominij. l. quod fauore.C.de legi.& declaratur per Moder.in d.l.ſi filius.& probat textus apertus in l.j.§.qui ſunt in poteſtate.ibi,Nec quod ſe abſtinere poſſunt quicquam facit.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſta. per quem tex.tollitur quędam conſequentia, quam facit Socin.in conſi.183.in 3.vol.in princ.

11

12 Dicens † tollitur neceſſitas, ergo ſuitas, & quod continuatio dominij non ſequitur præcisè ſuitatem, tenet Bal.in l.apud hoſtes. C.de ſuis & legi.& refert Iaſ.in d.l.qui ſe patris. Ergo illa ratio non eſt ſufficiens ad dicendum quod non ſit ſua: quia in ea dominium non continuatur.

¶ Secundò videtur probari ex eo,

13 quod † fœmina excluſa à ſucceſſione habetur ac ſi eſſet exhæredata, &

14 exhæredatio † tollit ſuitatem, ergo fœmina in Regno non eſt ſua. Hic articulus de exhęredatione eſt multum diſputabilis, vt latè per Ang.de Periglis poſt alios in repe. d.l.in ſuis.& per Alex. in d.l. ſi filius qui patri.& in l.ſi fratris.C.de iur.delib. per Moder.tamen non videtur ad hunc caſum neque ad ſtatuta ſimilia poſſe adaptari, ex

15 quo † exhæredatio facit haberi pro mortuo.§.exhęredatos.in authen. de hær.& Falcid.l.j.§.ſi pater.ff.de coniungen.cum emanci.liber.l.ſi proponas.§.fi.de inoffic.teſta. Sed ſi filia hic excluſa ſtãtibus maſculis nõ poteſt haberi pro mortua, quia debet habere paragium, aliàs ſuccedit, vt infrà dicemus, & debet habere dotes iuxta legitimam in ſimilibus ſtatutis, vt ſuprà dixi: faciunt not.in c.licet. de vot.per Salicet.& alios in auth.res quę.C.cõmu. de legat. in l.ſancimus. C. de nup.Iaſ.in authen.nouiſſima.col. pen.& fin.C.de inoffi.teſta. Exhę-

16 redatus † verò qui pro mortuo habetur, nihil penitus conſequitur, vt in §. aliud quoque capitulum. in authen.vt cum de appell.cogn.

* Et * ſecundum communem opin.

17 filia † excluſa à ſtatuto cum dote & paragio facit partem, licèt non admittatur ad partem, per Bal. in l.omnimodo.& in d.auth. nouiſſima, C.de inoffi.teſta. Guid.Pap. in deciſ.295. Ludo.de Rom.& alij in l.vnic.C.quãdo non peten.par. Alex.in l.plenũ. §.ſi duobus ff.de lega.1. de quo per Soc.in conſ.54. col.pen.& fi.1.vol.vbi allegat, & in cõſi.78.col.3.& fi.vol.3. Et proptereà Doct.tenẽtes iſtam partem, illam limitant, non habere locum quando filia non eſſet penitus excluſa per ſtatutum, ſed haberet do

18 tari; quia † cum dos ſuccedat loco legitimę.l.quoniam nouella.C.de inoff.teſta.Imol.in l.Titio cẽtum. §.Titio genero. ff.de condit.& demonſtr. & per Soc. qui diſtinguit in d.conſi.54.& 78. per Anton.de Butr.in conſil.41. & dicetur infrà.

19 & † qui habet legitimam, non dicitur

citur exhæredatus. l. Papinianus, §.ſiquis mortis. & ibi Ange. ff.de inoffi. teſta. maximè cum tale ſtatutum non requirat inſtitutioné, ſicuti erat de iure C. d.l.omnimodo.ideo non deſinit eſſe ſua patri: & ita conſuluit Alex. in conſil.131. in 1.vol.& latè per Claud.in d. §.& quid ſi tantú. in 4.col.& propterea videbatur, ꝙ in caſu conſtitutionis filia eſſet ſua, & cũ hoc tranſit Capic.in d.deciſ. Tamen iſta limitatio nõ videtur vera, ſi prima
20 ratio ſubſiſtit: quia † in dote non fit continuatio dominij, & pro ea
21 datur condictio ex lege † quæ eſt actio perſonalis, vt in l. j. C. de condi.ex lege.& in l.vnic. C.de rei vxor.act. & idem in paragio,dicit hic And.& infra dicetur.Pręterea, licèt ex dote tollatur expugnatio teſtamenti; tamẽ verum eſt,quòd
22 † illam non habet iure hæreditario,ſecundum Bart. Paul. de Caſt. & Cuman.in d. §.Titio genero.& ita intelligũtur dicta in d. §. ſiquis mortis. & ita tenet Salic.& poſt eũ Iaſ.in d.auth. nouiſſima. C.de inoffic.teſta. & ideo eſt conſilium,ꝙ fiat inſtitutio in vno nũmo,ſecundum glo.in l.iij.§. ſed vtrum.ff.de mino. licèt hoc ſit ſatis diſputabile, prout latè diſceptatur per Soci. in conſ.150.in 6.& 7.col.vol.1.vnde cum filia reperiatur ab hæreditate & ſucceſſione excluſa, non poterunt in ea adaptari iura ſuitatis, vt in d.l.in ſuis.quãuis ſit dotata. ergo non dicetur ſua. arg. l.iiij.§. toties.ibi Bar. ff.de dam.inf.l.ſem-
23 per.§.licet.ff.de iur. imm.quia † nõ cõueniunt ei verba, nec etiam diſpoſitio. ¶Pro cõtraria parte tamẽ
24 ſatis facit, ꝙ † filia eſt in primo gradu, item in poteſtate patris &
25 agnata. Nam † ꝙ tollatur patria poteſtas, ex eo ꝙ repellitur à ſucceſſione, videtur falſum,& iure nõ probari, & per iſtam conſtitutionem(quod eſt plus) vocatur ad ſuc
26 ceſſionem:conuenit † ei diffinitio, vt in d.l.in ſuis, de libe.& poſthu. §.ſui. Inſtit. de hæred. qual.& diff. ergo & diffinitum. l.j.§.dolum.cũ vulgar.ff.de dolo. ¶Nec obſtat, ꝙ maſculus ei præferatur; quoniam cum in terminis iſtius cõſtitutionis fœminæ(vt dixi)vocentur ſine diſcretione ſexus,& in hoc iſta cõſtitutio differt à pluribus ſtatutis, in quibus Doct. loquuntur, poſſet non inſubtiliter dici, ꝙ ſtante maſculo, effectus tãtummodo ſucceſſionis ſit ſublatus remanẽte potentia ſuccedendi abſque actu & effectu ſucceſſionis.Nam nõ vide-
27 tur neceſſarium, ꝙ † ad hoc vt filius dicatur ſuus habeat actum ſeu effectum ſuccedendi, ſed tantummodo ius & potentiam. Et hoc videtur probari ex pluribus. Primò,
28 quoniam † filius in vita patris dicitur ſuus hæres.d.l.in ſuis.& l.Gallus. & de ſuis & legit. quaſi per totum. & tamen in vita patris nihil habet effectum,niſi quò ad quandam potẽtiam nudo intellectu & puro, ſecundum glo.in d.l.in ſuis. in verſ.quodammodo. Præterea,
29 exhæredatus † filius interim ante

aditam

aditam hæreditatem ab extraneo ſuus eſt: quia obſtat nepoti, & tamen non habet ſucceſſioné.l.ſcripto. ff.vnde liber. l.j. §.ſciendum, de ſuis & legi.hære.§.cum auté.Inſtit.de hęr.quę ab inteſt.deferunt, ſecundum verum intellectũ dictorum iurium.

30 Pręterea, qui † captus eſt ab hoſtibus effectualiter non ſuccedit, & tamẽ ſuus eſt & obſtat nepoti.l.à patre.ff.de capt.& poſtlimi. reuer. l.pr̃.§.ſi filius.ff.de ſuis & legi.

31 Prætereà, ſicut † eſt hęreditas, quę eſt ius, prout declarat Aret. in rubr.ff.de acqui.hære. licèt effectualiter nihil ſit in hæreditate ac penes hæredé.l.hęreditas.ff.de pet. hære.& l.iij.§.hæreditas.ff.de bon.

32 poſſ. ita † qualitas ſuitatis, quæ eſt ius, vt definit Ang. de Perillis poſt alios in d.l.in ſuis, licet Fortu.in d. §.& quid ſi tantum aliter ſentiat, eſſe poterit in filia vocata ad ſuccedendum, quæ tamen nihil ex hæreditate ac ſui hæredis iure conſequatur.facit tex.in l.j.§.qui minorem, ff.vt leg.nom.cau. Prætereà, ſi

33 † filius dicitur ſuus, qui ab hæreditate ſe abſtinuit, & effectũ ſucceſſionis nõ habuit. l.ſi filius q̃ patri. ff.de vulg. & pup.l.ij. §.liberi.ff.ad Tertull. ibi, Rem haberent ne nudum nomen ſui hæredis. Ergo nõ effectus ſucceſſionis, ſed ſola potẽtia ſeu ius cõſideratur, ex gradu & patria poteſtate, vt dixi. ¶Et ſi di-

34 catur ad iſtud, ꝙ † beneficiũ abſtinendi eſt fauor filij; ideo nõ retorquetur in eius odium, vt careat ſui hęredis nomine.l.legata inutiliter. ff.de leg.præſt.& ideo in pœnalib. filius qui abſtinet, non dicitur hęres, vt euitet pęnam, etiã ſi ſit ſuus. gl.in l.de ætate.§.qui tacuit.in ver. ſi negaſſet. ff.de interrog.act.l.ſi filiusfamilias.& ibi gl.in verbo Succurrendum.eo.tit.neq; tenetur inſolidum ad debita cõtracta in vita patris: iuſſu patris, ſeu ad illius vtilitatem cum eo, vt in l.ij. ff. quod cum eo.& in l.fi. §.ex parte. eo.tit. & ibi Pau.de Caſ.& alij, & in l.eius rei. & in l.ſi mandato. C.eo.tit.ibi Ange.Albe. & Salic.idem ſi feciſſet inuentariũ, quia habetur ac ſi abſtinuiſſet.l.fin.§.& ſi præfata, C.de iur.delibe.& ita tenet Azo in ſumma.C.quod cum eo.Io.de Plate.& Iaſ.in §.ſunt prætereà.Inſti.de act. Soc.in fall.num.428.Imol.& Alex. in l.& exhæredatum.ff.de re iudic. & in l.quæ dotis.in gl.ff.ſol.matr. & ita fuit in ſacro conſilio iudicatum non obſtante iuramento etiã poſt ſententiam cõdemnatoriam oppoſita exceptione in executione, in cauſa Comitis Montellæ. Quoniam reſpondetur, ꝙ in terminis huius conſtitutionis, præla-

35 tio † maſculi eſt in fauoré maſculi reſpectu ſucceſſionis, vnde nõ debet operari in plus quàm fauor reſpectu ſucceſſionis extẽdatur, arg. l.in agris. ff.de acquir.rer. domin. Sed excludere fęminam à ſimplici iure ſuitatis, nõ eſt fauor maſculi, reſpectu prædicto: ideo talis prælatio non debet hunc effectũ operari, vt faciat filiam non ſuam. Probari hoc etiã videtur ratione,

ꝙ in filia reperitur qualitas faciens illam ſuã, vt dixi: ſed nõ habemus legis diſpoſitionẽ per quam declaretur non eſſe ſuam, ergo ſine lege nõ debet à ſuitate excludi. l.illam, C. de collat. Et ꝙ non ſit aliqua lex
36 contraria, ſatis conſtat, quia † aut emãcipatio: aut mors, vel actus ſimilis requiritur, vt nõ ſit ſuus qui primum gradũ obtinet. §. ita demũ. Inſt. de hær. quæ ab inte. defer. ſed excluſio ab effectu ſucceſſionis, neq; morti ſimilis eſt, per ea quæ dixi in 2. arg. 1. partis. neq; emanci
37 pationi: quia † filia etiam nupta eſt in ptãte, præterq̃ in ciuitate Neap. per ſpecialẽ conſuetudinẽ, cũ filia nubit, durante tamẽ matrimonio, prout fuit in ſacro Cõcilio iudicatũ: quicquid aliter dixerit D. Matt. Neq; etiam exhæredationi, per ea, quæ dixi ſuprà, maximè ꝙ in exhę redatione concurrit delictũ filij. §. cauſas. in auth. vt cũ de app. cogn. & in eius odiũ poteſt dici aliquid cõuenire, quid debet ab huiuſmodi caſu abeſſe. Nec eſt expeditum,
38 ꝙ † exhæredatio tollat ſuitatẽ; nam iura quæ pro hac opinione adducuntur non ſatis probant, vt nequeant euitari, vt per Mod. in prę allegat. locis, & maximè tex. in d. l. ſcripto, & in d. §. ſciendum. & in l. ſiquis filio exhæredato, ff. de iniuſ. rup. & irri. teſta. in §. poſthumorũ. Inſt. de exhær. lib. vbi expreſsè requritur, vltra exhæredationẽ, ꝙ filius ſit è medio ſublatus per mortem, quaſi non ſufficeret exhæredatum
39 fore. Et † hoc apertius declarat tex. in d. §. cum aũt. vbi aſſignat̃ ratio ſuitatis in nepote, quia ſolus inuenit̃ nepos: q̃ verba non debẽt intelligi quò ad ſuitatẽ ſeu ius ſuccedendi: ſed ꝙ ſolus, quia pater nõ pręcedebat in gradu, cũ eſſet mortuus, vt in l. ſiquis filio, & in d. l. ſcripto. aliter illa verba filio mortuo, nihil operarent̃, cõtrà l. ſi qñ, cum vulg.
40 de lega. 1. Similiter † poſſet rñderi ad text. in l. j. §. poſt ſuos. ff. de ſuis & leg. ibi, ẽt ſi ſui hæredes patri nõ extiterunt, vt puta exhæredati, nã poſt verbum ſui, punctus põt adij ci, vt dicat etiã ſi ſui non extiterint patri hęredes: quia verũ eſt ſuos eſſe & non extitiſſe hęredes: quia exhæredati. vis igit̃ nõn erit in qualitate ſuitatis, ſed ꝙ nõ extiterint. ſ. cũ effectu hæredes patri, ſtante exhęredatione. Non ergo infert̃ ſuos eſſe, quia exhæredati. Et qđ ſubdit, licet patris ſui, intellige deportati, hæredes nõ extitiſſent. Et ſic ex his videret̃ filiam remanere ſuã, licèt ei maſculus in ſuccedẽdo pręferat̃.
¶ Poſtremò conſiderari poſſet, ꝙ
41 † eatenus diſponit iſta conſtitutio, quatenus loquit̃, aliàs ſtandum eſt iuri cõi in eo in quo nõ diſponit̃; & exprimitur in ea, ita determinat̃ in conſtit. vt vniuerſis. & in conſt. ſiqui. & in conſt. Puritatem. Non
42 † eſt mutatum, non intelligit̃ ſtare prohibitum. l. pręcipimus. C. de appel. l. ſancimus. in fi. C. de teſta. Sed filia de iure communi ſua eſt patri, ſicuti filius. d. l. j. §. ſuos. & inſti. de hæredi. quæ ab inteſt. §. 1. & per conſti. non exprimitur, vt pręlato maſculo,

maſculo, fœmina non ſit ſua, conſequens eſt, vt licet ei maſculus prę feratur, maneat ſua, prout de iure communi ac naturali ratione efficitur. l. cum ratio. ff. de bon. damn.
43 Quia † ſtatutũ nunq̃ tollit ius naturale, vel ciuile, quod in totũ vel in partem ſequitur naturale, ſed effectum ipſius. l. cum hic ſtatus. §. fine. ff. de don. inter vir. & vx. & in huiuſmodi ſtatuto excludente fęminas hoc conſiderat Bal. in cõſi. ſuo incip. Statuta ciuitatis Mãtuæ, quod refert & ſequitur Soc. in cõſ. 150. col. 14. 1. vol. ¶ Et ſi diceretur, fruſtra hoc eſſe, cũ nõ ſit habitura
44 ſucceſſionem paternã, cuius † ſucceſſionis gratia, etiã viuo patre, ſui quaſi domini dicuntur, d. l. in ſuis. qm̃ in plurib. caſibus ſuitas opitularetur. Primò, quando frater maſculus abſtineret ſe ab hæreditate patris inteſtati, hæreditas deferretur ſorori, quo caſu ſi talis ſoror erit ſua & moreret̃ hæreditate patris non adita, tranſmitteret illam ex potentia ſuitatis ad quoſcunq;. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legiti. l. ventre. ff. de acq. hær. l. Lucius. ff. de iur. fiſc. Quòd ſi dicatur, eo ipſo ꝙ filius abſtinet, filia efficitur ſua, & ſic præcedens conſideratio eſſet
45 vana. Reſpondetur, ꝙ † quãdo quis inteſtatus decedit, tempus mortis inſpicitur ad iudicandum, quis ei ſit ſuus, d. l. j. §. ſciendum. Si igitur filia tempore mortis non ſit ſua, non poterit amplius effici ſua: & conſequenter ipſa moriente ſuccederẽt proximiores patris, q̃ fortaſſe non ſuccederent ipſi filiæ: cui aliàs illi ſuccedere poſſent, qui nequirẽt ſuccedere patri ipſius: vt puta mr̃, d. l. j. ff. de his q̃ ante ap. tab. vel ſoror alia, q̃ renunciaſſet ſucceſsioni paternę, vt in c. quãuis. de pac. in 6. ¶ Secundò, pone ꝙ pater decedat relicto filio exhæredato, ac filia p̃terita, quæ noluit rumpere patris teſtamentũ, l. filio præterito. de iniuſ. rupt. teſta. & extraneo hærede inſtituto, qui nõ adeat hęreditatẽ, confirmabitur exhæredatio abſq; alia aditione ex potentia ſuitatis, quæ eſt in filia, vt in ſimili tenet Alex. in d. l. qui ſe patris. col. 3. Et ſi dicat̃, quòd iſta ſuitas non debet operari in præiudiciũ filij, per ea quæ ſuprà dixi, & per ea q̃ dñr per Bald. in d. l. ſi filius qui patri. ff. de
46 vulg. & pup. cum † exhęredatio ſit res odioſa. l. quidã cũ filiũ. ff. de lib. & poſth. Rñdetur, quòd aut exhęredatio eſt iuſta, & imputandũ eſt ſibi, q̃ ſua culpa damnũ ſentit. l. ſi aũt his, ff. de neg. geſ. l. in rebus. ff. cõm. Aut non eſt iuſta, & dãnum eſt reparabile per querelam, nec ex iſto triſti euentu exhæredationis deberet filia dici nõ ſua. l. hi qui. §. fi. ff. de trãſa. & imò dico, præiudiciũ fieret filio, quod cõſiderari nõ debet, arg. l. ſcio. ff. de in integ. reſt. gl. in ꝓę. Decr. in fi. in ver. Iudicijs. ¶ Tertiò operatur ſola exiſtentia ſuitatis in filia confirmationẽ tabularũ pupillariũ, vt in d. l. ſi filius qui patri, & in d. l. qui in aliena. §. interdictum. quia non requirit̃ vt adeatur hæreditas cum effectu, ſed

ſufficit; ꝙ adſit perſona, quæ aliàs poſſet admitti, vt declaratur ibi p Doct.& licet filius poſſet deducere potentiam ad actum, quod non conſideratur in filia : tamen, quia fundamentum huiuſmodi confirmationis non eſt effectus ſeu potentia deducēdi ad actum, ſed ſola exiſtentia, vt ibi probatur: meritò videtur, ꝙ idem ſit dicendum in filia quæ eſſet taliter ſua. arg.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupill.

¶Quartò operatur talis exiſtētia, ꝙ ſi eſſet fratri ſubſtituta, ſuccederet vt ſua; & tranſmitteret per tex. & quæ ibi dicuntur per gl.& omnes in l.ſed & ſi plures. ff.de vulga. & pupill.& hic effectus locum habere poſſet, etiam ſi prima opinio eſſet vera, tenendo illorum decla-
47 rationem, ꝙ † quando filia excluſa inſtitueretur, ſuccederet vt ſua, ſecundum Bal. in d.l.apud hoſtes. Quintò poſſet operari in caſu, de quo per Capici.in deciſ.176. col.2.

77 *Multa conceduntur ratione adiuncti, quę ex propria minimè conceduntur.*
78 *Pater habet vſumfructum in feudo filij, ſi quid dici poteſt non caſtrenſe vel quaſi.*
79 *Creditor an poſſideat pignus uel debitor.*
80 *Intellectus. §. huius autem. cap. 1. ex quib. cau.*
81 *Vſusfructus aliqñ capitᷓ ꝓ utili dñio.*
82 *Feudum eſſe poteſt etiam quòd nullum dominium tranſiret, etiam vtile.*
83 *Opinio illa tenenda, quæ magis religioni fauet.*
85 *Filius locum patris ſubingreditur.*
86 *Succedendi modus in locum patris eſt duplex.*
87 *Succedi ex perſona defuncti dicitur, quando illi defuncto iam viuenti ius quæſitum fuerat.*
88 *Hæredem qui habere nequit, habet tamen ſucceſſorem ex legis diſpoſitione in gradum & locum ſuum.*
89 *Nepos, qui ſuccedit auo ſubingrediens locum filij, non ſuccedit vt filius ſed vt nepos.*
90 *Delatum quod non eſt, non tranſmittiᷓ.*
91 *Extenſio non fit de perſona ad perſonã in inſtitutione.*
92 *Patria poteſtas de iure Longobardo & Francorum non conſideratur.*
93 *Anima & corpus non tranſmittuntur ad hæredes.*
94 *Tranſmitti non poſſunt ſalua propria natura, quæ determinato modo ſe habent ad præfixam perſonam.*
95 *Poſſeſſio, quæ corpore & animo retinetur, non tranſit in filium vel hæredem.*
96 *Immunitas conceſſa intuitu perſonæ non tranſit in filium.*
97 *Priuilegium conceſſum Regi non tranſit in filium.*
98 *Vſusfructus non tranſit in filium.*
100 *Officia perſonę conceſſa per ſubingreſſionem filius non acquirit.*
101 *Filius implere non poteſt tempus officij patre mortuo.*
102 *Beneficium reſtitutionis in integrum conceſſum minori 18. an. filio non datᷓ ſubin-*

ſubingredienti in locum patris.

103 *Neceſſitas ex obligatione antidotali remunerandi ſeruitia facta patri non tranſit in filium.*

104 *Fideiuſſio de iudicio ſiſti non aſtringit perſonam filij.*

105 *Vinculum iuramenti non aſtringit ad periurium filium.*

106 *Confeſſio ficta quæ reſultat ex mente defuncti non aſtringit filium.*

107 *Pœnæ regulariter ex delicto defuncti non tranſeunt in filium.*

108 *Facultas eligendi non tranſit.*

109 *Fideicommiſſum conditionale fauore certæ perſonæ non includit filium.*

110 *Facultas declarandi animum regulariter non tranſit in filium.*

111 *Qualitas exercitij aut artificij perſonalis non tranſit in filium.*

112 *Facultas iurandi de his, quæ conſiſtũt in conſcientia, non datur filio.*

113 *Argumentum à ceſſante ratione.*

114 *Cauſa limitata limitatum producit effectum.*

115 *Potentia ſuccedendi eſt ſeparata à filiatione.*

116 *Diſpoſitum in filio non habet locum in nepote, quando reperitur diuerſa qualitas.*

117 *Tutela defertur ſecundum ordinẽ ſucceſſionis.*

118 *Verba cui non congruunt, non conuenit diſpoſitio.*

119 *Neptis ex filio ſuccedit in locum primogenituræ.*

120 *Fœmina licet per maſculum excludatur, tamen ſuccedit patri non exiſtente maſculo.*

121 *Ratio eſt eadem de toto quò ad totum, quæ eſt de parte quò ad partem.*

122 *Argumentum, ſi de quominus videtur ineſſe &c.*

123 *Filia ſuccedens in locum patris, illius qualitatem aſſumit.*

124 *Succeſſorio edicto eſt locus in querela inofficioſi teſtamenti.*

125 *Nepotis appellatio neptem comprehendit.*

126 *Lex poſterior cum præcedente inuicẽ interpretantur.*

127 *Iudicandum in Regno ſecundum iura Regni.*

128 *Deſcendentes ex maſculis ſuccedunt auo in feudis non deſcendentes ex fœminis.*

129 *Neptis eſt de familia, quæ deſcendit per virilem ſexum.*

130 *Primogenitus præfertur in ſucceſſione ad familiarum conſeruationem.*

131 *Decedentis mens talis præſumitur, qualis eſt iuris diſpoſitio.*

132 *Verbum maſculos, intelligitur non tantum prout facti, ſed prout iuris.*

133 *Intentio principalis eſt attendenda.*

134 *Interpretatio paſſiua in correctorijs non eſt excluſa.*

135 *Neptis ſurrogatio in locum patris non debet operari excluſionem.*

TERTIO noto ex
1 tex. q † ſi ſolæ ſup-
ſunt patri fœminæ,
admittuntur ad ſuc
ceſſionẽ excluſis a-
lijs conſanguineis, Circa hoc eſt
aduertendum, nam videntur ſup-
fluò poſita hęc verba. Excluſis alijs
2 conſanguineis, cum † prima cauſa
ſit deſcendentium. d. auth. in ſuc-
ceſsione. C. de ſuis & legi. authent.
ceſſante.

ceſſante. C.de legi. hære.l.quoties. C.ad Orfic.l.in ſucceſſione. & in auth.defuncto. in prin. C.ad Tertull. Cum igitur filia ſola reperiatur ex deſcendentibus, fruſtra prouidetur de cõſanguineis excludendis. Sed poteſt reſponderi, ꝙ iſtud fuit dictum ratione primæ conſuetudinis, quæ vocabat conſanguineos ad ſucceſſionem, de qua conſuetudine ſuprà in præfatione cõſtitutionis fuit facta mentio. Prætereà forte conſanguinei prætẽdebant, ꝙ eo caſu, quo pater maſculos ſuſcepiſſet, fœminæ fuiſſent à ſuccedendo excluſę, & durarent ꝑpetuò excluſæ, quod eſt falſum, vt ſuprà dixi: quia attenditur tempus mortis ad iudicandum de illarum excluſione: & ideo dicitur in textu ſuperſtites fuerint, & facit. d. l.j.§.ſciendum. ff. de ſuis & legiti. d.l.ſcripto. ff.vnde lib. cum ſimilib. etiam ſi pater relicta dote fœminis inſtituiſſet filios maſculos, & eis ſubſtituiſſet filios fratrũ vulgariter. Nam præmortuis maſculis, fœminæ poſſent ſuccedere patri, excluſis agnatis qui fuerant ſubſtituti, ita conſuluit per multa Socin.in conſi.77.vol.3. ¶ Poſtremò iſtud poſſet opitulari pro caſu,
3 ꝙ † ſi filiæ renũciaſſent hæreditati paternæ, dũ pater habuiſſet filios maſculos, qui diem clauſiſſent extremum ante mortem patris, ꝙ talis renunciatio ei non obeſſet, quia ſolæ reperiuntur ſuperſtites patri, quando renunciatio fuit facta in manibus patris, vel fratribus patre conſentiente, vt in l.fi.C.de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de verbo.oblig. & per Socin.in conſi.74.vol.3. per Alex.conſil.29.
4 vol. 3. Nam † iſta generalis excluſio conſanguineorum debet generaliter operari.l.j.§. & generaliter. ff.de legat.præſt.l.de pretio, de pu-
5 bli.cum vulg.Licet † ab excluſione legali ad excluſionem per renunciationem, & ſic per factũ hominis argumentum non procedat, vt conſiderat Bart.in l.j.§. ſi pater. ff.de coniungen. cum emancip.liber. latè Socin.in conſil.150.col.4. 1. vol. tamen iſto caſu eadem videtur ratio; & ita in renunciatione cum iuramento tenet Bal. in l. pactum, C. de colla.ver.tertiò q̃ro. Neapod.in 1.conſuetu.in verſ.ipſi ſucceſſores. Corn.in conſi.80. per totum. & melius in cõſ.291. vol.4. Matth.in deciſ.178. Niſi generaliter & vniuerſaliter pro omnib. & in omnem caſum renunciaſſet, faciendo pactum reale ſeu donationem, ſeu Aquilianam ſtipulationem; prout optimè declarat Geminia.in c.quamuis. in fin.de pactis, in 6. & habetur per Andre.& alios in cap.1.de eo qui fi.fec.agna.& in cap.1.de natu.ſucc.feud. conſuluit Ang.in cõſi.ſuo 52.inci. D.Gilius. aliqua allegat D.Matth.in dec.161. Neapo.in conſuet.ſiquis vel ſiqua. in verbo Præterquam. Alexã.in d. conſ.29.Maran.in diſput.x. Nam
6 † etiam iuri de futuro in forma pacti, licet non habeat dependentiã de præſenti, poteſt renunciari, vt per

per Barto. in l.j. C. de hæredi. vel actio.vendi. in l.qui ſuperſtitis. ff. de acquir.hære. Roma.in conſ.22. Soci.in conſil.183. 2.vol.col.3. & in conſil.30.vol.4. D.in conſi.74. vol.3. & tunc an videatur donari, an repudiari hæreditas ſeu ſucceſſio, declarat Bar.in l.is poteſt.ff.de acqui.hære.& in d.l.fin.C.de pact. Corn.in conſi.236.col.2.vol.4. per Neapod. in conſuetu. 1. in verbo

7 Succeſſores. Et † valet talis renunciatio,niſi filia aut ſoror eſſet enormiter læſa, quia cenſetur doloſè inducta ad renunciandum. l. ſi ſuperſtite.C.de dolo.latè And. & alij in cap. 1. de natu. ſucce. feud. Paul.de Caſto in conſil.184.incip. Contra ſuperius. etiam ſi non præceſſiſſent minæ:quia ſufficit enormis læſio cum reuerentia, vt per Andre. ibi. & ita declarat Socin. text.in l.j.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non dat.in conſil.264.in 3.& 4.col.2.volu. vbi allegat plura conſilia. Petr. de Anchar. qui in hac materia fuit optimè loquutus, & faciunt ea quæ dicuntur per Moder. poſt Abb.in c. cum contingat. in princ. de iureiuran.Deci.in conſi.26.1.col.vol.1. & in conſi. 180. vbi allegat plura. Corn.in conſil. 142. col.2. & optimè in conſi.158.vol.4.Dec.in cap. in præſentia. col.13.de probatio.

8 &† habet talis renunciatio tacitam ſubintellectam cõditionem, ſi renuncianti ſucceſſio deferatur.Bar. in l.liberorum.ff.de verb.ſign. habetur in d.l.pactum. & in l.qui ſu-

9 perſtitis.ff.de acqui.hære. & † ideo filij renunciantis non excludũtur, quando mater fuit præmortua,qa eis non obſtat renunciatio,cũ ſucceſſio matri non fuiſſet delata, vt tenent communiter Docto.in d.l. qui ſuperſtitis. & in d.c.quamuis. & in d.l.pactum.& Deci.in conſi. 181.1.volum. Niſi fuiſſent hæredes matris,ſecundum aliquos, vt Philipp.in d.c.quamuis. & Dec.in d.l. pactum. Bal.in d.l.qui ſe patris.in antepen.col.C.vnde libe.Neapod. in cõſue.ſi moriatur. in verbo Ipſi ſucceſſores. in fi. vbi allegat tex.in cap.1.an agnatus, & ibi per Andr.

10 Quòd † licet feudum ſit ex pacto & prouidentia,tamen ſi filius non conficit inuentarium. excluditur per alienationem patris factã,intellige cum Regio aſſenſu; declarat idem And.in c.1. de alie.feu.pater. & in c.1.qui ſucc.tene. Dec.in cõſi. 185.1.col.Alex.in cõſi.28.lib.5.licèt Deci.in d.conſ.185. malè loquatur de feudo hæred. vt per Loffre. in conſil.1.

¶Nec obſtaret quædam reſponſio Roberti Marantæ in ſua x. diſput. quòd diuerſa ſit ratio inter feudũ & allodium, vt per eum. Nam ratio qua mouentur Andre. &

11 Neapo.eſt † quòd hæres non confecto inuentario non poteſt venire cõtra factum defuncti,quę procedit tam in his, quæ non habet hæres à defuncto. l.iij. ff. de interdictis & relegat.vt in l.ſi hęres ſeruum, ff.de legat.primò.l.vnum ex familia.§.ſi rem.ff.de leg.ſecundò.

not. in l. vt iuſiurandum. §. ſi liberi. ff. de operis libert. quàm in his quæ habet vt hæres. l. cũ à matre. C. de rei vindi. & in l. fin. C. de iur. deliber. l. Vranius. ff. de fideiuſ. l. ex qua perſona. ff. de reg. iu. Quæ ratio militat tam in allodijs quàm in feudalibus. Ergo licet ex ꝓpria perſona filijs filiæ renunciãtis ius ſuccedendi auunculis competeret, quãdo mater eorum fuit pręmortua; tamẽ ſi illa excluſit ſe ac filios ſuos renũciatione, nõ poſſent contra huiuſmodi renunciationẽ venire, ſi matris hæreditatẽ adiuiſſent abſq; inuentario: tamen cum accidiſſet hæc quæſtio bis tempore meo, videlicet in cauſa nobiliũ de Ieſualdo: & in cauſa hæredum D. Clemẽtis Gattulæ Phyſici in bonis ſitis extra diſtrictum ciuitatis Neap. fuit in ſacro conſilio iudicatũ, ꝙ filij renunciantis non excludantur à ſucceſſione patrui & materteræ in bonis ſitis extra diſtrictum per illã rationem, ꝙ in renũciatione ſubintelligatur clauſula, ſi ſibi ſucceſſio deferatur, ſub qua conditione videtur ſe ac ſuos hæredes excludere, ſecundum communem opinionem, & declarat Corn. in d. conſi. 258. col. 7. verſic. nõ videtur obſtare. ſed de hac quæſtione dicetur diffuſius infrà.

¶ Nec obſtat quædam conſideratio D. Anto. in d. l. pactum quod dotali. Quòd in Regno filia excluſa à ſucceſsione cenſentur etiã excluſi filij ipſius: quod etiam videtur ſequi D. Capic. in deciſ. 176. in tertia difficultate. Nam iſtud haberet locum quando filij ex perſona matris ſuccederent: aliàs quia

12 per iſtam conſtitutionem hic † caſus eſt omiſſus, debet remanere in diſpoſitione iuris cõmunis. l. vnic. §. cum autẽ. C. de cadu. toll. & ideo nõ videtur verũ ꝙ filij ſint excluſi ꝑ conſtit. ſicut per conſuetudinem Neapolitanã. Et ideo dixi quò ad bona ſita extra diſtrictũ fuit iudicatum in fauorem nepotum, etiã ꝙ mater dixerit ſe cõtentam dote pro omnibus ſucceſsionibus, contra Bal. in d. l. pactum. de collat. Et propterea ꝓ cautela aliàs fuit conſultum, ꝙ in renunciationib. apponatur clauſula, Etiam ſi ſibi ſucceſsionem defereretur, ꝙ eius filij eſſent excluſi, quæ clauſula parum prodeſſet, quando dos matris eſſet parua & ſucceſsio magna, quia filij facerent inuentarium. Eſt tamẽ bene verum, vt dixi, quòd per conſuetudinem tamen huius ciuita-

13 tis Neap. eſſent filijs excluſi, † quia deſcendẽtes fœminarum ſunt excluſi, ſicut ipſa mater, ſecundum declarationem Neapoda. in conſuetu. ſi moriatur. in verbo ex maſculis. niſi eorum mater fuiſſet maſculiata: quia habet ac ſi fuiſſet maſculus, & deſcendentes ab ea iudicantur tanquàm deſcendentes ex maſculis, & ita ſucceditur eis quò ad illam portionem, quæ competit matri iure ſucceſsionis tãquàm maſculo. Nam quò ad alia iudicantur vt deſcendentes ex fœmina, ac ſi non eſſet maſculiata, ſecun-

ſecundum Neapoda. in conſuetu: ſi aliquis moriens. verſ.parentum: & in verſ.habuiſſet. & in ver.ad p̃dicta.& ita ſæpiſſimè fuit iudicatū quò ad bona ſita intra territorium ciuitatis Neapolis tantum, vt per Neapo.in proœ.conſue.in ver.vniuerſitaté. & in verb.Diſtrictum.& in conſuet. pupillus. ſunt videnda quæ per D.Matth.in deci.370.Capic.in deciſ.159.in quibus breuitatis gratia nō inſiſto. ¶Sed hic cadit dubitatio,nūquid ſtante iſta cōſtitutione,habeat locū diſpoſitio.c.1.
14 de eo qui ſibi & hære.Quòd † conceſſo feudo in hoc Regno ꝑ maſculis, & his deficientibus fœminis,ſi moriat̃ filius,ad quem feudū deueniſſet,ſuperſtite filio fratris,& filia ipſius decedentis, feudū ad filiā ipſius decedentis,quæ ſola reperitur ſuperſtes patri ſuo, vel ad filiū fratris deuenire debeat?ꝑ d.c.1. de eo qui ſibi & hære. Et iſtā quæſtionem reperio tactam per And. in d.c.1.§.fi. & ꝑ Matth.in prin.in pen.col.& fi. & ſentit D.Sigiſmundus Loffre.in conſ.39. & in cōſ.14. in 3.dubio. Et videtur dicendum, ꝙ filia non excludatur à ſucceſſione patris,probatur per iſtam conſtitutionem, ibi, Excluſis conſanguineis, & in conſtitu.ſequen.quæ
15 † generaliter loquuntur, & debent generaliter intelligi,vt comprehēdant hunc caſum triplici ratione. Primò, quia tollitur differentia ſexus, & reducitur res ad ius commune, per ea quæ ſuperius alle-
16 gaui. Secundò, quia † prima cauſa eſt liberorum. d.authen.in ſucceſſione. Tertiò, quia ſatisfit vo-
17 luntati paternæ, cuius † votum eſt filiam ſuccedere. d.l.nam & ſi parentibus.in fin.ff.de inoffi.teſtam. & d. l. cū acutiſſimi. C.de fideicō-
18 miſ. & in d.l.cum auus, & † pium eſt defunctorum volūtates impleri.l.j.C.de ſacroſanc.eccl.& ſic debet ex iſta conſtit. in hoc caſu cenſeri prouiſum, filiam præferri & ſuccedere,excluſo iſto, qui aliàs de iure feudorum,per d.c.admitteretur, niſi appareret Principem voluiſſe tollere conſt. ſecundum Andre. ibi. ¶Secūdò pro hac opinione adducitur, ꝙ text.in d.c.1. fun-
19 dat ſe in ratione,ꝙ † quādiu ſuper eſt maſculus, non patet locus fœminæ ſtante inhabilitate fęminæ: ſed iſta ratio non eſt recepta per iſtam conſtitutionem, niſi concurrēte maſculo in eodem gradu: ergo non eſt admiſſa illius capituli diſpoſitio, per ea quæ dixi ſuprà in princ. allegando glo.in l.j.in §. prouidentia.ff.de legit.tut. Et propterea,quia de iure feudorum fœmina erat excluſa,non poterat intelligi pactum,niſi ꝙ fuiſſet perpetuū, ſecundum diſpoſitionē iuris feudorum,in fauorem maſculorū; ſed ſtante iſta conſtitutione, quæ
20 non excludit fœminas,ſufficit † ꝙ pactum intelligatur in illo primo ſucceſſore.l. boues.§.hoc ſermone. ff.de verbo. ſigni. vt dicit in ſimili Andr.in §.quinetiam. Epiſcop.vel Abb. maximè quòd ſumus in diſpoſitione hominis,quę verificatur

in vno, ſecus (ſecundum aliquos) in diſpoſitione legis, l. veluti. §. hęc vox. ff. de eden. Bal. in l. fi. C. de his quæ pœn. nom. l. ſiquis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. l. fin. §. fin. ibi Bald. C. de indict. viduita. Bald. in cap. ex literis, de conſtitu. Iaſ. in l. ab arbitrio. ff. qui ſatiſda. cog. Vel verificabitur pactum in pari gradu, prout in ſimili ſtatuto concludit Fran. Curt. Iun. in conſ. 7. verſ. quarta cõcluſio. per ea quę ſcribit Alexan. in conſi. 104. vol. 2. col. fin. & in l. ſi dotali. ff. ſol. matrim. per Bald. in l. ſed & milites. ff. de excuſ. tuto. ¶ Tertiò pro hoc adducitur, nam ſicuti in terminis d. c. primi, pactum recipiebat interpretationẽ à iure feudorum per rationem ibi aſſignatã, eo modo in Regno debet accipere interpretationẽ ſecundum ius conſtitutionũ Regni, per allegata ſuperius in rubr. in 1. q. in euidentialibus. & in pacto cõſuluit Soc. in conſ. 47. vol. 4. & cumulat Dec. multa in l. ſemper in ſtipulationibus. de regu. iur. Alex. in conſil. 127. 1. vol. & in conſil. 52. vol. 4. allegat D. Matth. deciſ. 226. & Goffre. in d. conſi. 39. & videbitur feudum acceptũ pro maſculis deſcendentibus, & ipſis deficientibus in pari gradu cum fęmina, ꝙ tunc fęmina ſuccedat, & ſic ꝙ in huiuſmodi pacto ſeruetur prærogatiua gradus: & iſta confirmantur per ea quæ dicunt Alex. Iaſ. Ant. de Alex. & Moder. in l. ij. C. de in ius voc. ꝙ
21 † ſtante ſtatuto, ꝙ extantibus maſculis fœminę non ſuccedãt, fęmina filia defuncti excludit patruũ; quia talis excluſio cẽſetur facta inter exiſtentes in pari gradu: & ſimiliter in fideicommiſſo facto in Regno, ꝙ neptis illud faciat deficere, quando fuit ſub conditione factũ à filio ſi ſine filijs deceſſerit. Et ꝙ excludat patruum etiam ſi in alijs partib. teſtamenti præpoſuiſſet & vocaſſet maſculos, fuit iudicatum per Regiã camerã facta relatione in collaterali Conſilio, in cauſa Mõtani ſales me exiſtẽte patrono, per ea quæ dicunt per Bal. & Salic. in l. cũ acutiſſimi. C. de fideicom. Petr. de Anch. in c. canonũ ſtatuta. verſ. his igitur. & cumulat multa Lud. Bolog. in conſ. 53. inter conſilia Alex. vol. 4. ſed aliter conſuluit Andr. Sicu. in conſi. 52. eo. vol. habetur per Soc. in d. l. cũ auus. Calc. in conſi. 47. Deci. in conſ. 15. 1. vol. Et multa ad propoſitũ huius quęſtionis adducit Cur. Sen. in cõſ. 44. & in conſ. 63. Dec. in cõſ. 171. vol. 3. conſuluit Soci. in conſi. 127. vol. 2. in 4. dub. & contra maſculum tenet Bald. in conſil. 143. incip. Hoc pro regula. in 1. par. & Curt. in ſuo tract. in 3. parte. col. 8. verſi. iv°. & Licirier. in tracta. primogenituræ, lib. 1. q. 19. ¶ Sed pro contraria par-
22 te poteſt conſiderari, ꝙ † iſtud pactum debet cenſeri perpetuum, & ꝙ ſemper maſculus præferatur, nõ attenta prærogatiua gradus triplici ratione. Primò, quia videtur factum cauſa agnationis conſeruandæ, & vt ſemper bona remaneant in familia, vt dicit gl. hic in verbo

maſculos.

maſculos.& ibi Andr.& alij. Vnde ſicut ratio iſta militat non facta differentia gradus: ita etiam debet pactum abſque differentia obtinere locum, per ea quæ in ſimili dicit Andre. in c.1. §. & quia vidimus, qui feud.da.poſſ. & dicit in §. quinetiam, Epiſcop. vel Abb.ꝙ pactum præſumitur potius reale quàm perſonale.l.forma.§.quamquam.ff.de cenſib. Secundò, quia per iſtud pactum ſucceditur primo acquirēti, vt in d.c.1.ibi, Quia ſolus eius qui primo inueſtituram accepit, & ibi Aluarot. & Ludo.de Rom.in conſi.148. Fulgo.in conſil.229.Sed quò ad primum acquirentem, fœmina non eſt in gradu proximior, ſed remotior, vel in eo gradu, ſed in eodem gradu, aut proximiore maſculus omnino p̄fertur de iure & per pactum: ergo maſculus omnino debet ſuccedere, excluſa filia vltimi decedentis. Et pro hoc facit illud, quod dicit Io. de Monte Sperel. & Moder. in
23 d.l.generaliter.§.cum autem, ꝙ† ſi eſt ſubſtitutus frater fratri, filia fœmina non facit deficere fideicommiſſum, ſi extaret ſtatutum, ꝙ filia fœmina ſtantib. filijs maſculis nō ſuccederet; quia ſucceditur teſtatori non patri decedenti, cuius patris reſpectu non foret excluſa, ſequit Soc.in conſ.249.col.13.vol.2. Tertiò, quia ſi primus acquirens voluiſſet diſtinguere dixiſſet, & nō ſimpliciter fuiſſet loquutus; immo ex duabus proximis rationib. infertur, ꝙ ſi ipſe primus acquirens fuiſſet interrogatus, an voluiſſet perpetuò, & in diſpari gradu maſculum excludere fœminam: certè dixiſſet ꝙ ſic, quia maſculos prædilexit, ergo fœmina debet excludi, ita ēt arguit gl.in l.tale pactū. in fi. ff. de pact. & ibi Bald. not. etiam eſt tex.in l.fi.C.de poſthum.hære. inſtituen.d.l.fin. ff.de hær.inſtit.l. ſi totas.C.de inoffi.dot.l.ſi vnquā. C.de reuoc. donat. ¶ Secundò pro
24 hac parte adducitur, ꝙ† correctio euitanda.l.j.C.de inoffi.dona.c.cū expediat. de elect.in 6.l.ij. ibi glo. C.de cond.inſer. Immo dixit Angel.in §.ſi verò expreſſim.in auth. de hære. & Falcid.& in authen.de
25 trien.& ſemiſſ. ꝙ† quando lex noua correctoria vult corrigere legē veterem antiquam, ad hoc vt correctio inducatur, debet expreſsè & ſpecialiter dicere; licet contrarium teneat Alex. & Moder. in l.j.ff.de vulg.& pupil. ſaltem debet eſſe directò contraria legi veteri, prout declarat Andr. in conſtit. appellationum tempora. in princi. Sed ſi teneremus priorem opinionem, induceretur correctio. d.c.1. Ergo iſta conſtitutio non habebit locū, quando ex pacto fœmina fuit excluſa: ſed debet per illud capitulū limitari iſta conſtitutio.argu.l.ſed & poſteriores.ff.de legib.& ad euitandum correctionem debet fieri huiuſmodi diſtinctio, etiam ſi in lege noua eſſet clauſula deregatoria, vel dictio taxatiua. gl.in auth. de hære.ab inteſt.verſ.vacantibus. glo. in l. non tantum. verſ. nulla

exceptio.ff.de peti.hæredi. Roma. conſil.332.& 456. col.1. licet Imol. in l.ſi verò. §.de viro.3.col. ff.ſolu.
26 matri.velit, q † quando lex venit apertè corrigendo & generaliter loquitur, non diſtinguitur p priores leges, ſequitur Alex.poſt glo.in auth. ex teſtamento.penult.col.in medio. C.de collatio.Iaſ.in l.j.§.1. ff.de offi. eius cui mand.eſt iuriſd. in l.hac conſultiſſima. & ibi Salic. C.qui teſta.face.poſſ. quod intelligo in eo in quo corrigit, vt allegat
27 Rom.in conſi.57. Et † iſta conſtitutio tantum prouidet, vt fęminæ non repellantur à conſanguineis per prauam conſuetudinem volẽtibus ſuccedere, non quando ſuccedunt per pactum, quod nõ poteſt dici prauum, per tex. in d.c.1. Ergo iſta conſtitutio non cogita-
28 uit hunc caſum, & † per argumẽta nõ debet induci interpretatio alia, quàm illa de qua in c.1.vt in ſimili per Corn.in conſi.308.vol.4.Soci. conſi.159.2.vol.Fulg.in conſi.144. & 158.¶ Tertiò pro hac parte addu
29 citur, q † per iſtam prouiſionem hominis etiam pactum expreſſum debeat ceſſare prouiſio legis.l.ſi cũ dotem, ibi per Bart.ff.ſol.matrim. l.cum filio, ff.de leg.1. vt intelligatur excluſiſſe fœminas: nam in eo caſu, in quo aliàs à lege non fuiſſet excluſa, maximè vt pactũ aliquid operetur, c.ſi Papa.de priuile.in 6. & clem. exiui. §.cum igitur. ff. de verb.ſigni.Bart.in l.j.ff.de vſucap. Bald.in l.generaliter. C.de Epiſco. & cleri. Barto. in l.omnes populi. ff. de iuſti.& iure. glo.in c.ſolitæ. de maiori. & obed. Io. de Imol.in l.interdum. in princi.ff.de hæred. inſtit. Nec placet reſolutio Loffre.
30 in d.conſ.39.col.7.q † admittitur ſuperfluitas, etiam q nihil operetur pactum, ne reſultet iniquitas, vt not.in l.fi. §.in computatione. C.de iure delib. in c.cum dilectus. de conſuetu. in l.iiij. §.prætor ait. ff.de dam.infec.per Soc.in cõſi.21. vol.3. quoniam ex conſeruatione agnationis & excluſione fœminarum, nõ reſultat iniquitas, ſed diſpoſitio fauorabilis denominatur: vt probat ipſe idem in d.conſi.14. & D.Matth.hic, quicquid ſentiat Andr.in c.1.§.& quia vidimus.qui feud. dar.poſſ.& dixi ſuprà, vt latè probat Curt.Sen.in conſi.9. Salic. in l.j C.de inoffi.don.Andr.Sicul. in cõſi.54.vol.1.col.2. & poſt alios Purpurat. in l.fi.col.22. C.de pact. præſertim q hoc modo pactum concordat cum iure cõmuni feu-
31 dorum, cum † aliàs quando cõtrariaret iuri communi, nihil deberet operari, ſecundum Domini.de S. Geminia. in d.c.ſi Papa.& ibi not. Philipp.per tex.in c.ſi duo. 2.reſp. de procu.in 6.vt per eos, & ex quo talis interpretatio pacti concordat cum iure feudorum eſt magis tenenda, quàm ſi concordaret cum iure huius cõſtitutionis: quia hoc modo reditur ad ius antiquum & ad primæuam naturam conſuetudinis feudorum, per id quod dicit glo.in d.c.ſtatutum. in ver.numerandũ. de pręb.in 6.quã ad hoc

allegant

allegant Anto. de Butr. in c.olim tibi.de verb.ſign. Alex.in l.ſi conſtante.3.col. ff.ſol.matr. l.ſi vnus. §.pactus.& ibi glo.& Docto.ff.de pact. Et ſi diceretur, quod eadem ratione dicendum eſſet illud cap. de eo qui ſibi & hære.debere intelligi nō admiſſū in Regno per cōſtitutioné, vt cōcordetur cum iure cōi. d.l.maximum vitium, & ita propriè loquitur glo.in d.c.ſtatutum. Nam ad hoc reſpondetur, quod iſtud non poteſt aliquo modo procede-
32 re: nam † iſta conſtitutio,nō concordat cum iure cōmuni, immo in hoc eſt iuri communi contraria, ex quo repellit fęminas ſtantibus maſculis volentibus maritare, & illas admittit cum ſolæ ſunt, vt hic quo caſu nec debemus interpretari iſtam conſtitutionem ſecundum ius commune, etiam in eo caſu in quo ius commune non alteratur, ita voluit Bal.in d.l.maximum vitium, C.de liber.præter. Paul.de Caſt.in l.fin. §.in computatione.C.de iur.delib.dicentes, quod
33 † ſi legitima eſt aucta vel diminuta per ſtatutum, non debet titulo inſtitutionis relinqui,prout de iure cōmuni requiritur.§.aliud quoque capitulum.in authēt. de trien. & ſemiſſ. & in ſimilibus terminis hoc argumento vtitur Soc.in conſil.150.col.17. in medio.vol.1. licet contra Bal. teneat Io.de Imol. in l. ſi verò.§.de viro.in 1.memb.ff.ſol. mat.Lud. de Rom.in l.ſiquis priore.ff.ad Trebell. & Alex.in l.fi.§.in computatione. C. de iure deliber.

refert & ſequitur Cur. Iun. in conſil.7. verſ.tertiò præmittitur. Prætereà,ius ciuile nō loquitur de feudis, in quibus aliud ius ſtatutum eſt,d.c.1. de feud.cogn. Ideo ſecūdum ſubiectam materiam,in quātum iſta conſtitutio loquitur de feudis,non debet recipere interpretationem à lege ciuili,ſed à feudorum.l.ſi vno.ff.loca.cum vulga.vt dixi ſuprà in 1.quæſt.in euidentialibus.Iaſ.in prælud.feud.col.37. Et ideo licet iſta conſtitutio ſit etiam iuri feudorum contraria, tamen in eo in quo expreſsè nō diſponit, ſcilicet quando eſſet ſpecialiter pacto prouiſum,potius debet cōcordare cum iure feudorum,quàm cū iure ciuili:quia hoc modo primęua natura feudorū, de quibus tractatur,minus lęditur,ita probatur in conſtit.vt vniuerſis.& in conſt. puritatem.quod in his quæ nō diſponuntur per conſtitutiones,iudicādum eſt ſecundum conſuetudines approbatas: & probatur ſimiliter
34 ratione; nam † generalis prouiſio non debet extendi ad eum caſum, in quo ſpecialiter prouideretur. l. talis ſcriptura.ff.de legat.1. Bart.in l.quæſitum.§.fi. ff.de fund.inſtru. l.doli clauſula. ff.de verbo.obliga. Deci.in rubr.ff.de regul.iur. ſicut
35 † clauſula in fine poſita non refertur ad eum caſum, ad quem ſi fieret relatio, induceretur correctio iuris cōmunis. glo.in d.l.talis ſcriptura.de lega.3. l.in rem.§.in omnibus.ff.de rei vindic. & prædicta confirmantur, quod magis habetur reſpectus

reſpectus ad rem, de qua tractatur quàm ad perſonam, quæ ſuccedere prętendit in cauſa inteſtati, quò ad ius obſeruandum, ita tenet Pet. de Ancha. in c. canonum ſtatuta, 12. q. de conſtit. Petr. Philip. Corn. in conſi. 147. & per multa comprobat Aſté. in d. trac. in q. 1. col. 3. & 7.

¶ Et tenendo iſtam partem videtur poſſe reſpõderi obiectis: & primò nõ obſtat ratio, qua mouetur

36 Andr. in d. c. 1. ꝙ † iſtud pactum exprimit illud idẽ qđ tacitè ineſt, ergo nihil debet operari. l. iij. ff. de leg. 1. Quoniam iſtud pactum exprimit illud quod ineſt per alium modum, quàm tacitè ineſſet. Nam per iſtam conſtitutionem fęmina (vt ſæpe dixi) vocatur ad ſuccedendum, licet ei maſculus præferatur, & inſuper volente maſculo admit

37 titur ad ſuccedendum. Et † ideo feudum conceſſum pro ſe & hæredibus intelligitur conceſſum pro maſculis & fœminis per iſtam conſtitutionem, ſecundum Andr. in d. c. 1. de eo qui ſibi & hæred. & in cap. 1. §. vnius, in quib. cau. feud. amitt. & in c. 1. §. cũ verò, qui feud.

38 da. poſſ. & dixi in rub. Sed † quando fit pactum ſecũdum terminos dicti cap. primi, fœmina non eſt vocata ad ſucceſſionem, niſi demum deficiente maſculo, & volẽte etiam fratre non admitteretur cum ipſo fratre ad ſuccedendum, maximè ſi ſupereſſent alij deſcendentes à primo acquirente, quia dicitur, deficientibus maſculis, & ſic eſt alius modus includendi fœminam, vel excludendi in verbis pacti quàm ſit in conſtitutione. Prætereà, conſtitutio excludit ſub modo dotãdi ſeu dandi paragiũ, ſed pactum non excludit ſub hoc modo, ſeu cum onere dandi paragiũ, ſed ſimpliciter: ergo eſt alius modus exprimendi, quàm ſub tacita cõſtitutionis forma accipiẽdi. Præterea & tertiò, conſtitutio loquitur determinatè de perſona filij & filię, ſeu fratris & ſororis amitę vel neptis. Pactũ verò loquitur inde-

39 terminatè, de hęredibus, † quorum appellatione deſcendentes indeterminatè continentur, reſpectu ſtipitis & primi acquirentis non vltimi moriẽtis, vt in d. c. 1. ibi And. & alij. Poſtremò in conſtitutione iſta declarata per ſubſequẽtem, eſt expreſſa reſeruatio prærogatiuæ gradus, qui debet attendi primo loco, & deinde ſexus: in pacto non exprimitur aliquid de prærogatiua gradus, ſed ſimpliciter ſexus fœmineus admittitur, deficientibus maſculis, non conceſſa gradus prærogatiua; ergo per alium modum exprimitur excluſio fœminæ quàm tacitè inſit. Vnde videtur, ꝙ pactum debeat operari illud quod operari poteſt, & non cenſeri idem diſponere, quod cõ-

* ſtitutio diſponit: & * iſta eſt cõmunis concluſio in expreſſione, quæ fit per alium modum, quàm Doc. tenẽt in d. l. iij. & in l. ſi arrogator per Bald. ff. de adoptio. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.

¶ Non obſtant verba huius cõſtitutionis

tutionis generaliter loquentis, ibi, Excluſis cōſanguineis. Quoniam non debent trahi ad prouidendū iſtum caſum, in quo magis exorbitaret à iure feudorum, vt habetur in d.l.talis ſcriptura.Immo debemus dicere, q; differat quanto minus poteſt, per iura pręallegata. Et prædicta confirmantur, quòd
40 † quādo habemus remedium ordinarium & extraordinarium, ſi remedium extraordinariū eſt pinguius, recedimus ab ordinario, nota.in l.quędam.in prin.ff.de eden. in l.in cauſæ.la ij. ff.de minorib.l. in prouinciali. §.1.ibi Barto. ff.de oper.no. nunc. Sed quò ad excludendum fœminas ſtantibus maſculis, pinguius prouidet pactum, ſecūdum determinationem dicti cap.primi. Ergo debemus intelligere fuiſſe receſſum à diſpoſitione conſtitutionis, vt pactū pinguius prouideat: quia hoc intenditur in pacto, vt maſculi præferantur, & deficientibus ipſis fœminæ ſuccedant. Quanto igitur magis maſculi præferuntur, tanto magis fauemus intentioni dantis & reci-
41 pientis, † quorum intentio debet in primis ſpectari. l. in conditionibus.ff.de condi.& demon.l.non aliter.ff.de legat.2. Licet igitur iſta conſtitutio generaliter loquatur, non diſtinguendo, tamen per contrarias rationes allegatas non poteſt hic caſus cenſeri comprehenſus in ea, vt in ſimili not. Bald.in auth.ingreſſi. C.de ſacroſan.eccle. in l.quicunque.col.6.C.de ſer.fug. glo.in l.non dubium.verſ.comple
42 xus.C.de legib. Quinimmo † non debemus diſtinguere pactū, quod ſimpliciter loquitur. l. in conuentionalibus.ff.de verb.oblig.l.quicquid aſtringendæ.eod.tit.

¶Non obſtat, q; ratio de qua in d. c.1.ceſſet ſtante cōſtitutione, cum fœmina non ſit inhabilis & excluſa. Quoniam reſpondetur, quòd quantumuis non ſit inhabilis ad ſuccedendum, tamen maſculus ei præfertur fauore agnationis, quæ ratio fuit conſiderata in pacto &
43 conceſſione: ideo † licet ceſſet vna ratio, alia tamen remanet.d.§.affinitatis.Inſtit.de nupt.& quoniam hæc interpretatio eſt fauorabilis debet latè accipi & ampliari, vt ꝓbat in his terminis Loffr. in dicto conſ.14.col.5.loquens etiā in filia.

¶Non obſtat, q; pactum factum in Regno debet recipere interpretationem à conſtitutionib.Regni. Quoniam reſpondetur, debere in
44 primis † conſiderari, quid actum eſt anteaquàm iuris ſeu conſtitutionis ratio habeatur, l. ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iuris. ſed quid actum ſit ex verbis cognoſcendum eſt, vt declarat Dec. in d. l.ſemper. l.ſiquis ſtipulatus ſit Stichum, ff.de verb.oblig.l.fideiuſſores magiſtratuum, ff.de fideiuſſor. l.fin. C.commun.vtri.iudi.l.ſi ita ſtipulatus. §.Griſogonus.ff.de verbor.oblig.Sed ex verbis, de quibus in d. c. his deficientibus. apparet Principem concedentem, atq; recipientem feudum non perſtitiſſe

in puris

in puris terminis, quæ conſtitutione cõprehenduntur (vt ſuprà conſiderabam) ſed exceſſiſſe fines huius conſtitutionis, vetuſtiori iuri adhærendo, ac fauendo agnationi, dum dicitur, maſculis deficientibus. Ergo neceſſe videtur, vt di-
45 camus † non debere ex conſtitutione interpretationem fieri, quæ eſſet contraria verbis expreſſis inueſtituræ. d. l. in his quæ contra. ff. de legi. dicit Rom. in conſi. 494.
46 ꝙ † tenor inueſtituræ præponderat naturæ feudorũ. l. iij. C. de inutil. ſtipul. c. tenor. de priuil. l. ſancimus. C. de fideiuſſ. cum ſim. Et iſta ratio cõſeruandæ agnationis, quæ eſt fauorabilis, debet haberi ꝓ expreſſa, argu. l. quoties. ibi glo. C. de fideicommiſſ. notat. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. Loffredus latè in d. conſi. 14. col. 4. Ideo ſi di-
47 ceremus, ꝙ † pactum & conceſſio recipit interpretationem à conſtitutione reſtringeretur fauor agnationis contra mentem agentium: l. non omnis. ff. ſi cert. pet. c. odia, de regu. iur. in 6. per quæ videtur confundi id, quod D. Loffre. dicit in d. conſil. 39. col. 8. dum vult, ꝙ iſta interpretatio eſſet iniqua, vt ſuprà dixi. ¶ Hæc breui compẽdio poſſunt aduerſus illam ſentẽtiam conſiderari, quam Andr. tenet: cuius, quoniam magna eſt auctori-
48 tas, omniſque † diffinitio in iure periculoſa eſt, neque me latet diſputando etiam his poſſe in aduerſum reſponderi, nõ decerno nũc, an ab illo in iudicij tutrina ſit recedendũ. ¶ Poſſet tamẽ ex hac qõne ex prædictis intelligi, an debeat aliquid operari conceſſio & pactũ appoſitum in inueſtitura, pro ſe ſuiſq; hæredibus vtriuſque ſexus. Nam de iure feudorum, ſecũdum communem concluſionem, ſuccedũt ordine ſucceſſiuo, per dictum cap. 1. de eo qui ſibi & hære. d. c. 1. §. quinetiam. Epiſcop. vel Abba. Bald. in d. conſ. 1. & Curt. in 3. par. ſui tracta. circa princip. 17. limita.
49 Vnde, vt † aliquid operetur pactũ, d. l. ſi quando. de lega. 1. videtur in fauorem fœminarum extendi ſucceſſio, etiam non ordine ſucceſſiuo, ſed ſimultaneo; ſicut quando dictum eſt, ꝙ maſculi cum fœminis ſuccedant, ſecundum Bal. in d. l. quoties. C. de ſuis & legi. & Curt. in præalleg. loc. Socin. in l. in his. ff. de condi. & demonſtr. Sed certè hoc caſu videtur exprimi illud, qđ tacitè ineſt, vt nihil operet̃. d. l. iij. ff. de lega. 1. Cum per iſtam conſtitutionem etiam vocẽtur fęminæ, niſi aliter de mente conſtaret, vt dicit Andr. in præced. quæſtione.
50 Item † quid operetur verbum hæredibus, in conceſſionibus poſitũ, cum illud tacitè inſit. l. ſi pactum. ff. de probat. Andr. in c. Imperialẽ. in princ. de prohib. feud. alien. per Federi. in c. 1. §. huius autem generis, ex quib. cau. feud. amitta. Item an aliquid operentur illa verba,
51 † Quam inueſtituram, vim, robur & efficaciam veræ traditionis habere volumus, cum per ſolum priuilegium, ſeu cõceſſionem videat̃ tranſ-

transferri dominium, ſicuti per veram traditionem. Bald. in prælud. feu. col. 10. & in l. ij. col. 3. C. de leg. Andr. & Bald. in c. 2. de no. for. fidelit. Iaſ. in l. quoties. col. 3. C. de rei vind. de quo tamē plenius Luc. de Penn. qui dixit veritatem in l. prædia. C. de loca. prædio. lib. 11. & idem Iaſ. in d. l. quoties. 12. limit. & D. Matth. in c. 1. de no. for. fidel.

52 Item † quid operentur illa verba, cum poteſtate alienādi, Regio aſſenſu & beneplacito interueniēte, cum hoc iam tacitè inſit, vt cum aſſenſu liceat alienare, vt in conſt. conſtitutionem diuæ memoriç. & in d. cap. Imperialem. cum ſimil.

53 Item † an nihil operentur illa verba, Fidelitate tamen Regia ſemper ſalua, cum tacitè inſit, vt in c. 1. ex quib. cau. feud. amitt. & in cap. 1. de noua for. fidel. cum vulgar. not. D. Matth. in deciſ. 282. in fi. vel excludat forte venientem ex pacto & prouidētia propter infidelitatem acceptoris vel alterius qui ſuccedit, vt aliquid operentur. Fuit hoc diſcuſſu in cauſa Comitis Murconi. Item quòd poſſit operari clauſula,

54 quæ in aſſenſu ſolet aſcribi, † quò ad expreſſa tantum, cum aſſenſus qui eſt ſtricti iuris ad non expreſſa non trahatur, d. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. Griſogonus. eo. tit. in d. c. Imperialem. in princ. per And. & Moder. & ſic tacitè ineſt, an excludat ea quæ tacitè comprehenduntur, & ſolita ſunt apponi in inſtrumentis, cum non ſint expreſſa.

55 fuit iudicatum ꝙ non. Item † quid proſit ea clauſula, iuribus alienis ſemper ſaluis, cum & hoc ſubintelligatur. l. Labeo. §. 1. ff. famil. erci. in l. j. Bald. & Iaſ. ff. de conſt. princ. Quæ quoniam ad hanc conſtitutionem non faciunt, libuit iuxta prædictam quæſtionem lectorem admonuiſſe, & prætermittere alibi diſcutienda.

¶Poſtremò, quoniam hic dicitur, ſi fœminæ ſolæ ſint, ſuccedunt excluſis conſanguineis. Videndum eſt, num etiā ſi moniales ſint excludant conſanguineos in ſucceſſione feudi. Et videtur dicēdum, ꝙ excludantur conſanguinei per monialem. Probatur ex communi

56 concluſione, ꝙ † quando ſeruitiū poteſt fieri per ſubſtitutum clericus ſiue monacus ſuccedit in feudo, vt in c. 1. de mil. vaſal. qui arm. belli. & in c. 1. de benefi. fœm. §. fin. Oldr. Cyn. Salic. & Iaſ. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. in l. quiſquis. C. de Epiſcop. & cler. Io. And. in addit. Spec. in tit. de ſtat. mona. §. 1. verſ. 45. Docto. in c. in præſentia. de proba. Alex. conſi. 10. vol. 5. Curt. in d. tract. 3. part. q. 10. Iacob. in ſuo tract. feudo. in verſ. & quibuſcunque hæredibus, circa fin. & ita refert Capic. fuiſſe iudicatū in cōſilio in cauſa Andreæ Mormilis, ſed quando feudum poteſt trāſire in fœminam, & fœmina ſeruit per ſubſtitutum & ſeruire poteſt, vt dicit Specul. in titu. de feud. §. quoniam. verſ. 21. & ibi Ioan. And. ergo quādo feudum poteſt trāſire

ad

ad fœminas, ſuccedet monialis ſeu monaſterium ex eius perſona: ex quo etiam non monialis ſuccederet & ſeruire deberet tãtummodo per ſubſtitutum. Et per iſtud fundamentum non videtur neceſſaria ponderatio, quam facit Alex. in d. conſi. 10. ex opin. Oldra. in d. auth. ingreſsi, ꝙ illa monialis ante ingreſſum monaſterij habuerat feudum & iurauerat fidelitatem. Nam ſi feudum poterat tranſire ad fœminas, trãſibit etiam ad illam, quę tempore delatæ ſucceſsionis erat monialis, ſeu ad monaſterium ex eius perſona, cum non reſiſteret alia ratio quàm ea, quæ repelleret ipſam etiam in ſeculo manentem, quæ etiam ſublata erat. ¶ Contrariam ſententiã probat hic D. Matthe. & in deciſ. 220. quem ſimpliciter ſequitur Pariſius in d. c. in pręſentia. & D. Loffre. in ſua paraphr. in c. ſi clericus. ſi de feud. defunct. milit. & mouetur D. Matth. ꝙ per conſtitutiones iſtas diſpenſatur, vt fœmina ſuccedat, non vt ſuccedat
57 monialis, & † diſpenſatio facta in vno, nõ extenditur ad aliud. Cum ergo iſta ſit fœmina, item monialis, non cenſebitur ad ſuccedendũ habilis: quia duplici defectu laborat, vt per ipſum. Et reſpondet ad conſilium Alex. ꝙ ibi fęmina non ſuccedebat virtute diſpenſationis alicuius ſuperioris, qui potuiſſet diſpenſare contra ius, ſed virtute pacti appoſiti in inueſtitura. Præterea, illud feudum erat eccleſiaſticum, nimirum ſi poteſt tranſire
58 in monaſterium, quia † à primordio tituli, vt in l. j. C. de impo. lucrati. deſcri. ¶ Sed tenendo priorẽ opinionem poteſt reſpõderi obiectis per D. Matth. Et primò, quòd iſtud præſuppoſitum, fœminã ex conſtitutione ſuccedere per diſpoſitionem non ſit verum. Nam dato & non conceſſo, ꝙ iſtæ conſtitutiones de nouo inducerent fœminarum ſucceſsionem cõtra ius feudorum, tamen ipſæ faciunt ius commune in Regno, vt dicit Andre. in d. c. 1. in fi. de eo qui ſibi & hæred. & probatur per conſtitu. vt vniuerſis. & conſtitutionem puritatem. & habetur per Andr. in pę. iſtarum conſtitutionum. Sicut ergo vna lex, quæ eſt alteri legi contraria & abrogatoria non dicetur diſpenſare; ita nec videtur, ꝙ conſtitutio quæ tollit conſuetudinem feudorum excludentem fœminas dicatur diſpenſare: patet hoc in l. meminimus. C. de legi. hæred. vbi eſt ſublata differentia emancipationis & patriæ poteſtatis; nec dicetur diſpenſatio: itẽ ſublatæ ſunt pœnæ ſecundò nubentium. 2. q. 3. Euthemium. glo. in l. 1. in fi. C. de ſecund. nup. Nec ex hoc quiſquam dicet diſpenſatum vt nubat, item viles perſonæ, de quib. in l. j. C. de natural. lib. non poterant contrahere cum poſitis in dignitate matrimonium, quod per authen. ibi poſitam, inci. Sed nouo iure, permittitur. & tamen non dicam eſſe diſpẽſationem, ſed noui iuris prouiſionem, & huiuſmodi mille exẽpla,

pla, toto iure ciuili & Pontificio
59 paſſim ſcatet. Aliud † enim videtur ius corrigere vel conſuetudinem tolli per legem nouam, & aliud habilitare certam perſonam trahẽdo ius ad illam, remanẽte aliàs iure in ſuo eſſe, quoniam tunc eſt diſpenſare, vt in ſim. no. in c. 1. & 2. de fil. presbyt. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iud. in c. per venerabilem, qui fil. ſint leg. Dec. in d. l. pactũ q̃d dotali. C. de colla. & in conſ. 258. & declarat Lud. Sard. in tract. legit. in legitimatione per reſcriptum. q. 3. de effectu legit. q. 1. & 2. Sed in Regno nõ habet locum conſuetudo feudalis per legem Regni, quæ facit ius non autem habilitauit ſpecialiter certam perſonam. Ex quo infero, ꝙ potius in caſu particulari, quãdo eſſet datum feudum alicui fœminę extra ius cõſtitutionis diceretur diſpẽſatum, vt dicebam ſuprà in euidẽtialibus in 1. quæſt. quàm ꝙ per legem dicatur facta diſpẽſatio, prout D. Matth. cõſiderat aduerſus priorem opinionem, quia primo caſu relaxatur ius commune: In ſecũdo caſu tollitur, ſed
60 † diſpẽſatio eſt relaxatio iuris communis, non abſolutè correctio cõſiderata ampliore iuriſdictione diſponẽtis in ſuo Regno, glo. in §. niſi rigor. 1. quæſtio. 7. licet in plus aliquãdo ſe habeat diſpenſatio q̃ correctio, ſecũdum Anto. de Butr. & Innoc. in clem. 2. de reſcript. Dec. in d. §. de adulterijs. colu. 10. Ex quorum dictis apparet diuerſum eſſe, corrigere legem ſeu tollere diſpẽſatione aduerſus legem. Secundò reſpondetur, poſito ꝙ per conſtitutionem fieret diſpenſatio
61 † eſſet gratioſa diſpẽſatio, quæ debet latiſſimè interpretari, & extenditur de caſu ad caſum. Ita tenet Abb. in d. §. de adulterijs. & in c. ad aures. de reſcr. Gem. in d. c. 1. de fil. presbyte. Dec. in d. §. de adulterijs. Tertiò reſpondetur, ꝙ in iſta conſtitutione eſt expreſſa ratio, ne accuſatores videantur, quæ ratio facit, ꝙ etiam diſpẽſatio ex identitate rationis comprehendat caſum non expreſſum; nam vt declarat
62 Dec. in d. §. de adulterijs, non † eſt extenſio, ſed propius intellectus qui reſultat ab expreſſa ratione, ſecundum Bald. in auth. poſt fratres. C. de legi. hær. Alex. in l. cũ mulier. 5. nota. ff. ſol. matrim. & in cõſ. 75. 1. col. vol. 5. Dec. in c. ſecũdò requiris. in prin. de appell. Iaſ. in l. 3. §. itẽ acquirimus. 8. not. de acqui. poſſ. & certè hoc caſu ſi non eſſet expreſſa huiuſmodi ratio, haberetur pro expreſſa, ſecundum gl. in d. l. quãuis. C. de fideicom. in ſimili Rom. in conſil. 411. Dec. in conſi. 188. & æquè ſubſiſtit in fœmina laica, ſi-
63 cuti & in moniali, ne † plus habeat luxuria quàm caſtitas, vt deducit Neapod. in conſuetu. ſiquis vel ſi qua. in verbo Proximiores. Bald. in conſi. 250. in 1. vol. & Andre. in fin. huius conſtitu. & Alberic. in d. tracta. artic. 6. & D. Matthe. in deciſ. 347. & ex his videtur, ꝙ fundamentum ſub ratione diſpenſationis apertè corruat.

¶ Non obſtat, q moniales tenetur duplici defectu; quia fœmina & monialis; nam immo vnus eſt defectus & vna ratio, quę excludit, ſcilicet impotētia ſeruitij, vt in d. c. 1. de milit. vaſal. in fi. Quæ ratio cum ſit ſublata per cōtrariam rationem, monialis debet cēſeri admiſſa, ſicut admittitur laica. Vni-
64 tas † enim rationis copulat in idē plura, quæ ab ipſa vna ratione reguntur. arg. l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. in l. in teſtamento. C. de teſtam. milit. l. in actionibus. ff. de his qui not. infam. Bart. in l. Sciæ. §. Gaio. ff. de fundo inſtruct. Aret. in conſi. vlt. col. pen. declarat Angel. de Aret. Inſtitu. de legit. patro. tutel. in glo. in verſic. iuſſit.

¶ Non obſtat poſtremò id quod aduerſus deciſionem Alex. conſiderat D. Matth. quòd feudum erat eccleſiaſticum, & in feudo eccleſiaſtico poſſit monialis ſuccedere, quia à principio tituli &c. Quoniā ratio, quæ excludit moniales, militat etiam in feudo eccleſiaſtico, & fortius ſtringit. Primò, vt eccleſia vaſallos habeat, qui poſſint eccleſiam tueri, & eidem deſeruire. argum. eorum quæ dicuntur in cap. decernimus. & cap. filijs. 16. quæſtio. vlt. in cap. querimoniam, de iure patrona. Secundò, quoniam minus debet præiudicari eccleſiæ quàm laicis. Patet ex magna prohibitione alienationis, vt in cap. nulli liceat. & per totum de rebus eccleſ. non alienan. Vnde ſi feudum laici non poteſt tranſire ad monaſterium, quia tranſiret ad manus mortuas, ſeu ſemper clauſas, vt not. in cap. 1. de prohibit. feud. alienat. per Lucam de Penn. in l. ſiquis. C. de diuerſ. præd. vrba. lib. 10. Multo fortius dicendum eſt in feudo Eccleſiaſtico. Et per hoc non videtur bonum argumentum, Eccleſia habet feudum; ergo concedendo alteri, tranſire poſſet in monaſterium contra leges feudorum, quibus etiam Eccleſia vtitur, prout Alexand. allegat in dicto conſil. 10. & in cap. 1. qui feud. dare poſſ. & in cap. 1. Epiſcop. vel Abbat. & faciunt ea, quæ dixi ſuprà in euidentia lib. Et tenendo priorem opinionem, quòd monialis ſuccedat, poſſet limitari vt habeat locum, quo ad durat vita ipſius monialis, per ea, quæ dicuntur in d. cap. in præſentia. de probatio. & per D. Matth. in dicto cap. 1. de milit. vaſall. qui arm. in ſecunda col. Et hoc videtur habere rationem, quoniam vtrique parti conſulitur, videlicet ipſi filiæ dum viuit, & agnatis vel Domino poſt illius mortem: &
65 † in dubijs illa opinio eſt tenenda, per quam vtrique parti conſulitur. l. prima. ff. ſiquis cauti. ibi, Vtrique litigatorum, & in l. ex his, ff. de his quæ in fraudem creditorum. ibi, Quia ea ratione nemo fraudatur. l. de die. ff. qui ſatiſdare cogan. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. aliàs iniquum eſſet, & contra intentionem Domini concedentis feudū, vt tranſeat in mona-

monaſteriũ perpetuò; quia nõ eſt hęres ſanguinis, ſeu deſcendens, ꝓ quibus videtur acceptũ, vt in c. 1. de benef.fratr.& in d.c.1. qui feud. dare poſſ. & de alienatione feudi, verſ.& ſi clientulus. & haberet dominus inuitus alium quàm quem velit vaſallum, quod non eſt dicẽdũ, vt in c.ſi duo fratres, de fratrib. de nou.benefi.inueſt. glo. in d.c.1. de benef.frat.in ver. Domino ſciẽte. Immo per cap.Regni, quod incip. Item ſtatuimus, ꝙ poſſeſſiones &res; in quo diſponitur, ꝙ quoties res aliquæ tenentur in aliquo Regiæ Curiæ, ꝙ non poſſint dari vel transferri in eccleſias: & ibi dicit glo. ꝙ per illud c.eſt correctum ius commune, de quo in l.fi.C.de exact.tributo.lib.10.per quod videtur dicendũ, ꝙ nec viuẽte moniali, mõnaſteriũ poſſet retinere feudũ, ex quo debetur adoha: & facit conſtit. Regni, incip.Hac edictali. Niſi dixerimus, ꝙ viuente ipſa moniali, non diceretur ad altũ deueniſſe q̃ ad filiam, & per filiam reti-
66 neri, quia † ingreſſus monaſterij nihil aufert, quo ad vtilia ipſi moniali, d.l.Deo nobis, ibi Bal.& dixi ſuprà in 2.no. & ſic tolleretur argumentum, in quo fundat D.Matth. in d. c.1.de milit. vaſal. qui arma-
67 bel.ꝙ † monaſterium eſt fictus filius: quia poſſet & deberet conſiderari perſona ipſius filiæ, ꝑ theoric. Bart. in l.iij.§.1.ff.de legat.præſtand. cui filię non cenſetur in aliquo præiudicatum, per ingreſſum monaſterij per prææallegata. ¶ Sed adhuc poſſet inſtari, ꝙ licet iuris feudorum diſpoſitio nõ repugnaret, tamen repugnat profeſſio voti perpetuę paupertatis, & regula ſub qua viuit, per quã in pſona ipſius filiæ non poteſt dominium, aut ius aliquod, vel momento perſiſtere.12.q.1.c.non dicatis. & 27.q.1.c. monaco.& dicit gl.in c.monachi. in verb. Adminiſtrationẽ. de ſtatu
68 monac. ꝙ † abdicatio proprietatis eſt de ſubſtãtia monacatus, & ideo Papa non poſſet in eo diſpenſare, ſicut nec in continentia, vt in c.cũ ad monaſteriũ.eo.tit.& in c.dudũ. de conuer.coniuga. aliàs non eſſet monachus. Et ideo dicebat Vincẽ-
69 tius, ꝙ † Papa poteſt facere de monaco non monacũ, ſed non poteſt facere, ꝙ ſit monacus habens proprium, in d.c.cum ad monaſteriũ, in ver. Abdicatio. & facit in ſimili text. in l.placet.ff.de acquir.hæred. not.in l.cum filio.ff.de legat.1.& hoc videtur ſentire Ioan. Licirier. in tracta.primogenitur.lib.3. ideo in caſu, quo monaſterio aliquid
70 acquiritur ex perſona monaci † immediatè dicitur acquiri monaſterio, vt not.in d. c.in præſentia. de prob.& per Soc.in conſ.245.vol.2. In monaſterium verò ſimiliter eſt dicendum, ꝙ non trãſeat in vita, ea ratione qua nõ tranſit ꝑpetuò: quia non eſt in inueſtitura cõpre-
71 henſum. Et † ſicuti commutatio feudi de perſona ad perſonã ſine aſſenſu non tenet, vt in cõſt.conſtitutionẽ diuæ memorię. ita refutatio in eũ qui non eſt proximè ſuc-

ceſſurus non tenet: quia eſt alienatio. c. 1. de alien. feud. pater. Ita hic tranſitus de perſona filiæ ad monaſterium non debet fieri poſſe ét temporaliter abſq; ſpeciali priuilegio & legis permiſſu. Poſſet tamē reſponderi, ꝙ iſta acquiſitio & cōmutatio fiat ex legis diſpoſitione, d. auth. ingreſſi. & in d. c. in pręſentia. cum ſimil. in qua locum non habet prouiſio dictæ diſpoſitionis, conſt. cōſtitutionem diuę memoriæ, per ea quæ dicuntur in cōſtit. Regni. ſiquis poſt litem. de neceſſa. alien. & per Andr. in d. c. 1. §. quid ergo de inueſt. de re alie. fact. & in auth. res quæ. C. comm. de le. & in l. filiusfamilias. in §. diui. ff. de leg. 1. l. ſi ita. §. ea lege. per Iaſ. & Cuman. ff. de verb. obliga. Bart. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. & in l. conditionibus. ibi, Nō obligat minor ſi lex. ff. de condi. & demonſtr. & de legali diſpoſitione tranſlatiua bonorum, & alienatione tradit Alberic. de Roſat. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. Specu. in tit. de ſtat. monach. §. 1. Docto. in cap. in præſentia. de probat. Dec. in conſi. 86. col. 5. Et quia per legem feudorum non reperitur prohibita iſta acquiſitio, & commutatio ex perſona monialis in monaſteriū, ceſſante ratione ſeruitij, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris ciuilis & Canonici, vt not. in d. c. 1. qui feud. dare poſſ. & in d. c. 1. de feud. cog. & maximè per rationem d. l. Deo nobis. Et propterea, ſicuti in cæteris bonis ex perſona monialis monaſterium ſuccedit, ita etiam in bonis feudalibus; quia eſt legalis quędā & neceſſaria acquiſitio, maximè cùm ſit temporalis, ideſt viuente feudataria. c. 1. §. quid ergo. de inueſti. de re alien. fact. cum ſimilib.

72 Neq; † voti profeſſio impedit ſucceſſionem ad effectum, vt quærat monaſterio: quia inhabilitas videtur reſpectu ſuæ locupletationis, & vtilitatis, non ſimpliciter, ſicut

73 in ſimili. Qui † non poteſt per ſe hęreditatem capere, erit tamen habilis vt adeat & reſtituat alteri. l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Trebell.

74 Et † fratres Mendicantes ſunt incapaces bonorum immobilium, capere tamen poſſunt vt vendant, vt in c. 1. in gl. in ver. Domū. de relig. dom. in 6. & in ſimili arguit & conſiderat Dec. in c. poſt ceſſionē.

75 in fi. de prob. & † ſufficit habilitas reſpectu eius cui aliquid acquirendum eſt, etiam ſi quæratur ex diſpoſitione legis, vt declarat Aret. in d. l. Gallus. §. ꝙ ſi is. & latè Soci. in conſ. 241. col. 14. in fi. vol. 2. ¶ Pēdet igitur tota reſolutio à ratione, qua monacus ſuccedere ſeu habere feudū prohibetur. Nā ſi ea eſt, quia gerere officiū nō debet, vt dr̄ in d. c. 1. & declarat Raph. Fulgo. in d. auth. ingreſſi. & Cur. in d. trac. q. x. col. 6. Abſq; dubio, cū in Regno fęmina poſſit non gerere officium, oportet aſſerere etiam monialem à feudi ſucceſsione non repelli, nec monaſterium repellitur, nā filia viuēs operatur vt ſuccedat monaſteriū, quod aliàs ſuccedere nequiret.

Nam

76 Nam verior videtur opinio, quod perſona monaci ſeu monialis ſit cauſa mediata ſuccedendi, vt per Soc. & alios in l.j. ff.de vulg.& pupilla. Io.de Imol.in l. ſi patet.ff.de hære. inſt.& Soc. in conſ.52.col.fi.vol.4. & ſic ea mediante retineat, quod ipſa filia retinere nequiret, repugnante regula & profeſſione, vt dixi.l.pater filium. ff.de inoff. teſt. faciunt quæ dicuntur in l. Statius Florus.§.Cornelio Felici,de iu.fiſci & in c.1.ſi vaſal.feud.priuet.& ita in emphyteuſi ac vſufructu & bonis prohibitis alienari, vt durante vita tranſeat in monaſterium, tenet Abb.in d.c.in præſentia.de probat.ibi optimè D. Pariſ.& probat Ang.de Peru.in l.ea lege.col.3. in fin. C.de condi. ob cau.& latè Iaſ. in l.ſi ita.§.ea lege. ff.de verb. obli.

77 Multa † quoque conceduntur aut fiunt ex perſona alterius & ratione adiuncti, quæ ex propria minimè concederentur, aut fierent.d.l. qui in aliena.§.interdum. ibi not. ff. de acquir.hære. glo.in c.vnic.in fin. de iurepatro.in 6.l.ſi communem.ff.quemadm.ſeruit.amitt.l.ſi aliena.§.1.ff.de vſucap.Feli. in rub. de offi.delega.& facit quod inquit Bald.in l.cum oportet. C.de bonis

78 quæ lib. Quòd † pater habet vſufructum in feudo filij, ſiquid dici poteſt non caſtrenſe vel quaſi. Et poteſt ratio aſſignari, non acquiritur ex diſpoſitione legis, & eſt legalis tranſlatio (vt ſuprà dixi) neq; lex feudorum repugnat: tūc enim appellatione bonorū non veniunt feudalia, quando alio iure cenſentur, quàm allodialia, vt in alienatione & ſimilibus. c.in generali, ſi de feud.defunct.milit. conten. ſit. per Alex. & alios in l.ſi patroni. ff. ad Treb.declarat Bellame. in conſil.17.col.3.in medio.l.j.C.quæ res pigno.obli.non poſſ. d.l.doli clauſula.ff.de verbor.obligat. Et licet contra hanc opinionem Bald. dicat D.Matthe. in c.1. de fratrib.de nouo benefi.inueſt. in 5.col.verſi. ſed mihi, quod non dicitur feudum, niſi quod poſſidet recipiat vſufructū, allegat tex.in cap.1. ex quibus cau. feud.amitt.Ita quod ſi filius recolligeret fructus & daret patri, non tribueret ſibi beneficium ſed onus; & ſic non conueniret cum diffinitione feudi, de qua in d.c.1.ex quib. cau. & per Bald. & Iaſo.in prælud. feudorum. Mihi tamen videtur, quòd talis impugnatio non procedat; nam poterit quis poſſidere feudum & erit feudum, & tamen non lucrabitur fructus, nec percipiet eos. tex. eſt ſingularis in capit.1. de feud. vbi feudum pignoratum Domino per vaſallum, eſt feudum, vt ibi patet, & poſſidetur per vaſallum quò ad ea quæ reſpiciunt vtile dominium, vt declarat glo. & ibi Doctor. in l.cum notiſſimi. §.1. C.de præſcriptio. trigin. annorum. Alexand. poſt alios in l.j.§.per ſeruum, lo ſecondo. ff.de acquiren. poſſeſſione. vbi decla-

79 rat, an † creditor poſſideat pignus, vel debitor, in l. qui pignori: eodem titu.l.j.C.de pignor.actione.

l.per ſeruum.ff.de acqui.rer.dom. l.ſciendum.§.creditor. ff.qui ſatiſda.cog.l.ſi duo. §.creditores. ff.vti poſſid.& tamen fructus colliguntur per dominum directum,& nõ computantur in ſortem, & illud cap. habui in punctis ordinarijs mei doctoratus anno 1525. Pręterea, poteſt ſtare illa definitio feudi, ſi talis dici poteſt, cũ verè ſit ſimplex deſcriptio in genere,licet fructus feudi alteri quærantur; quia reſpectu domini idem eſt, vt in d. c.1.ex quib.cau.feud.amitt.Reſpectu accipientis ſimiliter tribuit beneficium quò ad vtile dominium abſque fructibus ſub expectatione, ꝙ poſt mortem patris illos ſit habiturus: & cùm pater recipiat, idem, vel paulominus eſt beneficium, vt benè ſatisfieri poſſit illi deſcriptioni,vt in auth.de iureiur. à morien.præſt.in princ. Item pone, ꝙ pereant omnes fructus;ergo non erit feudum. Pone ꝙ ſit ſterile,aut ꝙ ſeparatis fructibus à ſolo, vel creditores, vel hoſtes inuadát, ergo non erit feudum? Certè non vera videtur huiuſmodi conſide-
80 ratio D. Matthei. ¶Non † obſtat, tex. in d.cap.1.ex quib.cau.§.huius autem generis.quoniam quatenus dicitur,vſufructum rei ad accipiẽtem pertinere, poteſt intelligi,niſi alius ſit, cui ex diſpoſitione legis quæratur,vt hoc caſu. arg. eorum quæ dicit Andr. in d. §.huius autẽ generis. Non enim ponitur pro forma ſeu ſubſtãtia feudi, vt vſuſfructus ſit apud accipientem, ſed ad conſtituendum differentiam, inter proprietatem,quæ apud dominum remanet, & ius quod ad
81 feudatarium tranſit, & † verbum, vſufructus,ibi capitur pro vtili dominio,vt per Andr.in §.rei.de inueſtit.de re alie.fac. & in d.§.huius autem generis. & per Iaſo.latè in pręlud.feud.col.10.& col.34.Sufficit ergo feudatarium eſſe vtilitci dominum quò ad ius,licet fructus nõ eſſent temporaliter ipſius: quia non eſt propriè vſufructus, vt in
82 præalleg.locis. Immo † eſſe poteſt feudum, licet nullum dominium, tranſiret etiam vtile, prout tangit Claud.in Specul. feud. tit.de feudi diff.col.8.& ſeq.in prin. Tanto fortius ꝙ dici poterit nõ vſufructum propriè, ſed quandam commoditatem acquiri,vt dicit glo.in dicta auth.idem eſt in fi. C.de bon.quæ lib. & ibi Docto.& firmat Cur.d. tract.3.part.q.4.ſecundæ part. Sed quoniam non eſt hic locus, vt veritatẽ opinionis Bal. inquiramus, ad propoſitam quęſtionẽ redeundo, videtur ꝙ ex prædictis fundetur opinio primo loco relata cum ſua limitatione, quam tãtomagis
83 ſequi debemus † quanto magis religioni fauet.l.ſunt perſonæ. ff.de relig. & ſumpt.fun. & ita in ſimili arguit Iacob.in d.§.cum autem.in fin.& hanc opinionem videtur ſequi D.Capic.in deci.10.& 31.licet, prædicta non diſcutiat. Et hanc opinionem ſentit de iure eſſe verã D. Loffre. licet dicat non potuiſſe obtinere, nec ego ꝓ moniali vidi iudi-

iudicatum. Non eſt tamen prętermittẽdum, quòd communis opinio, vt ſuccedat in feudo, quę poſſet ſeruire per ſubſtitutum, limi-
84 tari ac reſtringi debet, vt † locum non habeat in monialibus ac monaſterijs quæ etiam in communi aliquid habere nequeunt, vt in clemen. exiui. de verb. ſigni. per Bart. in tract. ſuo minoricarum. quoniã nec vendere poſſent, cum Rex aſſentire non teneretur; quia aſſenſus eſt gratia, niſi in caſibus, vt per Andr. & D. Matth. in conſti. ſiquis poſt litem. & faciunt ea quæ ſcribit Petr. de Belui. in ſuo Specul. rubri. 14. §. veniamus. in fi. & Neapo. in conſuetu. ſiquis vel ſiqua, verſ. proximiores. verſ. ſed quid ſi.

¶ Nunc videndum ſe offert pro complemento huius not. quoniã hic dicitur (ſi tantum fœminę ſint) vtrum ſi neptis ex filio prædefuncto ſuperſtes ſit, ſubingrediendo in locum patris, excludat filiam? Quam quæſtionem tangit hic D. Matth. col. 19. verſ. an autẽ. Et pro veritatis indagine illud præmittendum eſt pro firma quæſtione,
85 quod † filius locum patris ſubingrediatur. l. Gallus. §. videndum. ff. de liber. & poſthu. l. ij. C. de liber. pręter l. ſiquis filium. C. de inoffi. teſt. l. vt inteſtato. C. de ſuis & legiti. l. apud hoſtes, C. de ſuis & le. l. vnic.
86 C. de his qui ante aper. tab. Eſt † autem duplex modus ſuccedendi in locum patris. Primò fit ſuccedendo in locum & ius competens ex perſona patris, per tranſmiſſionẽ factã à patre. l. filium. §. fi. ff. de acq. hæred. l. fin. C. de hæred. inſtit. & illud quod obſtaret, & repelleret eum, in cuius locũ fit ſubingreſſio, obſtaret etiã & repelleret ſubingredientem. l. vindicantem. ff. de rei vindic. l. cum à matre. C. eo. tit. l. fin. ff. de euicti. l. venditrici. C. de reb. alien. not. in c. 1. qui ſucc. tene. & de iſto caſu non loquimur.

¶ Secundò fit ſuccedendo in locũ & gradum patris, cum iure illi cõpetenti, ex perſona tamẽ propria, per remotionem patris, in ſucceſſione tamen aui vel patrui carnalis, aut thij. d. l. ſiquis filio. de iniuſto rup. & in l. j. per tot. de ſuis & legit. cum ſimil. prout notabiliter declarat Bal. in l. pactum. col. pen. C. de collat. & in l. ſi auus. circa fin. C. de liber. præterit. & in l. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. patet exemplũ in d. l. vt inteſtato. C. de ſuis & legitim. & in authent. ceſſante. & in authen. poſt fratres. & ibi Doct. C. de legi. hær. & in §. reliquum. in auth. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & in §. cum filius. Inſt. eo. tit. & in d. l. ſi fratris. C. de iure deliber. ibi Corn. & declarat optimè Deci. in conſi. 1. per totũ. Alex. in conſi. 49. vol. 5. Iaſ. in l. ſi arrogator. ff. de adopt. Alex. in conſil. 4. vol. 4. & Neapod. in conſuet. ſi moriatur. in verſ. pro nepotibus. & in verſ. ex maſculis. & in cõſue. ſiquis vel ſiqua. in verſ. in ſtirpem. in fin. & in verſ. in infinitum. & in ver. alij deſcendentes. Licet D. Loffred. in ſua paraphr. in c. 1. de nat. ſucc. feud.

feud. reprehendat Neapo. Et hoc ſecundo caſu etiam ſi filius fuerit excluſus à ſucceſſione aui tempore quo moritur, nepos in ſui patris locum ingrediẽs ſuccedit auo, vt in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ, & in §.quid ſi is. probat Socin.in conſi.241.vol.2.vbi in col.16.in fi. ver.ſed contra. hoc declarat, quòd
87 † tunc dicitur ſuccedi ex perſona defuncti, quando illi defuncto iã viuenti ius quæſitum fuerat, ſeu delata hæreditas, vt dixi in primo caſu,& ſequitur Capic.in deciſ.21. col.2.vbi allegat. faciunt dicta per gl.in l.ſiquis poſthumos.§.1. ff.de libe.& poſth. in verbo Teſtamentum.in fi.in d.l.ſiquis filium.C.de inoffic.teſta.in d.l.fin. C.de euict. in ver.Perſona. l.Carbonianum.§. is qui.ff.de Carb.edic. l.diuus.ff.de iur. patro. Et in hoc ſecundo caſu
88 reſultat, ꝙ † is qui hæredem habere nequiuit, habet tamen ſucceſſorem ex legis diſpoſitione in gradum & locum ſuum, vt in deportato & alijs, de quibus in d. l.Gallus.& declarat Neapo.in præalleg. loc. & in ſimili de prælato ponit Bello.in conſil.12.col.5. in medio. Et propterea dicunt Moder. Regnicolæ in l.is poteſt. ff.de acquir.
89 hæred. ꝙ † nepos qui ſuccedit auo ſubingrediens locũ filij patris ſui, nõ ſuccedit ut filius, ſed vt nepos: quia ſi ſuccederet vt filius, nõ rumperet præteritus patre inſtituto: quia ſuccederet in inſtitutione; qđ argumentum mihi non placet: nã immo videtur, ꝙ nepos ſubingrediendo in locum filij, ſuccedat vt filius, reſpectu iurium quæ habet ex gradu patris, eiuſdemq; filij, licet ipſe alio gradu verè ſit, vt patet in d.l.vt inteſtato.& ex legis diſpoſitione nõ facto hominis, ꝑut in tranſmiſſione dicit Io. And. in
90 addi. Spec.in tit.de feud. ꝙ † non tranſmittitur illud quod non eſt delatum competens ex diſpoſitione teſtatoris, ſecus ſi competat ex diſpoſitione legis: quia tunc filius intrat locum patris, ſecundũ Bald. & Curt.in l.cum ita.§.in fideicom miſſo.de lega.2. Dec.in d.conſil. 1. ſequitur Ruin. in d.§.& quid ſi tãtum.col.63.poſt medium. & ideo videtur ꝙ in inſtitutione non ſuccedat, etiam ſi vt filius ſuccedat. Præterea alia ratione dicta conſequentia non tenet, quia cum nepos debeat nominatim inſtitui vel exhæredari.l.iij.§.1.ff.de iniuſt.rupto.l.ij.& fin. C.de liber.præter.& d.§.aliud quoq; capitulum, ſi ſufficeret patrem fuiſſe inſtitutũ, vel exhæredatum, non eſſet ſatisfactũ formæ traditę per legem: & ſuccedendo perderet ius rumpendi ſibi competẽs, verteretur; in odium fauor ſubingreſſionis, vt in l.vnũ, §.accedit.in fi. C.de bon.quæ libe. Ideo licet ſuccedat vt filius, non tamen tollitur ius rumpendi, cum verè ipſe nepos inſtitutus non fue
91 rit, & † in inſtitutione non fit extenſio de perſona ad perſonam, etiam à patre in filium.l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſthu.& probat Soci.in conſi.77.vol.3.& iſtud ius

ius ſubingreſsionis habet locum etiam in feudis. c.1.de ſucceſ.feud. quia contrarium ſtatutum non reperitur; & ideo nepos excludit patruum, vt nouiſsimè fuit iudicatũ in cauſa Don Scipionis Caietani, & habet locum etiam de iure Longobardo, vt in l.ſiquis habuerit.in Longo. quod eſt notandum; cum
92 † ſecũdum aliquos de illo iure patria poteſtas non conſideretur, vt per Caro.in d.l.ſiquis habuerit.ſicut nec etiam de iure Francorum, vt dicit Andr.de Baru.in tit.de patria poteſt.in Longob.& not.Inſt. de patria poteſt.in prin. & ratione ſubingreſsionis filij fratrũ in feudo diuiduo ſuccedunt in ſtirpem & non in capita, tanquàm ſuccedentes in locum patris. ita tenet Andr. de Iſer.in c.1.de grad.ſucce. in feud.Bald.in c. 1.Imperator Lothar.Areti.in conſi.153. & Alex.in conſi.55. vol.4. licet videatur magis contrarium Andr.Sicul. quàm Alex.& hanc opinionem dicit eſſe communem Curt.in d.trac.3.par. q.4.& 9.tertiæ partis. Et licet filius ſuccedat in locum & gradum patris, atque exinde conſequatur iura paterna. l. qui in alterius. ff. de regul.iur.l.cum hæredes.ff.de acq. poſſ. Hoc tamen non adeo verum eſt, vt in eum tranſeant omnia iura, quæ perſonam patris reſpiciũt, & ad ipſius perſonam limitantur, prout declarat Bart.in l.pater.ff.de ſeruit. leg.in l.qui in futurum. §.ſi ex altera. ff.de pact.& in l.iuriſgentium.§.pactorum.eod. tit.glo. & Doc.in l.in omnibus. & in l.Neratius.ff.de regu.iur.glo.& Docto.in l.iij. §.quod autem. ff.quod quiſq; iur. in l.pecoris. ff. de ſeruit.ruſtic. præd. in l. cum ita datur. & in l. ſi expreſſum.ff.de cond.& demonſt. & in l.tale pactum. ff.de pact.& in l.quia tale.ff.ſol.matr.per Rui.poſt alios in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ. Petr. de Anch.in reg.priuilegium. col.3.de regu.iur.in 6.Neap.in cõſuet.ſiquis vel ſiqua.in ver.Præterquam. Bald.in l.fi.C.de indi.vidu.
93 toll.vbi dicit, ꝙ † anima & corpus non tranſmittuntur ad hæredes. l.j.§.ne autem.C.de cad.toll. Quia
94 † ea quæ habẽt ſe determinato modo ad pręfixam perſonã non poſſunt, ſalua propria natura, tranſmitti; allegat.l.ſi vſufructus. ff.de
95 nouat. patet in poſſeſsione, † quæ patris animo & corpore retinetur. l.j.ff.de acqui.poſſ.non tranſit in filium aut hæredem. d. l.cum hæ-
96 redes: Immunitas † conceſſa intuitu perſonæ non tranſit in filium l.j.§.1. de iur.immu. quod limitat Paul.de Caſtr. in l.quia tale. ff. ſol. matr.& Iaſ.in l.j.ff.de conſt.princ. declarant D. dę Rot. in deciſ. 876. in antiquis. glo.in clem. religioſi. in ver. colendos. de decim. ſicuti
97 † priuilegium conceſſum Regi nõ tranſit in filium, vt in c.ne aliqui. ibi glo.de priuil.in 6. ſed Lapus & Petr.de Anch. tenent contrarium, de quo per Philip. de Peru. in d.c.
98 ne aliqui. Compromiſſum † ſeu arbitrium non tranſit in filium, l. diem proferre. §.1. ff.de arbitr. l.ſi inter-

interpellati.in fi.eo.tit.gl.in l.ſi pa-
ctum. ff. de prob.no.in l.ſiquis ar-
bitratu.ff.de verb.oblig. Abb.in c.
ex parte.& in c.fi.de arbit. Vſufru-
99 ctus † non tranſit in filium, licet
in locum patris ſuccedat; quia re-
ſpicit patris perſonam.l.corruptio-
nem.& l.antiquitas.C.de vſufru.§.
finitur. Inſtitu.de vſufr.l.iij.§.fi.ff.
eod.niſi ſit expreſsè dictum de hæ-
rede, & intelligitur de primo, d.l.
antiquitas. Bald.in l.fi.in 6.oppo.
C.de hære.inſt.not.in l.vſufructu.
ff. ſol.matri.in l.ſiquis vſufructus.
100 ff. de vſufr.leg. Officia † perſonæ
conceſſa per ſubingreſsionem fi-
lius non acquirit. l.tutela. ff.de tu-
tel.Bal.in c.cum veniſſent.de iudi.
101 vbi voluit, ꝙ † non poteſt filius
implere tempus officij patre mor-
tuo; quod ſequitur Alexan.in d.l.
quia tale.ff.ſolu.matr. & Dec.in d.
102 regul.in omnibus.Beneficiũ† re-
ſtitutionis in integrum cõceſſum
minori 18.annis per conſt. Regni,
incip.Obſcuritatem,& conſt.inci.
Minoribus, nõ datur filio ſubin-
grediẽti in locum patris, vt ꝑ An-
dre.ibi. Niſi læſio eſſet cauſata in
vita, & ex perſona patris daretur,
vt in l.Æmilius.ff.de min.Neceſsi-
103 tas† ex obligatione antidotali re-
munerandi ſeruitia facta patri nõ
trãſit in filium. Bart.in l.ambitio-
ſa, ff.de decret.ab ordi.recit. Deci.
104 cõſil. 370. Fideiuſsio † de iudicio
ſiſti, non aſtringit perſonam filij
ſuccedẽtis in locum patris, Bar. in
l.ſi deceſſerit. ff qui ſatiſd.cog.vbi
dicit, ꝙ obligatio de ſiſtẽdo con-
cernit certam perſonã, qua extin-
cta finitur. l.ſancimus. C. de fide-
iuſſ.l.ſi ex legati cauſa.ff. de verbo.
oblig. not. Iaſ.in d.l.ſi deceſſerit.
105 verſ.ex iſto. Vinculũ † iuramenti
ad periurium nõ aſtringit filium
ſuccedẽtem in locum patris, licet
vinculum obligationis ad obſer-
uãtiam contractus tranſeat, nota.
in c.veritatis. de iureiur.in c.cum
cõtingat.eod.tit.in auth.ſacramẽ-
ta puberum. C.ſi aduerſ.vend. Fi-
106 cta† cõfeſsio,quæ reſultat ex mẽ-
te defuncti, non aſtringit filiũ ſuc-
cedẽtem. l.ei qui delatorem. ff.de
iur.fiſci. Bald.in l.ij.col.pen.C.de
107 eden. Pœnæ † regulariter ex deli-
cto aut vitio defuncti nõ tranſeũt
in filium ſucceſſorem.l.vnic. C.ne
ex delict. defun. not.in l.ij. §.pen.
ff.quod quiſque iur. per Bar.in l.j.
ff. de priuat.delic. per Bal.in l.exe-
cutorem.col.fi.C.de execu.rei iud.
Inno.in c.verum.de foro compet.
Bal.in l.litigatorum. C.de fructib.
& lit.expẽ.& in l. vitia.C.de acqui.
poſſ.glo.in l.quod in his.ff.de reg.
iur.Alex.in conſ.39.2.vol. Facultas
108 † eligẽdi non tranſit, ſecundum
Barto.& alios in l.ſi ſtipulatus fue-
rim,ff.de verb.oblig. declarat glo.
Pariſ.in cõſuet. tit.1. §.10. quæſt.1.
109 Fideicommiſſum † conditionale
fauore certæ perſonæ, non inclu-
dit filium,quando aliter ex mente
nõ conſtaret.l.vnica.§.ſin autem,
C.de cadu.toll.in l.ſed & ſi plures.
de vulg.& pupill.Bald.in l.vnica,
C.vt actio. ab hær.& cõtra hęr.in.
d.l.vniç.C.de his qui ante ap. tab.

Soc.

Soci.in conſ.6.col.3. Dec.in cōſ.1.
& fuit ita declaratum in fauorem
Don Ferdinandi Caietani contra
Don Scipionem, ꝙ in fideicom-
miſſo Comitis fundorum nō ex-
cluderetur patruus à nepote per
110 ſubingreſſionem, facultas † decla
randi mentem & animum regu-
lariter non tranſit in filium: quia
animus vnius non eſt animus al-
terius, per Bar. in l. edita. C. de edē.
in l. inter ſtipulantem. §. 1. de verb.
oblig. Tamen fuit iudicatum in ſa
cro conſilio, in cauſa Perotti Con
te, ꝙ hæres poteſt declarare fuiſſe
animum defuncti adire hæredita-
tem alterius ex his quę geſſit, ſecū-
dum Bar. in l. gerit. ff. de acqui. hę-
red. ad euitandum, ne hæreditas
non adita non tranſmittatur. l. iij.
§. acquirere. ff. de bon. poſ. l. eman-
111 cipata. C. qui admi. Qualitas † exer
citij aut artificij perſonalis non
tranſit in filium, declarat Fulgo. in
112 conſ. 156. vbi allegat. Facultas † iu-
randi de his quę conſiſtūt in con-
ſcientia patris, non datur filio ſi-
cut patri. in l. generaliter. C. de reb.
cred. in l. fin. ff. ne quis eum qui in
ius voc. vbi Rom. Alex. & Iaſ. quia
(vt ſuprà dixi) cōſcientia vnius nō
eſt conſcientia alterius. Et poſſunt
alia colligi, quæ breuitatis gratia
non recenſeo. ¶ His itaque præſup
poſitis, videtur poſſe determinari,
ꝙ neptis ex filio prædefuncto in
ſucceſſione aui præferri nō debeat
filiæ defuncti ad illā excludēdam:
quia cum filia ſit vocata ad ſucceſ-
ſionem, licet ſit conceſſa facultas
maſculo ipſam excludendi, intui-
tū & ex prærogatiua ſexus maſcu
lini, tamen huius ſexus nō eſt iſta
neptis. Ergo ſequitur ꝙ filia non
113 excludetur à nepte, † à ceſſante ra-
tione & cauſa excluſionis. c. cum
ceſſante. de appellar. cum vulg. &
114 † limitata cauſa limitatum effe-
ctum parit. l. in agris. ff. de acquir.
rer. domi. & per ſubingreſſionem
in locum & gradum patris nō ac-
quiruntur ea quę ſunt omnino ꝑ-
ſonalia, vt eſſe maſculum, & ratio
maſculini ſexus, quæ propriè per-
ſonæ patris competunt per ea quę
proximè dicta ſunt. Nec ſunt an-
tecedens & conſequens neceſſaria,
ſuccedit in eundem locū & gradū
patris, ergo excludit: arg. eorū quæ
dicuntur de emancipato, qui loco
ſuorum eſt, non tamē impugnat,
quòd tuus potuiſſet, in l. meminе-
rint. C. de legi. hæred. per Rui. poſt
alios in d. §. & quid ſi tātum. facit
in ſimili, quod dicit Bar. in l. is po-
115 teſt. ff. de acqui. hæred. ꝙ † poten-
tia ſuccedendi eſt ſeparata à filia-
tione, quem ſequitur ibi Paul: de
Caſtr. & ſequitur Soc. in conſi. in-
cip. Viſis inſtrumentis cōceſſionū.
col. 9. & 10. Et ꝙ iſta neptis non
poſſit excludere, ſicut pater eius
potuiſſet: quia filius potuiſſet, ꝓ-
batur ex his quæ dicit Bart. in l. li-
berorum. col. 4. ff. de verbo. ſignif.
116 † Quòd † quando in nepote non
reperitur eadem qualitas, quæ eſt
in filio, diſpoſitum in filio nō ha-
bet locum in nepote, not. in l. fin.
C. de natur. liber. & in l. j. C. de pri-
uileg.

uileg. dot. in l. fi. §. puellæ. ff. de ritu nupt. l. iubemus, ibi Bal. C. ad Trebell. Bald. & Cuma. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. & dicit Socin. in præallega. conſi. col. 3.
117 Quòd † licet tutela deferatur ſecundum ordinem ſucceſſionis, in authent. de hæred. ab inteſta. §. ex his, tamen ſi ſucceſſio deferatur filio per ſubintrationem in locum & gradum patris, non tamen tutela eſſet dada, ſi filius eſſet minor 25. annis: quia in eo non reperitur qualitas requiſita, l. fi. C. de legi. tut. & hęc opinio videtur poſſe confirmari, ex quo concordat cũ diſpoſitione iuris communis, authẽ. in ſucceſſione. C. de legit. hær. ita determinant in ſtatutis loquentibus de maſculis, Petr. de Anch. in c. 1. de conſtit. Fran. Curt. conſil. 9. Dec. in reg. fœminæ. ff. de reg. iur. Iaſ. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. in repet. col. 5. Corn. in conſil. 94. col. 2. & hanc opinionem in ſimili ſtatuto tenent Cyn. & Salice. in l. j. C. de adulte. Ange. in l. iij. §. emancipatus. ff. de contra tab. Bar.
118 in d. l. liberorum. quia † cui non congruunt verba legis ſeu ſtatuti, non conuenit eius diſpoſitio, vt per Bart. in l. fi. ff. ad Tertull. & hãc opinionem ſequitur etiam Socin. in præalleg. conſi. 152. in 4. & 9. col. & in conſi. 296. vol. 2. & idem Soc. in l. mulieri. in fi. ff. de cond. & demonſt. dum conſiderat ius tranſmiſſum, & Aret. in l. ſiquis poſthumos. §. 1. ff. de liber. & poſth. & ſentit Iaſ. in l. ſi arrogator. ff. de adop. qui diſputat quæſtionẽ diuerſam ab iſta; licet in fortioribus terminis, quando pater fuiſſet ſuperſtes, an ex ſuitate tranſmittatur hæreditas ad filiam. eandem opinionẽ videtur tenere Io. Fab. in §. cæterũ. Inſti. de legi. agnato. ſucc. & Io. Licirier. in c. inſtit. primogenituræ. lib. 2. q. 4. & ſecundum iſtam opinionem dicit D. Capic. fuiſſe deciſum in ſacro Regio cõſilio in deciſ. 21. non in terminis huius conſtitutionis, ſed in terminis cõſuet. Neapo. incip. ſiquis vel ſiqua.

¶ Contraria tamen opinio, ꝙ neptis ſuccedat in locum patris cum omnibus iuribus & qualitatibus, quæ patri competijſſent, ſi ſucceſſiſſet, probari videtur per tex. in §. cum filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer. & in §. poſthumorũ. Inſtitu. de exhæred. liber. l. poſthumorum. ff. de iniuſt. rupt. l. Gallus. §. videndum. ff. de liber. & poſthu. Inſt. de hæred. qualit. & diffe. §. ſui. l. ij. C. de liber. præteri. l. ſi hæreditas. ff. de teſtam. tutel. & in authen. quib. mod. natur. effi. coll. 6. l. Papinianus. §. proinde. ff. de inoffi. teſt. l. nepotes. C. de ſuis & legi. in auth. ceſſante. C. de legi. hæred. & hanc opinionem tãquàm veriorem in hoc Regno vidi ſemper receptam, nec quicquam faciunt deciſ. Capi. Nam Capic. loquitur in terminis conſuet. Neap. in linea trãſuerſali, & ſentit diuerſum eſſe in linea aſcendente, & idem ſentit in feudis indiuiduis. Grammat. verò loquitur in burgenſaticis, nulla facta

mentione

mentione Neapod.& aliorum,qui tenent contrarium; immo maximè fundat deciſionem in iur. Longobar.& tamen de iure Longobardo fœmina ſuccedit in locum patris,vt ſuprà dixi, ſecundum Caro. in l. ſiquis habuerit filios. & in l.ſi Longobardus.de ſucceſ.in Lõgob. & de feud. nullum verbum facit; idcirco dico in primis, ꝙ ſi ſumus in feudis indiuiduis, vt puta in feudis dignitatum,vel in quibus viuitur iure Francorum. Et non eſt dubium, ꝙ neptis ex filio excludit pa-
119 truum, fortius & amitam, † quia ſuccedit in ius primogenituræ,vt put tenet Petr.de Bellapertica in l.cum pater, in §.quindecim.ff.de lega.3. Bald.in l.in multis.ff.de ſtat.hom. refert Loffred.in conſil.39. & tenet idem Loffred.in conſi.14. in 3.dubio. Andre.de Iſern.in cap.1.de eo qui ſibi & hæred. & declarat gloſ. Pariſien.in dicto cap.1.§.8.quæſt.1. verſic. Ex quibus. & ſentit Capici. in deciſio.21.& ita fuit iudicatum in hoc Regno tempore Regis Ferdinandi I. in Baronia Senerchiæ, ſecundum Anton. de Raho in additio.ad Neapod.in conſuet.1.verſic.Ex maſculis. Nam ſicuti in viuentibus iure Frãcorum, filius primogeniti excludit patruum, ſecundum illam opinionem, ſecundum quam fuit ſemper iudicatum in hoc Regno, poſt ſententiam Regis Roberti,vt per Bald. in l.cum antiquioribus.C.de iure deliber. Lucas de Penn. in l.j. C. de priuileg. eor. qui in ſacr.Palat.lib.12. Andre.& alij in cap.1.Imperat.Lothar. probatur per Socin.in d.conſil.152. & Aretin.in conſi.163. licet in nepote non reperiatur qualitas primogenituræ, quæ erat in filio prædefuncto, ita & eodem modo neptis ex filio debet excludere amitam, licet qualitas maſculina non reperiatur in ea, niſi per repręſentationem, ita concludit glo.Pariſien.in d.conſuet. §.14. in 1.quæſtio. & in §.26.circa fi.vide Fulgo.in conſi.3. Et ſuper hoc reperiuntur declarationes factę per Reges Ludouicum & Ioannam in anno 1349. & Robertũ in anno 1360.vt refert D.Anton.de Raho in d.addi.Si verò ſumus in feudis diuiduis, ſeu in quibus viuitur iure Longobardo, idẽ omnino dicendum eſt per eaſdem rationes & auctoritates.Quia de iu-
120 re Longobardo,vt dixi, licet † fęmina per maſculũ excludatur, tamen ſuccedit patri nõ exiſtẽte maſculo &c.ideo habet ius ſubingreſſionis in locũ patris in ſucceſſione aui, ita clarè determinant Caro.de Tocco & And.de Baru. in d.l.ſiqs Longobardus. de ſucce.& Neap.in d.cõſuet.1.in ver.Ex maſculis.itaq; mirer Gramm.recitare pro ſua deciſ.ius Longobardũ,per quod eius deciſio confunditur & irritatur.

¶Nec obſtat illud,quod Capi. conſiderat in deciſ.21. ꝙ in indiuiduis ratione indiuidui neptis excludat patruum vel amitam, ſed in diuiduis excludit à parte non à toto, per textum in dicto §. cum filius. inſtitu.de hæredit. quæ ab inteſta.

Quoniã reſpondetur, ꝙ aut filius vel filia poteſt ſuccedere in locum patris, cum eodem iure excludẽdi patruum vel amitam, aut non. Si poteſt, & tunc nihil refert, ꝙ feudum ſit diuiduum; quia ſicut pater eius potuiſſet excludere à toto eodem modo filia poterit; quia filius frater eius non excludebat ratione indiuidui, prout aliàs dicitur gl. in c. 1. in verſ. ſubſiſtere, de inueſtitu. de re alie. fact. l. fi. ff. de ſeruit. lega. l. j. §. quamuis. ff. de his quæ in frau. patro. Sed quia primogenitus ex conſuetudine Francorum, ſi ratione indiuidui reſultaret excluſio, non minus excluderetur nepos à patruo, q̃ patruus à nepote. Nec cõtradicit tex. in d. §. cũ filius. nam loquitur eo caſu, quo pater filij à parte tantũ excludere potuiſſet, nõ à toto, nimirum ſi à parte filius excluditur. Verum eſt, patruũ excludi à nepote, ſicuti fuiſſet excluſus à patre illius. Aut non poteſt ſuccedere in locum patris cum iure excludẽdi, & falſa eſſet cõis opin. ꝙ nepos ratione ſubintrationis in locũ patris, excludat patruum. Et ſic nihil facit vtrũ diuiduum ſit vel indiui-
121 duum feudũ; quia † eadem ratio eſt de toto quò ad totũ, quæ eſt de parte quò ad partẽ. l. quæ de tota.
122 ff. de rei vind. Et † ſi de quominus videtur ineſſe in feudo dignitatis vt neptis excludat patruũ, & ineſt, multomagis dicendum eſt in alijs feudis. auth. multomagis. C. de ſacroſ. eccl. Quinimmo conſiderandum eſt, ꝙ in viuẽtib. iure Frãcorũ tria ſigna concurrunt, ſecundum illam opin. videlicet, ꝙ fęmina ſit gradu remotior, & ꝙ in huiuſmodi feudis excludat maſculũ, tertiò, ꝙ minor ætate præferatur maiori, & hoc ex vi ſubingreſſionis in locũ patris, licet in huiuſmodi ſucceſſione ſit attẽdenda pręrogatiua gradus, prærogatiua ſexus & progatiua ætatis, per conſtit. ſequentẽ. & ideo optimè dicebat Neapod. in ver. Ex maſculis, & in ver. Pro ne-
123 potib. ꝙ † filia ſuccedens in locum patris, aſſumit naturã, qualitatem & ſexũ patris, quia reputatur vna & eadẽ perſona. in auth. de iur. iur. à mor. præſt. in prin. coll. 5. l. ſciendũ. §. legati. ff. de leg. Si verò ſumus in allodijs ſeu Burgenſaticis, ſimiliter dicendũ eſt, ꝙ neptis excludat amitam; quia ſubingreditur per legem Velleiam in locum patris etiã in præiudiciũ tertij, quia rũpit aui teſtamentum. l. Gallus. §. nunc de lege. & §. videndum. ff. de liber. & poſth. cum ſim. Et per hoc cõfunditur conſideratio dicentiũ, ꝙ iſta ſubingreſſio non operatur in prę iudicium tertij: quia operabitur contra publicam vtilitatẽ, quæ verſatur in validitate ac conſeruatione teſtamentorum. l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. in §. diſponat. in auth. de nupt. cum ſimil. & in præiudicium hæredis ſcripti & legatariorum, in authen. ex cauſa. C. de lib.
124 præteri. Et † in querela inofficioſi teſtamẽti eſt locus ſucceſſorio edicto. l. ſi is qui. ff. de inoff. teſta. Bar. & alij in rub. C. de ſucc. edic. & iſta opinio

opinio fundatur auctoritate ac ratione. Pro auctoritate habemus Carolum de Tocco, Andr. de Batulo, Neapod. Anto. de Raho. qui loquuntur tam in feudalib. quam in Burgenſaticis. Quorum auctoritas in hoc Regno mihi maior videri oportet, quàm aliorũ qui ſecus dixerint. Nec habenda eſt ratio Bart. aliter dicentis in l. liberorum. ff. de verb. ſign. quoniã loquitur in terminis ſtatuti omnino fœminas excludentis, quod à noſtra conſtitutione differt, vt ipſe Neapod. declarat, dum facit differẽtiam inter ius feudorum & conſtitutionem iſtam, & idem Andr. in d. c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. in verſ. nunquid hoc capitulum habeat locum in Regno Siciliæ. Præterea cũ à Regibus Regni ita fuerit iudicatum, vt à nepote & nepte etiã patruus excludatur, factum eſt ius inter omnes. l. fin. C. de legib. §. quod Principi. Inſtitu. de iure natur. & propterea auctoritatem Doctorũ aliter dicentium, minimè in hoc Regno curare debemus. Præterea in

125 hoc Regno, nepotis † appellatio neptem comprehendit, vt dixi in rub. & in §. cum filius. & probatur per conſtitutionem ſequẽtem, vbi fit mentio de nepote tantum & tamen ſubdit cõſtitutio, ſeruata inter eos ſexus progatiua, quaſi vno nepotis vocabulo, maſculum & fœminã nuncupauerit; ergo id quod in nepote ſtatutum eſt, ex eadẽ iuris cenſura comprehenſiuè, ſtatutũ dici poteſt in nepte. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. in l. j. ff. de leg. 1.

126 Poſterior † enim lex cũ præcedente inuicem interpretatur. l. ſed & ſi poſteriores. ff. de legib. & ad propoſitũ voluit And. in d. conſt. vt vniuerſis, & in d. conſti. puritatẽ, & in

127 conſt. iuriſgentiũ, ꝙ † in Regno debemus iudicare ſecundum iura Regni, per argumentum à ſimili, vel ex identitate rationis, priuſq̃ ad iura cõia tranſeamus. Et propterea dico, ꝙ cùm bona Burgenſatica & feudalia ſint in hac ſucceſſione deſcendentiũ æquiparata per regulã huius cõſtitutionis, determinatio facta in feudalib. determinat etiam Burgenſatica. l. nam hoc iure. ff. de vul. & pup. Nec eſt differẽtia in ſucceſſione deſcendentiũ inter maſculũ & fœminã, vt in hac cõſt. & ſeq. Ideo ſicut nepos maſculus excludit amitã illam dotando, ita neptis fœmina excludit amitã, aliàs fieret differẽtia inter maſculũ & fœminã contra has conſt. ¶ Non ob. ſi dicatur, ꝙ iſta conſtitutio procedit qñ concurrit maſculus & fœmina, tũc fœmina per maſculum excluditur, ſecus qñ vtraq; eſt fœmina, ibi. Solę ſunt, quia tunc non cauſatur aliqua excluſio. Ad hoc rñdetur, ꝙ neptis non eſt ſimpliciter fœmina, ſed p repræſentationẽ patris, virtute ſubingreſſionis in locũ patris, aſſumit ſexum patris, & nõ eſt qualitas amitæ, & ſic debet iudicari de ea tanq̃ de maſculo p præallegata. Et ſi aliter diceremus, ſequeretur, ꝙ neptis accepta dote excluderetur à patruo, ẽt in viuẽtib. iure Francorũ

vel Longobardorum: quia hæc à pari procedunt, ꝙ ſit Francus, vel ꝙ ſit Longobardus miles, aut Burgenſis. quod tamen eſt falſum per prędicta. ¶ Non obſtat, ꝙ iſtud ius ex ſexu reſultat à propria perſona maſculi, ideo extinguitur cum perſona, per ea quæ ſingulariter dicta ſunt, ita ꝙ filia ſubintrans in locũ & gradum patris, non potitur hoc iure maſculini ſexus. Quoniam reſpondetur, conſequentiam nõ valere, reſultat aliquid à perſona, vel ratione perſonæ, ergo extinguitur cum perſona, probatur apertè. Nã ratio ętatis tranſit cum gradu, & loco patris in filium, ſecundum communem opin. de qua ſuprà, & per Alberic. de Roſat. in proœ. ff. §. diſcipuli. col. 4. Oldr. in conſ. 94. & per Modern. in l. is poteſt. ff. de acqui. hære. & poteſt cedi & vẽdi, & tacito conſenſu alienari, vt per Hoſtien. & Io. Andr. in c. licet. de vot. Martin. de Laud. in tract. primogenitu. col. 6. per Iaſo. & Deci. in l. pactum. C. de collat. & in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de legat. 1. & Bald. in cap. 1. §. præterea. quibus mod. feudum amit. latè per Ioann. Licirier. in tractatu primogeniturę. quæſtio. 8. lib. 3. & in lib. 1. quæſtio. 25. declarat gloſ. Pariſien. in conſuetu. Pariſien. §. 8. in gloſ. 3. Ita ratio ſexus tranſire debet cum gradu & loco patris: quia nõ plus, quàm prædicta ratio ſexus, quàm ratio ætatis, nocet filijs ratio ſexus materni; quia aliquãdo filiæ dotatæ (vt ſuprà dixi) excluduntur à ſucceſſione aui, Bal. in dicta l. maximum vitium. Bart. in dicta l. liberorum. Paul. de Caſtro in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui ren. hæred. Anton. de Alexan. in dicta l. pactum. C. de collatio. Et

128 † in feudis deſcendentes ex maſculis ſuccedunt auo, non deſcendentes ex fœmina, licet ſint maſculi tanquàm prouenientes ex radice infecta. l. j. ff. de iure immun. C. de gradi. ſucced. in feud. Omnia enim referuntur ad originem, atque ad id vnde nomen capiunt, l. in ratione. §. ſi filio. ff. ad legem Falcid. l. j. C. de impo. lucrat. lib. 10. not. Felin. in cap. fin. circa fin. de offi. ordi. & in rubri. de offi. deleg. & filius aſſumit ius reſultans ex patria poteſtate, ſub qua pater eius erat, licet videatur quid perſonale. l. j. §. 1. ff. de coniungen. cum emancipat. libe. Curt. in l. ſi emancipati. col. 65. C. de collatio. Ideo non eſt dicendum, cum perſona extingui id quod ratione qualitatis etiam inhærentis oſſibus & perſonæ patris à iure tributum eſt.

¶ Non obſtat, ꝙ ratio conſeruandæ agnationis, per quam excluditur fęmina, ceſſat in nepte; & ſicuti ſi pater iſtius neptis noluiſſet ſuccedere, hæc ſoror fuiſſet admiſſa. l. j. §. fin. ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul. & per glo. Pariſien. in dicto §. 8. in titu. 1. ita mortuo fratre iſtius ſororis remanere debet libera ab excluſione, vt ſuccedat patri. argum. l. Gallus. §. videndum, ff. de liber. & poſthum.

& ſic ceſsāte cauſa excluſionis ceſſet excluſio. c.cum ceſſante.de appell. Quoniam reſpondetur, non ceſſare penitus illam cauſam: quia
129 † hæc neptis eſt de familia, & deſcendit per virilem ſexum. per gl. in l.Gallus. §.nunc vid.dum. ff.de lib.& poſth.& repræſentat maſculum patrem ſuū, cuius memoria & reliquiæ durant in ipſa filia & debent operari.l.lex Falcidia.§.fin. ff.de hære.inſtit.per Bar.in l.ſiquis ſub conditione.ff.de teſta.tut. Bal. in l.ſi emancipati.C.de colla.d.l.j. §.pen.ff.de coniung.cum emanci. libe. glo.in §.fi. Inſt.de tute.l.fina. ff.de curat.Et ꝙ iſta repræſentatio cauſata per ſubintrationē in locū patris ſit tantæ efficaciæ probatur;
130 quia † primogenitus præfertur in ſucceſſione ad familiarum conſeruationem, ſecundū glo.Pariſ.in d.§.8.in glo.3.q.vlti.in prin. & tamen ius primogenituræ tranſit in filiā, vt prædixi.¶Non obſtat præſumpta mens defuncti, ꝙ noluerit proprias filias excludi à nepte, arg. eorum quæ dicuntur in l.hæredes mei.§.cum ita. ff.ad Treb.in l.ſi viua. ff. de in ius vocan. in l.j. C.de adul. & iſtud fortificatur per literam huius conſtit. quæ conſiderat vota parentum.ibi, Parentū votis. quoniam negato huiuſmodi præſuppoſito voluntatis. Nam eo ipſo, ꝙ prælatus eſt maſculus in ſucceſſione, cenſetur etiam prælata filia ipſius maſculi, quæ in illius locum ſuccedit.d.§.cū filius.&
131 † talis præſumitur mens decedentis, qualis eſt iuris diſpoſitio. l.conficiuntur. ff.de iur.codic. & ſi vera eſſet illa ratio, nunquā patruus excluderetur à nepote non ſolum à nepte.¶Non obſtat, ꝙ conſtitutio loquitur per verbū Maſculus, quo caſu fœminę non comprehenduntur, vt tradit Dec.in d.l.fœminę.&
132 Iaſ.in d. l.id quod. quoniā † illud verbum maſculos, nō tantū intelligo, prout eſt facti, ſed etiā prout eſt iuris, vt in ſimili not. Bald.in l. mater pro filia. C.de iur.dot. l.pater ex prouincia. ff.de manu.teſta. Ius facit, ne poſſit habere iura maſculus, propterea ergo de ipſa quoque filia intelligitur:& ideo filia q̄ ſecundum conſuetudinem Neap. eſt maſculiata, ſuccedit vt maſculus in vicem, vt in conſuet. ſi moriens. verſ.eas autem. Et tamē verè nō eſt maſculus, vt propriè in his terminis, quando diſpoſitio loquitur ꝑ verbū maſculos, ꝙ neptis ex filio non excludat ſed excludat, tenet gl.Pariſ.in d.§.14. in 1.q. limitando illam conſuetudinē.¶Non obſtat, ꝙ ſumus in correctorijs & odioſis dum fœmina excluditur per maſculum à ſucceſſione patris. Quoniam dixi ſæpius, quòd iſta cōſtitutio ſecundum principalem intentionem non eſt odioſa, tam reſpectu maſculorum, quàm fœminarum, inquantum fœminæ vindicantur ab illa praua conſuetudine, de qua ſuprà dictum eſt. & ſimiliter non venit principaliter ad corrigendum legem communem, ſed illum abuſum: &

133 principalis † intentio eſt attendenda, ſecundum Bart. & alios in l. qui exceptionem. ff. de condi. in debi. in l. ij. C. de in ius voc. & not. glo. Pariſ. in quæſtione an ius primogenituræ ſit odioſum, in d. §. 8. q. 6. in glo. 3. & declarat Andreas Tiraquel. de legib. connubia, lib. 1. char. 12. Præterea, dato ꝙ eſſet correctoria in quantum præfert maſculos fœminis, tamen neptis comprehéditur ex intellectu iuris, quo caſu dicitur expreſſum & eſt paſſi-
134 ua interpretatio, † quę nec in correctorijs eſt excluſa, ex verbis Abb. in c. Epiſcopi. de reb. eccl. non alie. Petr. de Anchar. in conſ. 393. Iaſ. in l. prætor. ff. de oper. nou. nunciat. Curt. in conſi. 159. col. 7. Tiraquell. de legib. connub. in glo. 5. ¶ Non obſtat, quòd ſuprà dicebatur, non valere conſequentiam, neptis ſuccedit, ergo excludit. Quoniam reſpondetur, conſequentiam eſſe veram in filio ſeu deſcendente, qui ſuccedit in locum cum omnibus qualitatibus defuncti. d. §. cum filius. & de emancipato non valet argumentum; quia non eſt vocatus contra teſtamétum ſed ab inteſtato, vt in d. l. meminerint. C. de legit. hære. ſicuti de filio naturali. l. j. ff. de bonor. poſſ. contra tab. Et ideo nepos ſecundum Galli conſilium debet inſtitui vel exhæredari; quia ſuccedendo in locum & gradum patris præteritus excludit à cauſa teſtati patruum ſuum, filium aui ſui morientis. d. l. Gallus. per totú. d. l. poſthumorú. cú ſim.

¶ Non obſtat, ꝙ ius prælationis conceſſum per hanc conſtitutionem non oriatur à gradu ſed à ſe-
135 xu. Ergo ſubrogatio † neptis in locum & gradum patris nõ debet operari excluſionem. l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. declarat Dec. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Quoniam negatur aſſumptum; quoniam in hoc iure prælationis conſideratur gradus ſimul & ſexus ad excludendum fœminam. Patet, quia excludútur conſanguinei maſculi remotiores, ſolo filio maſculo prælato: ſed quia per ſubintrationem in locum & gradum patris filia conſequitur ius gradus & ſexus paterni, per prædicta, meritò excludit amitam, & excludit patruum ab illa portione, quam pater eius habuiſſet, & quam idem patruus conſequutus fuiſſet excluſa nepte, ſi ea in ſui patris locum non ſucceſſiſſet. d. §. cum filius. & §. reliquum. cum concord.

SVMMARIVM.

1 *Perſonarum quatuor ſpecies ex iſta conſtitutione.*
2 *Filia non excludit amitá de iure Longobardo, ſi amita reperitur in capillo.*
3 *Filia ſimpliciter excludit amitam ſecundum ius Romanum.*
4 *Conſuetudo in Regno inter Comites & Barones inducta in modo viuendi. & num. 5.*
6 *Dos materna an debeat filijs filiæ præmortuæ computari in legitimam in ſucceſſione aui.*
7 *Liberorum mentio in materia tranſitoria*

toria ad hæredes, intelligitur de liberis hæredibus.

8 *Diſpoſitio. l.generaliter, & auth. hæres. nō poteſt adaptari ad antefatum.*

9 *Domina dicitur, quæ alienare poteſt.*

10 *Feudatarius habet vtile dominium.*

11 *Lex Julia prohibet alienationem fundi dotalis, & tamen vir conſtante matrimonio dicitur dominus.*

12 *Pupillus eſt dominus pleno iure, & tamen non poteſt alienare.*

13 *Prodigus dominus eſt pleno iure, & tamen non poteſt alienare.*

14 *Exceptio declarat regulam.*

15 *Pater in legitima non poteſt præiudicare filijs diſponendo.*

16 *Viuentis nulla eſt hæreditas.*

17 *Emphyteuſi in eccleſiaſtica extranei hæredes non ſuccedunt.*

18 *Burgenſes dicūtur à burgo, ideſt uilla.*

19 *Diſpoſitio huius conſtitutionis locum habet in omni genere perſonarum & bonorum.*

1 QVartò † noto ex iſta cōſtitutione, quatuor ſpecies perſonarum quò ad diſpoſitionem huius conſtitutionis eſſe exæquatas, videlicet Francos, Longobardos, Barones vel milites & Burgenſes, & ſic quocunque iure viuunt ſeruanda eſt hæc conſtitutio inter maſculos & fœminas deſcendētes, remanent tamen quædam differētiæ inter iſtas ſpecies perſonarum. Nam inter Francos ſeu eos qui iure Francorum viuebant & viuunt, quod ius eſt ſpeciale in Regno, primogenitus ſuccedit, vt in conſtit. ſeq. & illud obſeruatur in feudis, non autem in bonis allodialibus: quia licet primogenitus ſuccedat in feudalibus; tamen bona Burgenſatica diuiduntur inter fratres, cum eatenus attendatur iſtud ius, quatenus obſeruatum reperitur, vt per Andr. in c. Imperialem, §. præterea Ducatus. de proh. feud. alien. per Fede. Sed in Burgenſaticis non obſeruatur, ideo ſtandum eſt iuri communi. d. conſtit. incip. Puritatem, & ita vidi ſæpiſſimè in ſacro conſilio iudicari, ac nouiſſimè me referente in cauſa Ioannis Baptiſtæ de Tolfa & fratrum, qui fuit etiam condemnatus ad contributionem æris alieni cum fratri bus p rata æſtimationis feudi Baroniæ Sereni, & tangit incidenter D. Capic. ad aliud propoſitum in deciſio. 198. dum refert quandam 2 ſententiā Regis Ferdinandi I. per quam caſtrum fuit datum primogenito, & reliquā bona fuerunt diuiſa inter fratres. De iure verò Longobardorum multa diuerſimodè ſtatuta ſunt, quæ recenſet And. de Barulo, & maximè circa ſucceſſionem, vt per ipſum in tit. de ſucceſ. Et quod attinet ad iſtam conſtitutionem, fœmina non reperitur apertè excluſa nec vocata ad ſucceſſionem, niſi per argumentum à contrario ſenſu, in l. ſiquis Longobardus. in verbo Maſculis. Hic autem eſt apertè vocata ad ſucceſſionem, & non excluditur niſi per dotem congruam, vt dixi in euidentialibus. Præterea, minori fœ-

minę

minæ de iure Longobardo, datur mundualdus, ſine quo viuere non poteſt, vt in l.j.in Longob. quãdo mulie.aliena.permitti. & in l.fi.de ſucceſſ. Hic autem etiam Longobardæ prouidetur de Balio ratione feudi, & ſic videtur ſublata poteſtas mundualdi, licet finito Baliatu poſſit habere mundualdum. per conſtit. minoribus. ſicuti poſt Baliaticum prouidetur aliquando de curatore, vt fuit prouiſum per ſacrum conſilium facto verbo Illuſt.D.Proregi, in bonis Don Marcelli Cabaniglię, vt eius vaſalli & bona rectius gubernarentur. Præ-
2 tereà, filia † non excludit amitam de iure Longobardo, ſi amita reperitur in capillo, ideſt non nupta, vt in l. ſiquis Longobardus filias & ſorores; quod eſt per hanc con-
3 ſtitutionem innouatum: quia † filia ſimpliciter excludit amitam, ſecundum ius Romanum.d.auth. in ſucceſſione. Quinetiam quò ad ſucceſſionem paſſiuam hic innouatur, ſi dicamus, hanc conſtitutionem intelligi debere etiam de matre, vt infrà dicetur. Et ideo maritus nõ excludit filios alterius viri ratione mundij, vt declarat Carol. in l.ſi ſorores.de ſucceſſ. & l.fi.& de ſponſali.l.ſiquis filiam. & pater poſſet in ſuo teſtamento relinquere fœminis abſque eo quòd relinquat maſculis triplum vltra quàm ipſis fœminis, vt in l. ſiquis verò. de eo quod pater habet filijs relinquere. Ab inteſtato autẽ ſunt dotandæ ſecundum iſtam conſtitutionem: omnia enim quæ poſſunt cõcurrere cum diſpoſitione iſtius conſtitutionis non ſunt ſublata; & ideo diuiſio feudorum inter filios viuentes iure Longobardo remanet, vt in c.omnes filij.ſi de feudo. & alia de quibus per Andr. de Barulo, & Carolum de Tocco in locis pallegatis. ¶Inter Barones autem & Comites inducta eſt in Regno quædam conſuetudo ſiue for-
4 ma viuendi, † quæ dicitur, Mos magnatum, procerum ac Baronũ huius Regni & iure Francorum viuentium, & ſecundum hunc morem in ſucceſſione feudorum primogenitus tantum ſuccedit, data dote ſororibus, & fratribus vita & militia, vt in conſti.ſeq.& in conſtit.Comitibus.& in c.Regni, inci. Alienationis actus. In reliquis verò actibus attenditur ius commune. & ideo mulier quæ nupſit & viuit ſecundum iſtam formam & morem poteſt diſponere de ſuis dotibus, ſalua legitima filiorum, & ſuccedit filijs, & è contra. Pater ſuccedit in bonis maternis allodialibus ſecundum diſpoſitionem iuris communis. C.de bo.mater.per tot. & ad S.C.Orfic.& Tertull. per totum. & ſic vidi ſæpiſſimè in ſacro conſilio iudicari, & ſecundum iſtum morem ſolet conſtitui per virum tertiaria, ideſt tertia pars dotis, quam lucratur mulier viro decedente contra ius commune, de quo in auth. de æquali.dot.ac donationis propter nuptias, vt in cõſtit.Regni, Licentiam. & in conſt.

Mulier,

Mulier, quæ dotarium, & in conſtit. Si aliquis Baro. Inter † nobiles
5 autẽ huius ciuitatis, vt ſuprà dixi, inducta eſt quędam noua alia cõſuetudo, quæ ſumpſit initium inter nobiles è cõgregatione Capuana & Nidi: demum ab alijs omnibus recepta, de qua per Matthe. in deci.202.& 237. Et per hanc cõſuetudinem ſublata eſt difficultas,
6 an † dos materna debeat filijs filiæ præmortuæ computari in legitimam in ſucceſſione aui, vel illam habeant vt hæredes matris, prout olim variæ fuerũt opiniones Ioannis & Martini, vt per glo.& Doct. in l.dos à patre. C.ſolut.matr.in l. poſt dotem. ff.eo.tit. in l.in quartam. ff.ad legem Falcid. & per aliquos in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui.hæred.& in l. illam. vide Alex. plenè C. de collatio. in l.fin. C.de dot.promiſſ.in l.ij.§.1.ff.ſol.matr. Alex.in conſi.62.vol.6.Dec. in conſil.106. & latè Albert. Brun.in ſuo tract. ſtatuto. & nouiſſimè tangit, licet non decidat D. Capic. in deciſ.176. Nam in iſta conſuetudine ſeu nouo vſu ſunt expreſſa hęc verba, videlicet, quòd ſi dicti filij morerentur adita vel non adita matris hæreditate, per quæ verba, demonſtratur dotem filijs iure hæreditario obuenire, quia fruſtra eſſet hęreditatis maternę facta mentio, ſi non veniret in hęreditatem.l.nõ tantum. ff.de peti. hæred.& vtroq; caſu proximiores filij ſuccederent in dote matris; per l.vnic. C.de his qui ante aper. tab. Ideo conſuetudine prouidetur vt redeat ad hæredes dotantis, non obſtante ꝙ iure hęreditario dos filijs obueniret, ſicuti aliàs de iure communi pro creditoribus defuncti fit ſeparatio bonorum, vt in l.j. & per totum. ff. de ſeparatio. & in ſimili bona redire debent vnde obuenerunt, in l.quod ſcitis. C. de bon. quæ liber. per And.in cap.1.de natu.ſucceſſ. feud. vbi loquitur de coniunctis ex linea, vnde feudum prouenit, ꝙ præferantur per conſtit. ſequentem, & tradit Ludo.de Rom. in conſil.40. Et cum accidiſſet de facto in ſacro conſilio, in cauſa nepotis ex filia prędefuncta D.Nicolai Sanctilli Phyſici me referẽte fuit concluſum, non eſſe dotem in legitimam nepotis computandã, ſed ex quo matrimonium fuerat contractum iuxta dictam nouam conſuetudinem, dos filio tãquàm hæredi matris obueniſſet. Nec obſtabat, ꝙ pater fuerat ſtipulatus dotem reddi ſecundum dictũ vſum; quia ſtipulatio continens per omnia idẽ quod nouus vſus, aliquid vltra non operatur.l.j. §.ſiquis ſub conditione.ff.vt legat.nom.cauea. Præterea, dum pater dotat filiam, quæ efficitur ſui iuris per aliã conſuetudinem, videtur donare. l.vnica.§.accedit. C.de rei vxo.act. in l. Gaius.ff.ſol.matr.& ſic dos recedit à patrimonio patris, nec redit niſi ex pacto, vt in auth. ſed quamuis. C.de rei vxo.act. Pactum aũt collatum eſt per nouum vſum in ſtipulatione contentum poſt mortem

filio-

filiorum, ergo interea quando dos peruenit ad filios, non peruenit immediatè ex patrimonio aui ſed matris morientis. Nec aliquid ſtipulatus eſt auus filijs filiæ, ſed ſibi tantum & hęredib. ſuis, & licet verba conſuetudinis exprimant nomen liberorum. Tamē ex alijs ver-
7 bis, & † quia ſumus in materia trāſitoria ad hæredes, dum loquitur de liberis intelligitur de liberis hæredibus, in l. cū patronus. §. 1. ff. de oper. liber. Bart. in l. iuſiurandi. eo. tit. & l. quodcunque. ff. de verborū obli. Nec eſt ſimilis cauſa dotis cū antefato, quod quæritur filijs etiā non hæredibus matris: quia procedit ex bonis patris, vt ſępe in ſacro conſilio iudicatū eſt, licet debeant
8 eſſe hæredes patris. Nam † diſpoſitio. l. generaliter. & authent. hæres. C. de ſecun. nupt. non poteſt adaptari ad antefatum, quod eſt diuerſæ naturæ à lucris nuptialibus, de quibus in d. l. generaliter. cū ſimil. quia iſtud ab initio donatur quò ad vſumfructum tantum, filijs ſuperſtitibus, & ſic dominium & ꝓprietas remanet penes patrem, vnde filij habebūt dotem vt hęredes matris tantùm & antefatum vt hæredes patris tantum, ſicut in dotario, ſecundum Andr. in conſtitut. Mulier, quæ dotarium. in princip. ¶ Nec obſtat, ꝙ ſolet reſeruari facultas teſtandi mulierib. ſecūdum formam antiquæ cōſuetudinis redactæ in ſcriptis, per quam de decima tantum dotis teſtari poteſt, & reliquę nouem partes debentur filijs. Nam ex hoc non reſultat filios habere dotes ab auo, non tam quàm matris hæredes, probatur apertè, nam mater poteſt alienare in vita ſua, dummodo non faciat in fraudem, ſecundum Neapo. in conſuetu. ſiqua moriens. in verbo
9 relinquere. Et † ſi alienat in vita, ergò domina. l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. §. per traditionem. in-ſtitu. de rer. diuiſ. Nec tenet conſequētia. habet frenum in diſponendo, ergo non eſt domina. Nam ex pacto ciuium propter ſexus fragilitatem eſt reſtricta diſponendi facultas, non autem ſublatum ius & dominiū quod habet rei dotalis.
10 Probatur exēplo, Feudatarius † habet vtile dominium, & tamen de eo non diſponit ſine conſenſu domini directi. c. 1. de prohib. feudi
11 alien. per Feder. Item † lex Iulia prohibet alienationem fundi dotalis, & tamen vir conſtante matrimonio dicitur dominus. l. in rebus. C.
12 de iure dor. Item † pupillus eſt dominus pleno iure, & tamen non poteſt alienare abſque tutoris autoritate, & cauſa cognita. C. de præd. min. per totum. & C. ſiquis ſciens
13 rem minoris. cum ſimil. Item † is cui interdictum eſt bonis, dominus eſt pleno iure, & tamen non alienat. l. is cui bonis. ff. de verborū obl. l. j. C. de curat. furi. Patet etiam in donatione inter virum & vxorē cum alijs ſimilib. Præthereà, hęc eadem opinio cōfirmatur; quia mulier per cōſuetudinem prohibetur diſponere de dotibus excepta decima

cima de qua poteſt diſponere. Hęc
14 †exceptio declarat regulam. l. nam
qđ liquidæ. ff. de pen. legat. not. in
l. j. ff. de regu. iuris. l. Proculus. ff. de
vſufru. Et ſi non eſſet domina nec
de decima poſſet diſponere: quia
idē ius eſt de parte, quod de toto.
ff. de rei vindic. l. quæ de tota. Nec
poterit dici eſſe diſpēſatum, ꝙ diſ-
ponat de decima tanquàm de re
patris aut filiorum. Nam conſue-
tudo apertè refragatur dum dicit
de dotibus ſuis, & ſic diſponit tan-
quàm de re propria, licet habeat
frenum, quo verbo ſolet vti Neap.
¶Non obſtat ſi dicatur, nō poteſt
diſponere in vltima voluntate in
præiudicium filiorū, ergo non de-
fertur filijs iure hæreditario, vt in
l. iij. ff. de interdic. & relegat. in l. ſi
arrogator. ff. de adopti. Quoniam
conſequētia non procedit, vt pro-
batur in l. fœminæ. C. de ſecū. nup.
prout illam declarat glo. in auth. ſi
qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. in ver
bo Diuidere. ibi, Domina erat ma
ter licet haberet neceſſitatem filio
relinquere. Et probatur exemplo,
15 Pater † in legitima non poteſt præ
iudicare filijs diſponendo. l. quo-
niam nouella. l. quoniam in prio-
ribus. & l. omnimodo. C. de inoffi.
teſtam. cum ſim. & tamen defertur
iure hęreditario. no. in §. aliud quo
que capitulum. in auth. vt cum de
appell. cogno. & de iure conſuetu-
dinario proximioribus nō poteſt
præiudicari immediatè bonorum
obuentorum, vt in conſuet. ſiquis
vel ſiqua. & in conſuet. ſi teſtator,
& tamen dicitur in illa medietate
ſuccedi ab inteſtato cum petitione
hæreditatis, ſecundum Neapod. in
d. conſue. ſiquis, in verbo à matre,
& in verbo Materna, col. pen. &
in verbo In ſtirpem. & in conſuet.
ſi teſtator, in verbo Perueniat. & in
conſuetu. ſi filiusfamilias, in verbo
Poſſumus, à qua medietate in ſub-
ſidium etiam æs alienum detrahi-
tur, vt dicit Capic. in deciſ. 195. &
fuit deciſum in ſacro conſilio in
dote cuiuſdam vxoris Ioannis Ba-
ptiſtæ Cicirelli: & pro hac etiam
ſentētia facit illud quod dicit Nea-
poda. in conſuet. ſiquis habet. in
verbo Suis, de alim. præſt. in prin.
ꝙ bona matris non ſunt filiorum
16 viuente matre, † quia viuentis nul-
la eſt hæreditas. l. ij. ff. de hæred. vel
actio. vendi. Quaſi apertè ſentiens
in terminis conſuetudinis, filios
habere dotē vt hæredes & ſucceſ-
ſores matris. ¶Nec obſtat, dū idem
Neapo. dicit in conſuet. Si mulier.
de iur. dot. in verbo Reuertantur.
ꝙ non competit propriè petitio
hæreditatis: quia loquitur contra
patrem, qui non poſſidet pro hæ-
rede, ſed nō negat filios matri ſuc-
cedere, vt in principio d. conſuetu
dinis. & probatur ibi in verſ. idem
in alijs ſucceſſoribus. Et licet com-
petat condictio ex conſuetudine,
non per hoc reſultat matri filios
nō ſuccedere, pater in ſimili l. vnic.
ff. vt ex leg. & ſenatuſcon. bonor.
poſſ. det. & dicitur dos reuerti ad
filios, non ꝙ filij aliquādo fuerint
domini: ſed quia à patre auocatur.

d. l. in

d. l. in rebus, ac etiam ab alijs hæredibus matris, cum ad ſolos filios pertinere debeat: ſicuti diceremus de feudo hæreditario, in quo agnatus ſuccederet excluſa fœmina: q̃a poſſet dici ad ipſum reuerti ꝑ conſtitutionem ſequentem: quia licet ſit certum genus perſonarum, quibus ſucceſſio pertineat, non tamẽ
17 reſultat illos non heredes, patet † in emphyteuſi eccleſiaſtica & in alijs, in quibus extranei hæredes nõ ſuccedunt. not. in l. liberti, libertæque. C. de oper. libert. in c. potuit. de locat. in l. filiusfamilias. §. diui. ff de legat. 1. cum ſim. ¶ De burgenſibus verò multa aliter ſtatuta ſunt per iſtas conſtitutiones ac etiam ꝑ conſuetudinem huius ciuitatis, vt de
18 teſtamento ruſticorum, & † dicunt Burgenſes à Burgo, ideſt villa, ſecundum glo. in l. executores. in verbo Pagi. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Sed magis latè capiuntur Burgenſes, & bona Burgenſatica quæcunque non ſunt feudalia, vel non habentes feuda, & quò ad iſtas perſonas & bona iſta conſtitutio loquitur in quantum diſponit, fœminas admitti ad ſucceſſionẽ ſiue repelli, ſed quò ad Balium de iſtis ꝑſonis non loquitur: quia Balius datur habentibus feuda quaternata, vt in conſtitu. incip. Si quando. ibi Andr. & D. Matth. & in conſti. incip. Minoribus, & ideo in hac conſtit. in verſ. ſi minores. dum tractat de Balio, loquitur tantummodo de filijs Comitum, Baronum aut militum. De Burgenſibus autem, qui in hac materia nuncupantur omnes non habentes feuda quaternata, nullam facit mentionem, & in iſta parte cõſtitutio videtur defectiua: ſed ſatis eſt, ꝙ de iure communi prouidetur de tutore, ideo quò ad iſtas perſonas non prouidet. Stat itaque ex prædictis con-
19 cluſio, ꝙ † in omni genere perſonarum, & in omni genere bonorum, quò ad ſucceſſionem filiorũ diſpoſitio huius conſtitutionis locum obtinet.

SVMMARIVM.

1 Prætor non poteſt ſeipſum conſtituere tutorem.

2 Balius in maſculino & neutro genere accipitur.

3 Rex quando balium accipit an teneatur facere inuentarium.

4 Princeps nõ ligatur ſua conſtitutione.

5 Principis celſitudini nulla lex imponi poteſt.

6 Princeps eſt agens omnino liberum.

7 Princeps quando vendit non tenetur facere ſubhaſtationes.

8 Inducta ad augmentum non operantur contrarium.

9 Patere legem, quam tuipſe tuleris.

10 Actio famoſa non poteſt dari contra dominum.

11 Agi non poteſt contra Principem ad pœnas conuentas.

12 Princeps quando procedit ſecundum terminos, quibus non aſtringitur, videtur uelle procedere de ordinaria poteſtate.

13 Procurator fiſci debet obſeruare ordinem iudiciarium in cauſis.

Prin-

14 Princeps quando adit hæreditatem remanet obligatus ex aditione.
15 Princeps non tantum naturaliter ſed ciuiliter obligatur.
16 Princeps obligatur ex contractu.
17 Princeps licet non teneatur obſeruare leges ut leges, tamen vt rationes dictamen habentes tenetur ſeruare.
18 Principem debere imitari noſtræ ſalutis auctorem, qui fecit & docuit.
19 Princeps in actu pmiſcuo utit iure cõi.
20 Imp. regit iure cõi, niſi cõſtet de cõtrario.
21 Exceptio, q̃ obſtat alij, obſtat Principi.
22 Iudicare contra fiſcum in dubijs non eſt inconueniens.
23 Vſucapio & præſcriptiones bono publico introductæ ſunt.
24 Electio mala eſt ĩ culpa. intellige ut n. 26
25 Magiſtratus tenetur, qui tutelam decreuit non præcedente inquiſitione.

QVintò noto, q Rex põt p ſe gerere offm̃ Balij, qđ eſt ſpâle in Principe, q a† aliàs Pretor nõ
1 põt ſeipſũ cõſtituere tutorẽ. l. ptor. ff. de tut. & cur. da. ab his. vel pt alteri cõcedere ſicut olim puidebat de tutore clariſſimis pſonis, & Ill. p Senatũ, vt in l. j. C. de tut. &c cur. clariſ. ita feudatarijs puidet p Regẽ vel eius vicariũ, & capit hic Ba-
2 lius † in maſculino gñe p eo q gerit, & Baliũ in neutro gñe p ipſo officio Balij, vt patet aptè in cõſti. Minorib. ſub tit. de off. Balij, & dũ hic dr̃, ipſarũ Baliũ nr̃a excellentia recipiet, & deinde Baliũ nr̃m vel alterius p ſupuenientẽ &c. Intelligit de officio Balij, qđ nos dicim⁹ Baliatus, aliàs lr̃a huius conſtõnis nõ intelligeret, & facit cap. Regni, incip. Itẽ ſtatuimus, q Comites, Barones & cæteri, ibi, Siue Baliat⁹ curia teneat, ſiue alij ſint cõmiſſi. ¶ Sed
3 hic dubitat. Nũ † teneatur Rex qñ Baliũ ſuſcipit, facere inuentariũ & ſe obligare, ac alia implere, quæ in conſt. minorib. & in cõſt. ſi qñ. Et
4 dubiũ facit, q† Princeps nõ ligatur ſua conſtõne, vt in c. 1. ver. Ab oib. de cõſt. & in c. vt aĩarũ. eo. tit. lib. 6.
5 & dicit Bal. in c. 1. de alie. feu. q† celſitudini Principis nulla lex imponi põt: & idẽ Bal. in 1. conſt. C. in ver-
6 bo Oportet, dicit, q † Princeps eſt agẽs oĩno liberũ, & ei nulla neceſſitas imponit, latè p Feli. in d. c. 1. de conſt. per Fulg. conſ. 143. Et † iõ qñ
7 Princeps ipſe vẽdit nõ tenet facere ſubhaſtationes, ſecus ſi vẽdat noĩe fiſci. l. j. & l. quã in libellũ. C. de fide inſtr. & iur. haſt. fiſc. & Bald. in l. j. C. de hær. vel act. vend. per Matth. in conſtit. Si qñ contingit. & iſta dria obſeruatur hodie inter venditiones, q̃ fiunt p Viceregem noĩe Regio virtute mandati, &c venditiones quæ fiunt per Regiam Camerã ſummariè auctoritate iudiciaria. Nã primo caſu non fiũt ſubhaſtationes, & aliàs fuit dubitatũ in cã Solofiæ: & ſi feudũ apiatur Regi p mortẽ alicuius, vel deuoluatur p rebellionẽ eius, q tenebat ſine aſſenſu Regio, non poterit fiſcus excludi ex defectu aſſenſus: q a conſtitutio diuæ memoriæ. non
8 opatur in damnũ Dñi, & † inducta in augmentũ non opant cõtrariũ,

l.q̄d fauore. ff.de legi.& imputãdũ eſt parti non reuocãti añ caſũ. Ita fuit iudicatũ per iudices rebellium contra Mãfredinũ ſuper terra Carpignani, licet Andr. videat̃ ſentire contrariũ in c.1. §.donare. qualit. olim.feud.alie.pot.dũ dicit, ꝙ adulãtes fiſco dñt illã conſtitutionem non ligare fiſcũ, & ipſe rñdet. Patere † legẽ quã tu ipſe tuleris. Tñ
9 iudices Rebelliũ dicebãt, ꝙ ptãs reuocãdi dat̃ parti, & ea non reuocãte fiſcus admittit̃. vñ poſtq̃ res non eſt integra fiſcus non debet excludi, ſi potuiſſet dici ꝙ non eſt aptũ vel deuolutũ, ſi ille non erat feudatarius ceſsãte aſſenſu; q̄a contractus eſt nullus.c.Impialẽ.de ꝑh. feu. alie.p Fed. Sed non vr̃ poſſe agi contra venditorẽ, q̄ recepit p̄tium vt non reuocauit re integra, per d. conſt.& videnda ſunt, q̄ p And. in c.1.de eo q̄ contra.conſt.Loth. Prę tereà, in q̄õne de Balio vr̃, ꝙ cũ p d.conſtit.ꝓuideat̃ de victu, & hoc non cadit in Principe, ergo nec diſpoſitio conſtõnis. Prætereà, poſſet dari actio famoſa contra dñm vaſallo, & iurm in litẽ, ſi dñs non obſeruaſſet, ſi teneret̃ obſeruare ſicut cæteri, ſed hoc non eſt dñdũ: quia
10 † non p̄t dari actio famoſa contra dñm, ſecũdũ Bal. in c.Impialẽ. §.fi. col.4.de ꝑhi.feu.alie.p Fed.& dicit
11 Iaco.in l.ciuitas.ff.ſi cer. pe. ꝙ † non põt agi contra Principẽ ad pœnas cõtẽtas in l.ſi q̄s maior. C.de trãſa. ¶ Sed in cõtrariũ facit, ꝙ Princeps recipiẽdo in ſe Baliũ, vr̃ velle ſe ſubijcere ſuę cõſtõni, & p cõſequens ſuccedit diſpõ.l.digna vox.C.de ll. & iõ cõſuluit Lud.Ro.in cõſ.369. ꝙ
12 † q̄ñ Princeps ꝓcedit ſecũdũ terminos, q̄b.nõ aſtringit̃, vr̃ velle ꝓcedere de ordinaria ptãte, & dẽt ſeruare iura & canones, aliàs geſta p eũ nõ tenẽt. in cle.paſtoralis. de re iud. in c.1.de cau.poſ.& ꝓpr.latè p Par.de Put.de ſynd. de exceſ.Princ.
13 & † ideo ꝓcurator fiſci debet obſeruare ordinem iudiciariũ in cauſis: q̄a vtit̃ iure priuati.l.ſi vno.§.item cũ q̄dã.ff.loc. ſecũdũ Pet.Bellug.in ſuo Spec.rub.5.in princ.Iaſ.in l.fi. C.vñ cog.in l.ſi q̄s arbitratu. ff. de
14 verb.obli. Et † iõ q̄ñ Princeps adit hr̃ditatẽ, remanet obligatus ex aditione.l.j.in fi.& l.ſeq.ff.de off.ꝓcu. Cæſ.& dicit Aret.in c.1.de prob. ꝙ
15 † Princeps nõ tm̃ nãliter obligat̃ ſed ciuiliter. Pręterea, exercẽdo offm̃ vr̃ quaſi cõtrahere, ſed nõ eſt dubiũ, ꝙ
16 † obligat̃ ex cõtractu, in l.Princeps. ff.de legi.in d.c.1.de ꝓb.ẽt ex cõtractu alterius, q̄a tenet̃ ſatisfacere creditorib.eorũ, quorũ bona ad fiſcũ ꝑueniũt.l.ſi marito.ff.ſol. ma.l.tutoris.ff.ad le.Iul.de vi pub.Matt.in cõſt.ſi q̄s in poſterũ, in verb.Notabili.iõ vr̃ teneri ad ea q̄ rõne hm̃õi adminiſtrõnis dẽnt̃. Prætereà, licet
17 † Princeps nõ teneat̃ obſeruare leges & cõſtõnes ſuas inquãtũ leges, tñ in quantũ hñt in ſe dictamẽ rõnis à qua Princeps non eſt ſolutus, vr̃ eas debere ſeruare, vt aliàs ſuprà dixi, not.in c.1.de pact. & declarat poſt alios For.i l.j.col.5.ff.de pac.& ita in effectu ꝓcedit.l.ex impfecto.
18 ff.de le.3.& dicit Fort. Principẽ † debere

bere imitari ſalutis nrę authorē, q̃ fecit & docuit 25.q.1. §.is ita.& dicit Ang. in d.l.ex impfecto.C.de teſta. ꝙ † in actu ꝓmiſcuo, q̃ celebratꝰ p eū & cū eo, vt vr̃ hic caſus, Princeps vtitur iure cōi, vt in l.Cęſar, ff. de pub.& Sal.ibi no. ꝙ † Imp. regitꝰ iure cōi, niſi cōſtet de cōtrario: & iō † exceptio q̃ obſtat alij, obſtat ſibi.facit gl.notab. in l.itē veniunt. §.in priuatorū.ff. de pet. hær.l.j.C. eo.tit.l.placuit.de iu.fiſ.p D.Matt. in plu.q.10. & ppea Luc.de Pen.in l.facultas.p illū tex.C.de iu.fiſ.repꝛehēdit quendā Doctorē, q̃ dicebat ꝙ in cauſis fiſcalib.pōt incipi à ſequeſtro.cōtra.l.j.C.de ꝓhi.ſequeſt. pec. q̃a fiſcus vtitꝰ iure priuati, niſi fuerit ſecus ſtatutū expſsè, vt in terminis ſeq̃ſtri, qđ fit p cap.Regni, inci.Ex pſumptuosè.q̃ñ non eſt, q̃ apto iure feudatario ſuccedat. Et facit ꝓ hoc, ꝙ † in dubijs cōtra fiſcū iudicare nō eſt incōueniēs. l.nō puto.ff.de iur.fiſ.de quo latè p Anch. in cōſ.23.inci. Viſa inq̃ſitione.Fulgo. conſ.107.& in conſi. 136.& in conſ.173.p Alex.in conſ.5.vol.1.& in conſ.179.vol.2.Paul.de Caſt.in cōſ.296.inci.viſa inq̃ſitionꝰ. Et ex his ego aliàs inferebam, ꝙ Regia pragmatica Regis Catholici edita Thori, p quā cōtra poſſeſſores bonorū hn̄tes titulū à Rege Ferdin.I. non pōt moueri lis aut controuerſia, hēat locū ēt ſi fiſcus, mouere velit controuerſiā, vt nō poſſit, ſicuti nec ipſe fiſcus poſſet inq̃etari, aut moleſtari: nā in eadē Regia pragmatica fiſcus & priuatus pari iureꝰ

cēſenꝰ, vt moleſtari nō poſſint, ibi, In fiſcū redacta. Ergo pari rōe fiſcꝰ moleſtare alios nō poſſit, ſicuti nec priuatus poſſet. Et rō qua mouetꝰ Rex Cathol. ad ꝓmulgandū dictā pragmaticā militat in vtroq;. pſertim ꝙ illa eſt fauorabilis, & non odioſa, ꝓut fuit ſępe iudicatū in arduis cauſis, tuetꝰ.n.poſſeſſores, tollit lites, & ſedat controuerſias pro bono pacis & q̃ete Regni; ſicut aliàs ꝓuiſū fuit p Regē Alfonſum I. p ędictū, qđ incip. Apud Pentimā. ann. 1444.& p capitulū. Apud Mazonū 1446. Sic ēt de iure ciuili ꝓuiſum fuit ex diſpoſitione Zenonis, & poſtea p legē Iuſtiniani, vt in l. bn̄ à Zenonꝰ.& l.oēs. C. de quadr. pſcri. Sicuti † ēt vſucapio & pſcriptio, quæ aliq̃ñ dn̄r fauorabiles, bono publico inductę ſunt, vt latè per Feli.poſt alios in rub. de pſcri. & per hoc ego aliàs inferebā, ꝙ dicta pragmatica non eſt exorbitās, vt dicebat D. Loffr.in conſ.34. q̃a ex cā ēt de iure cōi, & de iure Regni audiētia denegatꝰ, p pallegata: & in bonis perditorū extat capitulū regis Caroli, inci. Si frequēter. l. Lucius.cū ſi.ff.de euict. ¶ Redeūdo igitꝰ ad ꝓpoſitū, aut Rex ipſe ſuſcipit Baliū, qđꝰ forte nunq̃ eueniet, & p ſuos miniſtros adminiſtrabit, & erit obligatus ex adminiſtrōneꝰ reddere cōputū & reſtituere oīa bona aduenięte ętate. ¶ Non obſtant contraria; q̃a non ex vi conſtitutionis Regię, ſed ex obligatione q̃ oritur ex voluntaria Balij adminiſtratione & ſuſceptioneꝰ obligatꝰ.

¶ Non obſtat, ꝙ quædam dicuntur in Balio, quæ non conueniunt Principi; quia illa locum habebũt quò ad alios. Non tamen inde reſultat, Principem non obligari ad alia quę per ſuos facere poterit per pręallegata. Aut alteri Balium concedit, & tunc videtur, ꝙ Rex ſeu Vicerex, qui loco Regis dat Baliũ, obligetur ex his quæ malè geſſiſſet Balius per eum datus, ſaltē in ſub-
24 ſidium, † quia mala electio eſt in culpa. l. videamus. ff. loca. ibi, Placet vt etiam culpam eorum, quos induxit præſtet, & in l. nam & Seruius. §. fi. ff. de negot. geſt. l. de illo. §. pro ſocio. l. eum qui. & l. ſi vt cer-
25 to. §. ſed interdum. ff. comm. & † in tutore magiſtratus tenetur, qui tutelam decreuit non præcedente inquiſitione, vel idonea cautione, vt in l. tutores. ff. de confirm. tuto.
¶ Sed in contrarium eſt veritas: q̃a ſecũdum formam Regiæ Cancellariæ in prouidendo Balium præcedit inquiſitio, quando Balius nõ relinquitur in teſtamento, quę inquiſitio fit per ſupremum magiſtratum Dominorum regentium Cancellariam, & demũ in Regia Camera recipitur obligatio & cautio, ſicuti de iure in tutorib. Ideo Rex vel eius Vicarius in aliquo nõ tenentur, vt l. j. §. ſi præſes. ff. de magiſtra. conuenien. Quinetiam illa
26 ratio † de mala electione, nõ procedit, quando fuit vtiliter geſtum à principio, licet poſtea malè eueniat. l. ſed an vltro. & in l. ait prætor. §. item quęritur. ff. de neg. geſt. & in Regno non eſt licitum diſputare de mala electione facta p Regem, vt in conſti. Regni, inci. Diſputatur, ibi per D. Matth. poſt Andre. & de iure communi, quando prouidetur de tutore Illuſtrib. perſonis per Senatores, ipſi non tenētur de mala electione, etiā in ſubſidium, vt eſt caſus ſingularis in d. l. j. C. de tuto. vel curato. Ill.

SVMMARIVM.

1 Superior quoties apponit manũ in aliquo negotio, debet inferior abſtinere.
2 Papa ſi prouidit alicui prælaturæ de adminiſtratore, non valet collatio facta per inferiorem.
3 Stylus magnæ Curiæ in cauſis appell. ad ſacrum Conſilium.
4 Matrimonia ex alieno arbitrio pendere non debent.
5 Deus quos coniunxit homo nõ ſeparet.
6 Matrimonium vbi per aliqua pacta redderetur meticuloſum pro non appoſitis haberentur.
7 Vtile per inutile non vitiatur. fallit vt num. 15.
8 Caſus certi ſunt, quibus feudum amittitur.
9 Caſusq́; omnes expreſſi ſunt approbati per legem aut optimos mores.
10 Lex vel Princeps quãdo aliquid non dicit, nec nos dicere debemus.
11 Pactum appoſitum iuxta contractum nominatum quid operetur.
12 Dominus ſi habet ſuſpectum vaſallũ poterit de illo ſe aſſecurari.
13 Feudi poſſeſſione tradita cum aliquo pacto impoſſibili, vaſallus poteſt retinere feudum non obſeruato pacto.

Fides

14 Fides ſeruanda eſt inter dominum & vaſallum.

16 Pœnæ conuentionales licet non admittantur ad impediendum libertatem matrimonij, tamen ſecus eſt in pœnis legalibus.

17 Pœna quando impediat vel non matrimonium.

18 Patris conſilium rationabile in matrimonijs non ſpernendum.

19 Matrimonium ad contrahendum quis ſpe lucri aſtringi poteſt.

SExtò noto ex iſta cō-
ſtitutione, q́ quáuis
filiæ Comitū & Ba-
ronum excesserint
Balium ſeu baliatū,
nihilominus cura maritandi eas
pertinet ad Regem, ibi, Et Balium
noſtrum vel alterius per ſuperue-
nientem quintumdecimum annū
exceſſerint &c. Et conſequenter
videt, q́ non poſſint nubere abſq;
1 licentia Regis: quia † quoties ſupe-
rior apponit manū in aliquo ne-
gotio, debet inferior abſtinere, vt
in l. ſi qń. C. de relati. & in c. vt no-
2 ſtrū. de appel. Et ideo † ſi Papa pro
uidit alicui prælaturæ de admini-
ſtratore, vel de cōmendatario, nō
valet collatio facta per inferiorem
vel electio facta per capitulum, vt
tenet Compoſtell. in c. cum nobis
olim, de elect. & Archidiac. in c. is
cui. de elect. in 6. conſuluit Lud. de
3 Rom. in conſi. 350. in 3. col. Et † p-
pterea inoleuit ſtylus, q́ quando
in interlocutorijs appellatur à ma
gna curia Vicariæ ad ſacrum Re-
gium conſilium, & reſcribitur q́
magna Curia verbum faciat, non
proceditur amplius in cauſa, quā-
uis de iure per c. 1. de appel. in 6. &
per Regiam pragmaticam nō im-
pediatur progreſſus ad vlteriora,
dum pendet cognitio ſuper graua
mine, prout vtimur quando ap-
pellatur à decreto relatorū ſeu cō-
miſſariorum cauſæ. Et in hoc ma-
gna Curia eſt deterioris conditio-
nis q̃ alia tribunalia ſeu alij iudi-
ces inferiores. Niſi dicamus hoc
eſſe propter celeritatē faciendi rela
tiones. Et certè tempore huius con
ſtitutionis non licebat feudatarijs
mulieribus ducere virum abſque
licentia Regis, etiam ſi non dediſ-
ſent feuda in dotem, ſed tantum
mobilia, ſtabilia Burgenſatica, vt
in conſti. Regni, incip. Honorem,
& in conſtit. Humanitatem. & ſic
debebant nuptiæ impetrari à Re-
ge, aliàs priuabantur feudo, ſecun
dum glo. in d. conſtit. Honorem.
ſed hoc hodie correctum eſt poſt
c. Papæ Honorij. per c. Regis Ca-
roli in planitie S. Martini, quod
incipit, Item ſtatuimus: quia licet
nubere, ita tamē q́ non detur feu-
dum in dotem, ſine aſſēſu Regio,
vt per Andre. in conſtitu. Hono-
rem. & in conſtitu. licet. & in con-
ſtitut. cum hæreditarium. & in
conſtitu. fratribus. & ſatis videba-
4 tur iniquum, quòd † ex alieno ar-
bitrio matrimonia penderent. c.
cum locum. de ſponſal. cap. Gem-
ma. eodem titulo. in l. Titia. ff. de
verborum obligation. notat. in l.

Mulieri, & in l. auia. §. 1. in l. hæres. ff. de cond. & demonſtr. ¶ Sed hic cadit dubitatio, nunquid ſi fuerit datum feudum adiecto pacto, ꝙ fœminæ debeant maritari, ſecundum Regiam ordinationem, vel ꝙ feudatarius debeat accipere vxorem ei tradendam per Regem, an contraueniens priuetur feudo? Nã de matrimonio contracto nõ eſt dubium, not. in l. non dubiũ. C. de legib. nam nec parẽtum diſſenſus annullat. c. ſufficiet. 26. q. 2. c. vbi. 30. q. 2. in cap. ex literis, ibi Abb. de
5 ſponſ. Quos † enim Deus coniunxit, homo non ſeparet. Iſtam quęſtionem mouet Andr. de Iſer. in conſt. honorem, & tenet ꝙ feudũ amittatur, & probat ex eo ꝙ per illas conſtitutiones quando aſſenſus Regius requirebatur, contraueniens cadebat à feudo, ergo idẽ erit in pacto: quia pacta licita ſunt ſeruanda, vt in c. 1. ibi per And. de feud. March. & in c. 1. de feud. dat. in vicem. l. commiſſo. cum ſimil. ¶ Sed contra iſtam opinionem videtur poſſe inſtari, ꝙ ſi diceremus, per contrauẽtionem induci priuationem feudi. Per indirectũ impediretur libertas matrimonij,
6 ſed † vbicunque per aliqua pacta vel conditiones induceretur matrimonium meticuloſum, vel tolleretur libertas contrahendi matrimonium, talia pacta & conditiones haberentur pro non appoſitis, ſeu reiectis, per d. c. Gemma, de ſponſal. per ea quæ dicuntur in d. l. Titia. ff. de verbo. oblig. Loffre. in conſil. 16. Immo quando tractaretur de perdendo maximam partem bonorum, matrimonium tanquàm iuſto metu contractum eſſet nullum, prout tenet Abb. in d. c. Gemma, in 1. not. ibi, Niſi forte. per c. Abbas. quod met. cau. cap. quod frequens. de reſtit. ſpol. in 6. Ergo, aut ex huiuſmodi pacto nõ obſeruato non induceretur priuatio feudi, per interpretationem pacti, aut pactum habebitur pro nõ appoſito, vt in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta. in l. dona-
7 tio. C. de donat. ne † vtile per inutile vitietur, vt in c. 1. §. profecto.
8 de leg. Corra. Præterea † ſunt certi caſus, quibus feudum amittitur, vt in tit. ex quib. cau. feud. amitt. & in tit. quæ ſit prima cau. benef. amitt. & in tit. ſi de feudo vaſal. & in tit. de milit. vaſal. qui contu. eſt. & in tit. de cap. Corrad. & in tit. de leg. Corra. & de prohib. feud. alien. per Lotha. & de prohib. feud. alien. per Feder. & in tit. ſi de feud. defunct. milit. & in tit. de pace tenen. cum ſimilib. Et inter eos non eſt caſus, quando contrahitur matrimoniũ ſine Domini aſſenſu, neque ſimi-
9 lis, quia † omnes caſus expſſi, ſunt approbati per legem aut per optimos mores, vt dicit Obert. in c. 1. in quib. cau. feud. amit. Sed hic caſus reprobatur lege, per præallegata, & eſt contra optimos mores inquantum impeditur libertas ma-
10 trimonij. Ergo † ſi neque lex, neq; Princeps inueſtiendo expreſsè dixit, vt feudo priuetur, nec nos dicere

cere debemus. Præterea, vbicunq;
11 † pactum apponitur iuxta contractum nominatum, & illud quod deducitur in pacto, non eſt cauſa finalis contractus, tunc non datur repetitio eius quod deuenit in cõtractum, ſed agitur ad obſeruantiã pacti ſeu ad id quod intereſt, ita probatur in l. inciuile. ff. de rei vind. in l. j. C. de pact. inter empt. & vendi. in l. cum ea. ff. de rer. permuta. declarat Ang. in l. ſi vt proponis. C. de condi. ob cauſ. Ergo ſi cauſa finalis inueſtituræ ſeu conceſſionis feudi eſt fidelitas, ſiue meritum, licet apponatur pactum, ꝙ fœminæ nubant ſecundum regiã ordinationem, contraueniens nõ amittit feudum, ſed agetur ad id quod intereſt, & ſi nihil intereſt, ad nihilum agetur, vt dicit glo. in l. fin. C. de pact. inter emp. & vend. in verbo Permanere. in fi. Nec poteſt conſiderari, ꝙ interſit domini, niſi vt non copuletur matrimonium cum inimicis Domini in damnum Domini, vt conſiderat gloſ. in d. l. fin. Tunc alia ratione poſſet feudo priuari, videlicet, ꝗa copulaſſet amicitiam cum inimicis Domini in damnum Domini, vt declarat Andr. in c. 1. §. porrò. q̃ ſit prim. cau. & in c. 1. ex quib. cau.
12 feud. amit. vel † ſi Dominus ꝑ hoc haberet ſuſpectum vaſallum, poterit ſe de illo aſſecurari, vt dicit Iacob. de Ardizo. in tit. quando datur feudum, in 1. parte. arg. l. mulier. ff. de cond. inſtit. l. Titio fundus. ergo non ſequitur, ex contrauectione feudum aperiri Domino, ſeu vaſallum poſſe priuari. ¶ Nec obſtat d. l. ſi vt proponis. loquens in donatione, quoniam intelligitur communiter, ſecundum Ang. ibi, in datione ob cauſam, vt per eum. ¶ Vltimò pro hoc facit illud, quod tenent Andr. & alij in cap. 1.
13 §. fin. quid ſit inueſtit. ꝙ † tradita poſſeſſione feudi cum aliquo pacto impoſſibili vel probroſo, vaſallus poteſt retinere feudum non obſeruato pacto. argum. l. 3. & 4. ff. de cõdi. ob turp. cau. licet de hoc dubitet Iacobi. in ſua inueſtitu. in ver. Qui quidem inueſtiti. col. 20. ſed iſtud pactum, videtur huiuſmodi de iure, ergo &c. ¶ Pro opinione tamen Andr. de Iſer. conſiderandum eſt, ꝙ ſi cauſa finalis concedendi feudum alicui mulieri vel alicui nobili fuit: quia Rex intendebat cum illo feudo illam maritare, vel dare vxorẽ aliquam illi feudatario quam voluiſſet, & aliàs non conceſſiſſet, tunc locum habere videtur illud, quod dicitur in illo capitulo 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior, quæ ſit prim. cau. benefic. amit. ꝙ non poteſt contra voluntatem Domini feudum habere is cui aliter Dominus non dediſſet.
14 Fides † enim ſeruãda eſt inter Dominum & vaſallum, & conditio adiecta in datione beneficij, vt dicit Iacob. de Ardiz. in ſumma in prima part. ſub rubr. vtrum liceat dare feudum ſub pacto legis commiſſoriæ: & latè idem firmat in rubr. vaſallus amittit feudũ ſi non facit.

facit id pro quo datur, per d.§.ſed nec eſt alia. & in tit. de cap. extra ordin. §.vt inter conditionaliá,l.j. C.de dona.quæ ſub mod.in auth. de nupt. §.ſi propter.l.ſi tibi.ff.de lega.3. l.liberto. §.Lucius.ff.de annu.lega.l.j.& ij.ff.de leg.commiſſ.
15 & † quando ceſſat mens concedentis & diſponentis, etiam vtile per inutile vitiatur, vt declarat optimè Ang.in l.fi. C.de his quæ pœn. nom. per Doct.in l.j.§.ſi ſtipulati. ff.de verb.oblig. & ſic procedunt ea quæ dicta ſunt proximè cõtra opinionem Andr.de Iſern. ¶ Non obſtat, ꝙ per hoc impediatur libertas contrahendi matrimonium, in quo videtur ſtare difficultas. Nã ad hoc multipliciter reſpondetur. Primò, ꝙ iſta amiſſio & priuatio feudi non ſuccedit immediatè ex pacto, ſed ex legis diſpoſitione: quia non ſeruauit pactum, ꝑ præ-
16 allegata. Nam † licet pœnæ conuentionales non admittantur ad impediendum libertatem matrimonij, tamen ſecus eſt in pœnis legalibus, vt in l.fin.C.de ſponſal. in l.ſi ita ſtipulatio facta ſit. ff. de verbo.oblig.glo.in d.l.Titia.ff.eo. tit.& in c.ex parte. lo 2. de cõuerſ. coniugat.& in c.accedens. de procur. & latè per Imol.Paul.de Caſt. Raph. Cuman.& Iaſ.in d.l.Titia, poſt Bart.ibi. Io.And. D.Abb.in d.c.Gemma.de ſponſa. ¶ Secundò reſpondetur, ꝙ hæc inueſtitura & feudi conceſſio principaliter tendit ad effectum, vt matrimonium contrahatur, & non tendit ad impediendum matrimonium, quo caſu non habent locum allegata ex aduerſo, ſed permittitur priuatio & pœna quæ venit conſecutiuè non principaliter, ita declarat Bald.in l.fi.col.4. C.de ſponſal.ſecundum opinionem Gui.de Suz. quos ſequitur Aret. & Iaſ. in dicta l. Titia. & ſatis ad propoſitum dixit Alberic.de Roſa.in l.j. C.de in-
17 dict. vidu. toll. ꝙ † aut per huiuſmodi pacta vel pœnas inducitur irrationabile impedimentum matrimonij, & obtinent in contrarium allegata, vt in l.quoties.ff.de condi.& demonſtr. aut inducitur rationabilis ceſſatio cauſæ donandi, ſeu legandi, & tunc admittitur priuatio ſiue ademptio. argu. l.ij. ff.de his quæ pœnæ nom.l.ſi.ff.de ſecuh.nupt.l.quidam in ſuo.§.fin. ff.de cond..inſtit. eſt caſus in l.ſed ſi hoc.§.cum vir. ff.de cond.& demonſtra. per Socin.in d.l.quoties, per Io. Crot.in l.omnes populi. ff. de iuſt.& iur. & per Feli.in c.eccleſia S.Mariæ, de conſt. Sed in caſu iſto ceſſat cauſa donationis, & inueſtituræ, rationabiliter inducitur priuatio feudi; ergo non habet locum regula, de qua in iuribus contrarijs. Et per iſtam rationem cum accidiſſet caſus, ꝙ pater legauerat decem milia filiæ, ſi nupſiſſet nobili Neapolitano ex duorum amicorum conſilio, eaq; filia nupſiſſet alteri ſpretis amicis, fuit in ſacro conſilio concluſum, decẽ mi-
18 lia non deberi, ſed legitimã, † quia patris cõſilium rationabile fuerat,

nec

nec cogitauerat impedire nuptias, ſed facere honeſtiores, nec aliter eam dotem legaſſet, prout conſiderat Alberi. de Roſat. in d. l. j. arg. l. mulier. §. cum proponeretur. & l. hæredibus. §. fi. ff. ad Treb. Quod eſt notandum ad limitationem. l. filiæ. ff. de cond. & demonſt. & quę dicũtur in l. cum tale. §. reſcriptũ. eod. titu. faciunt dicta per Paul. de Caſt. in l. peto. ff. de lega. 2. Oldrad. in conſi. 16. Iaſ. in conſil. 43. vol. 3. ¶ Tertiò poteſt reſponderi, ꝙ iſto caſu non induceretur pęna dãni, ſed lucri amiſſio, cum in hãc cauſam feudum cõceſſum fuerit, quo caſu in contrarium allegata non procedunt, prout tenet gloſ. in d. l. Titia, & ibi Bar. & Iaſ. l. Titio centum. §. 1. ff. de condi. & demonſtr. Barto. in l. cum donationis. C. de tranſact. Oldr. in d. conſ. 16. incip. Thema tale eſt. Ancha. in regula. Nemo poteſt. de regu. iur. in 6. & licet Iaſ. in d. l. Titia. verſ. ſecundò limita. velit hoc non procedere quãdo eſſet magnum lucrum, per ea quæ dicuntur in l. interpoſitas. C. de tranſact. quia induceretur iuſtus metus, vt ſuprà dixi. Tamen hæc limitatio videtur contra mentem omnium & eſſet magna reſtrictio iurium, quæ pro his allegant. Nam fundamentum glo. & Doct.
19 volentium † ſpe lucri, aut ob non perdendum lucrum poſſe quem aſtringi ad matrimoniũ, procedit ex eo ꝙ lege non ſit prohibitum, immo permiſſum, cum principaliter tendat ad effectuandum matrimonium, atque ideo nõ fit differẽtia de paruo vel magno lucro, ſicut non fit differentia de parua pęna vel magna. Et propterea videt his caſib. non poſſe dici matrimonium meticuloſum, vt per Anto. de Butr. in d. c. Gemma. & probatur in d. §. cum vir. ibi, Quia magis cura liberorum, & in dicto §. Titio centum.

SVMMARIVM.

1 Filiam maritandi & dotandi onus ſpectat ad patrem.

2 Frater non tenetur dotare ſororem de iure, ſecus ui huius conſtitutionis.

3 Obligatio fratris ad dotandum non eſt neceſſaria ſed cauſatiua.

4 Patriæ mos in dotando & maritando attendi debet.

5 Matrimonia debent eſſe libera.

6 Grauamen in uno in alio releuatio.

7 Clauſula in fine poſita non refertur ad ſuperiora, quando adeſt diuerſa rō.

8 Maſculus ſi mortuo patre non tenetur dare dotem ſororibus antequàm ſint nubilis ætatis, conſequenter nec alimenta præſtare.

9 Dos ui huius conſtitutionis non ſuccedit loco legitimæ.

10 Dos conſtituenda non tranſmittitur ante nubilem ætatem.

11 Filia excluſa an faciat partem.

12 Vita & militia taxari ſolet ad inſtar legitimæ.

13 Vita & militia ſeu legitima in taxanda inſpicitur tempus mortis.

14 Fructus paragij debiti ſorori per fratrem debent computari à tempore nubilis ætatis.

Vocatus

15 *Vocatus ſub conditione ad aliquod commodum, prius debet parere conditioni.*

16 *Annorum numerus non conſideratur ad matrimonium ſed potentia & aptitudo ſe copulandi.*

17 *Neceſſitati æquiparatur magna vtilitas & honeſtas.*

18 *Matrimonium ſpirituale non dicitur contractum ante profeſſionem.*

19 *Sponſo cæleſti non nubit per ſolum ingreſſum ſed per profeſſionem.*

20 *Conſtitutio iſta an habeat locum in ſorore, quæ ſeipſam maritauit.*

21 *Principali deſtructo fit deſtructio conſequentis.*

1 SEptimò noto, ꝙ † ſicut de iure communi onus maritandi & dotandi filiā ſpectat ad patrem, l. qui liberos. ff. de ritu nup. l. fi. C. de dot. promiſſ. & ſi habeat aliunde filia, etiam ſi fuerit nupta filia tenetur dotare, etiam ſi fuerit nupta indigno, per glo. & Doct. in l. obligamur. §. leg. ff. de act. & oblig. Bal. in auth. res quæ. C. comm. de lega. Bald. & Imol. in l. j. ff. ſoluto matr. Abb. in c. pen. de raptor. glo. in c. de raptoribus. 36. q. 1. Soci. in conſ. 57. col. 2. vol. 4. ita de iure iſto ſpectat ad fratres onus non tantū dotandi, ſed etiam maritandi ſorores. Et licet iſta conſtitutio non exprimat dotem, tamē ſub verbo maritādi ſecundum facultates, includit dotem, quæ debet eſſe ſecūdum facultates, vt l. cum poſt. ff. de iur. dot. eſt caſus in l. quod autem. cod. tit. Et † licet de iure communi

2 frater, vt frater non teneatur maritare ſororem, quando haberet aliunde, vt dixi ſuprà. per glo. in l. non omni. C. de admin. tut. in l. cū plures. §. cum tutor. ff. eod. per Bal. nouell. in tract. dot. 1. part. Tamen in terminis huius conſtitutionis tenetur dotare & maritare, immo etiam ꝙ habeat aliunde, nam in ipſum fratrem tranſiuit patris hęreditas, vt conſiderat Bal. in d. l. fi. C. de dot. promiſ. & Lud. de Rom. in l. j. ff. ſol. matr. & in l. poſt dotē. eo. tit. & in ſimili ſtatuto determinat Soci. in d. conſ. 57. col. 2. Bene tamen eſt verum, ꝙ † iſta obliga-

3 tio non eſt præciſè neceſſaria, ſed vt dicunt Doct. tenetur cauſatiuè, vt ſororem excludat à ſucceſſione, quando ſoror habet aliunde: & ita in ſimilib. ſtatutis determinat Bald. Nouell. in loco prællegato. ¶ Sed hic cadit dubitatio, quando debeat maritari ſeu dotari: nam de iure communi in fratre non eſt lege cautū, in patre verò habemus legem Pau. ff. de ſtat. homi. l. ſi ita, cum ſeq. ff. de ritu nupt. not. in c. j.

4 de ſponſal. impu. Sed † certè debet attendi mos patriæ, ſecundū Bald. nouel. in d. tract. 16. priuil. De iure autem huius conſtitutionis, in vltima parte ipſius deſignatur 15. annus, & poſt 15. annum Rex dicit ſe curaturum maritare. Ergo licet præceſſerat ætas nubilis, quæ eſt in 12. anno, non antea demonſtrat debere maritari ac dotari, quàm ſuper-

ſuperueniat 15.annus. Sed poſſet reſponderi, primò ꝙ non valet conſequentia, ſeu argumentum à contrario ſenſu, ꝙ ſi Rex poſt 15. annũ curabit maritare; ergo non poterit antea petere ſe maritari;
5 quia ſequeretur abſurdũ, ꝙ † matrimonia impedirentur q̃ debent eſſe libera, vt per Andr.in prælud. conſt. q.12. per Hoſt. & Abb.in d. c.1.de ſponſal.impub.ita in ſimili rñdet Roman. in conſ.399. & 392. Secundò reſpondetur, quòd iſta vltima pars conſtitutionis loquitur in caſu quo filia ſucceſſit, & non tractamus de excludendo eã per maſculos. Quæſtio propoſita loquitur in caſu quo excluditur ꝑ
6 dotationem, q. † grauatur in vno, debet in alio releuari. l. qui in vno, ff.de reg.iur.& cum caſus differat
7 à caſu, clauſula † in fine poſita non poteſt referri ad determinationem prioris diſpoſitionis, in qua eſt diuerſa ratio, vt not. Abb. in c. Eccleſia veſtra.col.2. de elect. Bart.in d.l.talis ſcriptura.& in l. ꝑtor ait.la 2ª.ff. vi bon.rapt.Bar.& Iaſ.in l.fi.ff.de fer.Prætereà, illa verba de 15.anno referũtur ad finiendum baliatum, non quò ad maritandum, quia aliàs fruſtra fuiſſent adiecta illa verba, cũ ad nubilem ætatem, per quæ videtur hæc conſtitutio innuere, ꝙ inſpicienda ſit nubilis ætas, ne nihil operentur. §.quibus. in 1. conſt.C. cũ vulgar. Et ꝙ ſtatim adueniente nubili ætate habeat locũ conſtitutio, ponderantur verba, ibi, Debeãt maritare. Ante enim nubilem ætatem hæc verba non conueniunt, vt eſt caſus in l. hæc conditio, ibi, Nondum nubilis ætatis. ff. de condi. & demon. Sed ei quæ exceſſit 12. annũ, huiuſmodi verba conueniunt, ergo in ea debet habere locũ conſtitutio. arg. l.j.§.ſi is qui nauem. ff. de exerci. & probatur apertè in l. tali, ibi, Ne ſi aliter obſeruaremus, ff.de iure dot. & ita determinat Bart. in l.Titio.§.Titio centũ, ff.de cond. & demon. col.fin.in l. qui filium. ff.vbi pupill. educa.ſequitur Soc.in d.conſ.57.col.6.ver. confirmatur. Hæc inueſtigatio fa-
8 cit ad multa: primò, quòd † cum mortuo patre maſculus non teneatur dare ſororibus ſeu amitis dotes earũ de paragio antequàm ſint nubilis ætatis, conſequenter non tenentur eis præſtare alimenta, ſi habeant aliunde, niſi tantum poſt nubilem ętatem, & ſic debeat intelligi, quod dicit Bal.in d.l.qui filium. ff.vbi pupil. & in l.Neſennius. ff.de neg.geſt.& quæ per Socin.in d.conſil.57.& per Bald. & alios in l.de alimentis.C.de trãſac.
9 Secundò poteſt inferri, ꝙ † iſta dos non ſuccedit loco legitimæ, quia legitima debetur ſine onere etiam reſpectu temporis. l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſtã. Sed iſta dos debetur poſt nubilem ętatem, & de hoc dicetur infrà cum Andr.
10 Tertiò poteſt inferri, ꝙ † anteq̃ perueniatur ad nubilem ætatem dos conſtituenda non tranſmittatur, per ea q̃ dicuntur in d.l.Titio centum.

centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonſt. Alexan. in conſ. 13. vol. 3. & in conſ. 179. vol. 5. Neapoda. in conſuetu. Siquis, in ver. Maſculis, latè per Bal. nouell. in 1. par. quæſt. 72. Et ideo Andre. in conſtitu. Comitibus, dicit quòd quando ceſſit & venit dies paragij præſtandi, tunc eius petitio tranſmittitur ad hæredes. l. j. C. de hære. ¶ Quar-
11 tò poteſt inferri, quòd † licet dubium ſit an filia excluſa, faciat partem & augeat numerum liberorũ, vt not. in l. omnimodo, & in authent. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. & in l. ij. C. quando non peten. part. & dixi ſuprà: in quo fuit relator tantũ D. Capic. in dec. 138. Tamen ſi accideret, quòd ante nubilem ætatem filia moreretur poſt mortem patris, ſi verum eſt ante nubilem ætatem dotem non deberi, ſine dubio non deberet facere partem, & augere numerum filiorum in taxanda legitima, ſeu
12 vita & militia, † quæ taxari ſolet ad inſtar legitimæ, vt per Andr. in
13 conſt. Comitibus. Quàuis † in taxanda vita & militia, paragio ſiue legitima debeat inſpici tẽpus mortis, vt notatur in dicta authen. nouiſſima, licet in cauſa Dominæ Franciſcę ſiſcar propter fratris moram in maritando & dotãdo conſiderauimus in ſacro conſilio tempus dotationis, non tempus mortis in appretio ſtatus paterni.
14 Quintò poteſt inferri, quòd † fructus paragij debiti ſorori per fratrem debeant computari à tempore nubilis ætatis; nam etiam fructus debentur, ſeu intereſſe ob paragium non aſſignatum, vt p D. Matth. hic. not. in l. ſcimus, C. de inoffic. teſtam. in l. Papinianus. §. vnde ſiquis. ff. eod. & fuit ſæpe in ſacro conſilio iudicatũ deberi fructus vel intereſſe paragij. Sed videtur quòd ſtatim mortuo patre, filioque ſuccedere volente, ante nubilem ætatem ſororis ſuæ nata ſit obligatio de maritando per hanc conſtitutionem, ibi, Dum tamen. Quod verbum videtur referri ad tempus ſucceſſionis. l. iij. ff. de no-
15 xal. & probatur ex eo, quòd † is qui vocatur ad aliquod commodum ſiue emolumentum ſub conditione, vel ſub modo, debet ante omnia parere conditioni vel adimplere modum. l. iij. ff. de ſtatuliber. l. Mæuius. & l. quæſitum. ff. de cond. & demonſtrat. cum ſimilib. & vel per eum non ſtare quominus adimpleatur, dicta l. iij. §. non ſolũ. & l. hæreditas. eod. titu. l. qui filium, ff. de manum. teſta. cum ſimil. Et videtur filius adeundo in totum hæreditatem paternam quaſi contrahere cum ſorore, & ſe illi obligare ſecundum formã huius conſtitutionis; & ſic poteſt dici debitor ipſius in dote ſeu paragio ante nubilem ætatem. l. is cui. ff. de act. & obliga. licet ante euentum temporis nuptiarum peti non poſſit, dicta l. tali. & l. ſtipulationem. & l. in rebus, §. ſi rem, & l. ſi ego. ff. de iur. dot. vt latius in d. §. Titio. & in locis præallegatis. Et ſic ante tẽpus

nubile,

nubile, dos tanquàm debita tráſmittetur per præallegata. De tempore tamen nuptiarum inſpicienda eſt patriæ conſuetudo, vt in conſuet. noſtra Neapolitana, quæ vſq; ad 15. annum tolerat fratrem non maritare ſororem, & extra conſuetudinem plurimum valere arbitror iudicis arbitrium, qui ex qualitate puellæ vel eius opportunitate habendi parem virum cogere poterit fratrem ad maritandum ſororem poſt duodecimum annum, argu. l. primę, C. de nupt. ibi, Præſidis prouinciæ arbitrium neceſſarium eſt. & in l. viduæ. ibi, Auctoritate quoque iudiciariæ cognitionis. eo. tit. l. ſiue generalis, in fi. ff. de iur. dot. l. profectitia, eo. tit. Bart. in l. cum auus. ff. de cond. & demonſtra. Sed pone quòd ſoror nubat ante duodecimum annũ, quia malitia ſupplebat ætatem, vt in c. de illis. & in c. puberes. & in c. fin. de ſponſal. impub. an frater teneatur dotare per hanc conſtitutionem? Et videtur quòd ſic, quia non conſideratur ætas, ſed ꝙ maritetur; ergo quandocunque poterit maritari habet locum conſtitutio, ſicut in ſimili dicitur d. c. pu-
16 beres, ꝙ † non conſideratur numerus annorum ad matrimoniũ, ſed aptitudo & potentia copulandi ſe matrimonio, & not. glo. in d. c. fin. & in c. continebatur. eo. tit. Eſt benè verum, ꝙ circa lucrádos fructus dotis quádo ante nubilem ętatem quis ducit aliquam in vxorem, ſunt variæ opiniones, vt per gl. & Doct. in l. dotis fructus. ff. de iur. dot. & in l. ſi ante. ff. ſol. matri. in l. ſi pro te. C. de iure dot. Specu. in tit. de don. inter vir. & vxo. §. fi. Odofre. in d. l. dotis fructus. dicit pluries fuiſſe iudicatum, quòd lucretur fructus, & iſta faciunt ad limitationem eorum, quæ dicit D. Anto. de Alex. in conſil. impreſſo poſt conſilia Loffre. in vltima col. dum vult, ꝙ conſtitutio Regni, fratribus, non habeat locum, ſi ſoror non eſſet nubilis ætatis, quia ſi malitia ſuppleret ætatem idem eſſet, & idem puto ſi verſaretur magna vtilitas & honeſtas non nubi-
17 lis; quia † neceſſitati ęquiparatur. l. contigui. ff. de tigno iniun. c. 1. in fin. de reb. eccle. non alie. in 6. glo. in c. 1. de ſciſmat. in 6. Felin. in c. cũ omnes. col. 11. cum ſeq. de conſtit. Rom. in conſi. 35. ¶ Sed quid ſi ſoror velit ingredi monaſteriũ ante duodecimum annum, vel fuit poſita in monaſterio, in quo conſueuerunt minores duodecim annorum recipi, licet non faciant profeſſionem, an frater teneatur dare dotem? Et videtur dicendum ꝙ
18 non: quia † ante profeſſioné non dicitur contractum matrimoniũ ſpirituale: ſed eſt quędam probatio, & conſequenter non habet locum hæc conſtitutio. Primò, quia non eſt nubilis ætatis. Secundò,
10 quia † non nupſit ſponſo cæleſti per ſolum ingreſſum, ſed per profeſſionem, vt in c. licet quibuſdá, & in c. ad Apoſtolicam, & in c. ſanè. cum ſimil. de regu. & tranſlat.

N ad

ad religio. & ideo debet expectari tempus profeſſionis. Contrarium videtur verius: quia aut frater conſenſit ingredienti ſorori, & tacitè ſe obligauit ad dotem ſecundum conſuetudinem monaſterij; quia aliter non fuiſſet recepta, argu. l. oratio.ff.de ſpon.l.ij. ff.de iuriſdi. omn. iud. aut non conſenſit, & tunc eſt dicendum, quòd aut hic caſus compræhenditur ſub iſta conſtitutione, & tenetur frater ad dotem etiam ante profeſſionem, ex quo releuatur in alio, ſcilicet in quantitate dotis, vt infra dicetur. argum. l. iure ſuccurſum. ff. de iur. dot. l. qui in vno. ff. de reg. iur. Aut non compræhenditur, vt videtur ſentire Neapo. in conſuetu. Si teſtator, in verbo Paragium: de quo dicam infra latius, & tunc nulla eſſet dubitatio, quòd ſorori competit portio in hæreditate vel legitima ſine onere, ex qua poteſt monaſterio dos aſſignari non expectata profeſſione.

20 Sed † an habeat locum hæc conſtitutio in ſorore, quæ ſe ipſam maritauit, vel mater ipſius, aut conſanguinei, ſine fratre illam maritauerunt? Dubium facit, quòd iſta conſtitutio vult fratres debere maritare. Ergo ſi ſpreto fratre ſe maritauit ſoror, aut fuit maritata, non poſſunt adaptari verba ipſius conſtitutionis, & (vt dixi) de dote non fit aliqua mentio, niſi de maritando ſecundum facultates, dos venit acceſſo-

21 riè, ſed † deſtructo principali, fit deſtructio conſequentis. l.j. ff. pro dot. Ergo excluſo fratre à maritando, cenſetur excluſus à dotando. In contrarium eſt veritas. Nam ſoror non tenetur ex fratris conſenſu virum ducere. l. ij. ff.de ri.nup. l. in copulandis. & l. in coniunctione. C. de nupt. Et quòd frater teneatur maritare, eſt fauor ſororis, ſicut in patre. d. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. d. l. fi. C. de dot. promiſſ. vnde non debet in odium conuerti & operari detrimentum, d. l. legata inutiliter. cum ſimilib. ff. de leg. primò. Ideo intelligenda eſt hæc conſtitutio, quòd frater teneatur maritare ſororem ſi voluerit ab eo maritari, ſecus eſt autem ſi nolit à fratre maritari, quia ſufficit ei dari paragium, iuxta d. l. quæro. ff. de iur. dot. l. cum poſt. §. gener. & §. nuptijs. eod. titul. licèt ſit differentia in quantitate in maritata vel in maritanda, vt dicetur inferius, & hoc caſu quia non ſtabit per fratrem maritare, eſt ſatisfactum huic conſtitutioni quò ad maritandum. l. iij. ff. de condi. inſer. oportet adimplere in alio conſequenti, ſcilicet in præſtanda dote, argu. eorum quae dicuntur in l. Plautius. & in l. penult. ff. de conditio. & demonſtr. in l. ſi hæredi plures. ff. de conditio. inſtitu. facit l. qui duobus, cum l. ſequenti. ff. de conditio. & demonſtratio. & ſic ceſſat contrarium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bononum appellatione ueniunt feudalia etiam titulata.*
2 *Argumentum à rubrica.*
3 *Argumentum à præfatione.*
4 *Actum ut valeat interpretari debemus.*
5 *Interpretatio iſta prævalet cæteris.*
6 *Feudum alienans de iure feudorum incidit in pœnam.*
7 *Diſpoſitione in generali non includitur id, pro quo quis incideret in pœnam.*
8 *Animus & intentio non ſolum uerbis ſed etiam factis demonſtratur.*
9 *Feuda hæreditaria ſicut allodialia in hæreditatem veniunt.*
10 *Renunciatio tendens in fauorem proximè ſucceſſuri, reſpectu illius valet ſine aſſenſu Regio.*
11 *Euentus conſiderari debet.*
12 *Conſuetudo habet uim legis.*
13 *Conſuetudo & longeuus vſus idem operatur quòd pactum.*
14 *Renunciatio poteſt per pactum fieri & debet obſeruari.*
15 *Renunciatione mulieres excluduntur ab illis ſucceſſionibus, de quibus ſunt dotatæ.*
16 *Renunciatio valet cum iuramento.*
17 *Mulieres non debent cogi ad id, quod eſt eis damnoſum.*
18 *Nemo cogi debet ad donandum.*
19 *Donatio ſita eſt in voluntate donantis.*
20 *Conſuetudo legitima non inducitur ex eo, quòd patres & fratres ſoliti ſint inducere ſorores ſeu filias ad renunciandum.*
21 *Renunciatio debet eſſe uoluntaria non coacta.*
22 *Renunciatio filiæ reſpectu ſucceſſionis certæ perſonæ viuentis non tenet abſque illorum conſenſu.*
23 *Renunciationes vt valeant ſi fiant à volentibus ingredi monaſterium.*
24 *Renunciatio habet tacitam conditionem, ſi renuncianti ſucceſſio deferatur.*
25 *Renunciatio à religione retrahere non debet.*
26 *Renunciatio an valeat, quando confertur in tempus inhabile ad diſponendum.*
27 *Ingrediens monaſterium habet licentiam diſponendi de bonis ſuis.*
28 *Diſpoſitio auct. ſi qua mulier quando locum habeat.*
29 *Annus probationis indulgetur à iure Canonico in ſubſidium fragilitatis humanæ.*
30 *Hæreditas delata monaco immediatè acquiritur monaſterio.*
31 *Paria ſunt, aliquid fieri alicui, uel alteri contemplatione illius.*
32 *Conceſſum contemplatione alterius regulatur ab illius qualitate.*
33 *Diſpoſitio quando fit contemplatione alterius, licet verba non dirigantur ad eum, illi tamen datur actio.*
34 *Lucrum illi acquiritur, cuius contemplatione remouetur.*
35 *Diſpoſitio facta in vno caſu trahitur ad caſum ſimilem.*
36 *Conditio quando habeatur pro impleta.*
37 *Salutis æternæ nemo immemor præſumitur.*

38 Natura hominum inclinatur ad malum, & non niſi gratia operamur bonum.
39 Animo eſt immortalis & cunctis rebus præferenda.
40 Conditio, quæ uenit ex natura rei ſub intelligitur à lege.
41 Nemo dat quod non habet, nec habiturus eſt.
42 Renunciatione in generali vt ueniant bona vt acquiſita.

OCtauò nota, ibi cum
bonis omnibus, quod
1 † appellatione bo-
norum omnium ve
niũt feudalia, etiam
titulata; quia iſta conſtitutio (vt
dictum eſt) loquitur tam in bur-
genſaticis quàm in feudalibus, &
2 titulatis. Argumento † ſumpto,
à Rubrica, quæ loquitur de ſuc-
ceſſione filiorum Comitum &
Baronum, per ea quæ dicuntur
in rubr. ff. ſi cert. peta. & ſimili-
ter in nigro in præfatione dicitur,
in bonis Comitis, Baronis vel
3 militis, ſumpto † igitur argumen
to à præfatione. l. j. C. de impo. lu-
cra. deſcript. libr. 10. Diſpoſitio
iſtius conſtitutionis loquitur etiã
in feudis titulatis, & facit ad com
probationem eorum, quæ dixi ſu
pra in 4. notab. Sed dubium eſt
an in renunciatione omnium bo-
norum veniant feudalia? Et vide-
tur per iſtam conſtitutionem pro
bari quòd ſic, dum dicitur de bo-
nis omnibus, comprænhenduntur
etiam feudalia & titulata, vt dixi.

Contrarium tamen videtur tenere
Andre. de Iſern. in cap. j. de capi.
qui cur. vend. Bald. in l. volun-
tas. C. de fideicommiſſ. in Au-
then. in ſucceſſione. C. de legit.
hæredi. Aluarot. in capit. primo.
de eo qui fin. fec. agna. etiam ſi
fuerit renunciatum omnibus ſuc-
ceſsionibus & hæreditatibus, ſe-
cundum Dyn. in conſil. 2. &
Bart. in l. item videndum. §. nunc
videamus. ff. de peti. hæredi. & re
fert Loffre. in cap. j. de natu. ſucc.
feud. & pro hoc allegant text. in
d. cap. in generali, ſi de feud. de-
fun. milit. & in ca. j. de capi. qui
cur. vend. Socyn. in conſil. 74.
volum. 3. Iſta reſolutio mihi non
placet. Nam prius conſiderari
oportet, num in renunciatione
ſeu obligatione reſeruatus fuerit,
& interuenerit regius aſſenſus,
an non. Nam ſi non interuenit
tunc abſque dubio feudalia non
4 comprehenduntur, quia † debe-
mus interpetrari actum vt valeat.
l. iij. ff. de milita. teſtam. l. quo-
ties. ff. de verbor. obliga. cum ſi-
5 milib. & † iſta eſt interpretatio,
quæ præualet cæteris, dicit Paul.
de Caſt. in l. ex imperfecto, C. de
teſtam. Alex. in l. quamquam. C.
de teſta. milit. per Felyn. in ca. j.
colum. 10. de conſtitu. Areti. in
conſil. 23. colum. antepenul. Sed
ſine aſſenſu renunciatio & obliga
tio quò ad feudalia eſſet nulla, er-
go feudalia non comprehendun-
tur. Præterea, de iure feudorum
6 † alienans feuda incidit in penam.
d. c.

d. c. imperialem. & d. cap. j. quæ ſit prim. cau. benefi. amitten. in cap. primo, de milit. vaſal. qui con tra conſtitu. Lotha. cum ſimilib.
7 Sed † in generali diſpoſitione nõ includitur id, pro quo quis incideret in delictum. ca. eſtote. de regul. iur. in 6. l. quamquam. ff. de rit. nuptia. l. ſi cui. ff. de ſeruitu. l. ſi pater. ff. de his quæ in frau. credito. l. Lucius. §. penult. ff. ad municip. Deci. in conſil. 189. colum. 2. Roma. in conſil. 159. & conſil. 320. & licèt de iure conſtitu. Regni alienans non incidat in pœnam priuationis feudi. Hoc eſt verum, reuocando alienationem iure proprio, aliàs fiſcus admittitur, vt in conſtitu. Conſtitutionem diuæ memoriæ. Et ideo poteſt dici, quòd in d. cap. generali, nõ veniunt feuda, quia feudorum obligatio & alienatio nulla & prohibita eſt, nec pro hoc meretur adduci text. qui allegatur in cap. j. de capita. qui cur. ven. quia non loquitur in eiſdem terminis ſed de compræhenſione beneficij quod alius tenebat ab ipſo capitaneo vendente curiam, quod alia ratione non includitur, vt ibi not. Aut aſſenſus in huiuſmodi renunciatione fuit reſernatus & impetratus, & tunc videtur quòd feudalia includantur. Nam alia ratione ſeu reſpectu aſſenſus non reſeruatur niſi propter
8 feudalia. Animus † & intentio non ſolum verbis ſed etiam factis demõſtratur, l. gerit. & lege pro hærede. ff. de acqu. hær. cum vulg. Nec obſtat diſpoſitio dicti c. generali, quia ſtante aſſenſu ceſſat ratio ipſius. Nec obſtabit ratio. l. obligatione generali. & l. denique. C. de pigno. quia ceſſat in diſpoſitione vniuerſali, prout ſupra dixi. Nec eſt verum feuda non venire
9 in hæreditatem, quoniam † feuda hæreditaria, ſicut allodialia in hæreditatem veniũt. l. item vidẽdum. in fin. ff. de peti. hæredita. l. ſi familiæ. C. famil. erciſ. Andr. in ca. j. an agnat. & in c. j. §. hoc quoque. de ſucceſſio. feud. & in alijs locis, vt plenè per Loffre. in conſ. j. Et ſi dicatur ꝙ iſta conſideratio eſt vana. Nam huiuſmodi renunciationes aut fiunt in manibus patris, aut in manibus fratris. Primo caſu fruſtra quæritur, an compræhendantur feudalia, cum alia ratione filia excludatur à feudis, quia coniugatæ & dotatę à parentum ſucceſſione repelluntur, per conſtitu. ſequentem. Quinimmo videtur, ꝙ iſto caſu nõ requiratur aſſenſus
10 Regius; ex quo † renunciatio tendit in fauorẽ ꝓximè ſucceſſuri, reſpectu cuius valet ſiue aſſenſu, vt in cap. j. ibi per Andre. de aliena. feud. pater. & in cap. primo. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitu. & in cap. primo. §. & ſi clientulus, de aliena. feud. aut fiunt in manibus fratris, & tunc videtur facta ad liberandum fratrem, qui tenetur per iſtam conſtitu. & ſequen. ratione feudi ad paragium: Quo caſu ſimiliter va

let ſine aſſenſu: quia tollitur onus feudi, vt not. gloſ. & Andr. & D. Mathe. in conſtitu. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, immo quando frater dotat, non eſt neceſſaria renunciatio; quia excluditur à ſucceſſione per dotem, vt in iſta conſtitu. & videtur ſimiliter facta in proximè ſucceſſuros: quia frater eſt proximior tempore renunciationis. Reſpondetur ad prædicta, quòd licet repellatur filia dotata à ſucceſſione patris, tamen renunciationes, quæ ſolent fieri ſe extendunt ad alias ſucceſſiones, et reſpectu perſonarum, reſpectu quarum requiritur aſſenſus. Ad ſecundum reſpondetur, quòd ſi renunciatio fiat reſpectu paternæ hæreditatis tantum: vel in fauorem fratris tantum dum eſt proximè ſucceſſurus, procederet contrarium, quia non eſt renunciatio ſed liberatio & fit in proximè ſucceſſuros: ſed renunciationes, quæ ſolent fieri, reſpiciunt omnem caſum ſucceſsionis, ita quòd poteſt compræhendi caſus in quo renunciatio operatur effectum in fauorem alterius, qui non eſt proximè ſucceſſurus: vel etiam in fauorem ipſius fratris, quando non eſſet proximè ſucceſſurus, ut puta, quia ſoror liberos ſuſcepiſſet tempore euenientis caſus.
11 Qui † euentus debet conſiderari per text. in l. quoties. ff. de nouatio. etiam ad annullandum actum. not. in l. ſi filius. ibi Bar. ff. de verbor. obligat. & per eundē & Moder. in l. ſi is qui pro empto re. ff. de vſucap. & in illis caſibus, in quibus aſſenſus non requiritur, ſimiliter dico, feudalia comprehendi propter verba vniuerſalia, & geminata, ceſſante regula & ratione illius, de qua in d.c. in generali. Vt autem non obſtante dicta renunciatione poſsit admitti, ad ſucceſsionem fratrum vel nepotum ex alijs rationibus, non eſt præſentis conſtitutionis, ſed ſequentis & ad ea quæ ibi dicentur me remitto, & quæ per Loffre. in cap. primo. de natu. ſucc. feud. per Moder. & alios in l. fin. C. de pact. Et ego aliàs allegaui in fauorem D. Portiæ Ferramoſchæ, quę renunciauerat, volentis ſuccedere fratri ſupra Comitatu Mignani, & dixi aliquid ſupra. Sed hic cadit dubitatio. Nunquid filia vel ſoror quando maritatur à patre, vel à fratre; ſecundum iſtam conſtitutionem poſsit cogi ad renunciādum omnibus ſucceſsionibus etiam fraternis, maternis, & auitis, & alijs quibuſcunque, deuolutis & deuoluendis, non obſtante enormiſsima læſione. Itaque poſsit dicere pater, vel frater, filiæ vel ſorori, ego volo dare paragium, ſeu dotem, ſed tu facias mihi ampliſsimas renunciationes ſecundum communem formam. Dubium facit. Nam conſueuerunt ſimiles renunciationes fieri per filias & ſorores, quæ maritan-
12 tur in Regno. Hæc † conſuetudo habet vim legis & debet ſeruari

§. ex

§. ex non ſcripto. Inſtitu. de iur. natur. l. de quibus. ff. de legibus & (vt dixi) per conſti. puritatem, & conſtitu.vt vniuerſis.prouiſum eſt, quòd in defectu conſtitu. iudicetur ſecundum conſuetudines
13 approbatas. Præterea, iſta † conſuetudo & longęuus vſus idem operatur, quod pactum, ſecundum gloſſ. in rubr. C. de decret. Decurio. libr. decimo. Bald. in l. liberti libertæque. de oper. libertorum. l. prima. C. de ſeruis fugiti. per Andre. in conſtitut. ſiquis
14 in poſterum. Et † hoc poteſt per pactum fieri, & debet obſeruari, vt in cap. quamuis. de pact. in 6. l. pactum quod dotali. C. de colla. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obliga. Ergo virtute conſuetudinis debet fieri & obſeruari. In contrarium tamen facit, quòd immo non eſt conſuetum niſi ex pacto præcedenti in capitulis matrimonialibus, voluntate accedente renunciantis, & aliàs non conſueuerunt cogi ad huiuſmodi renunciationes, & ſic ceſſat fundamentum
15 contrarium. Præterea, per † renunciationes mulieres excluduntur ab illis ſucceſsionibus, de quibus dotatæ non fuerunt, contra iuris diſpoſitionem, & contra dictam Regiam pragmaticam, &
16 † valet renunciatio cum iuramento, per cap. quamuis. de pact. in 6. vt tenet Areti. in l. fina. C. de pact. Alexan. in conſil. 125. colum. 8. vol. primo. Et fortaſſe renunciatur magnis ſucceſsionibus pro nihilo, dico pro nihilo. Nam paragium reſpicit hæreditaté patris, & renunciatio fit de alijs, de quibus nihil datur. Itaque mulieres enormiter læduntur. Ergo
17 † non debent cogi ad id quod eis eſt damnoſum, licet eſſet vtile alteri, vt not. in l. 2. ff. ſol. matri. argum. l. primę. §. denique. ff. de aqua plu. arcend. nota. in l. quominus, per Iaſo. ff. de flumi. Præterea, iſta renunciatio reſpectu ſucceſsionum deuolutarum, & deuoluendarum eſt pura donatio, quaſi dos data à patre, ſeu à fratre, non excedit paragium ſiue legitimam, quæ aliàs competeret in bonis paternis, tenet Socyn. in conſ. 245. volum. 2. Deci. in conſil.
18 246. Sed † ad donandum nemo cogi debet, quia non ex neceſsitate, ſed ex liberalitate proficiſcitur. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. l. prima. ff. de dona. & dicit text. in l. in hac. C. de dona.
19 ipſa † donatio ſita eſt in voluntate donantis, & eſt caſus in l. nec ignorans nec inuitus. C. eo. & in l. donari. ff. de donatio. in l. donari. ff. de regul. iur. ergo filiæ ſiue ſorores non poſſunt cogi ad faciendum renunciationes & ceſſiones, niſi tantummodo ad quietandum de dote recepta: quia ſuam portionem receperunt, vt dicit Roma. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæredi. & dato quòd patres ſeu fratres ſoliti ſint inducere ſorores ſeu filias ad renunciandum

ciãdum, & ad hoc obligari faciunt
20 viros, non poteſt dici † quòd per hoc ſit inducta legitima conſuetudo, per ea quæ dicuntur in rubr. & c. fi. de cõſuetu. in d. l. de quibus, & in c. cum acceſſiſſet. de conſtitu. in prima parte, feud. prima q. 8. fall. & ideo talis vſus contra ius alterius nõ debet alijs nocere, ſecundùm Andr. de Iſer. in prælud. conſtitu. & ibi per D. Mathe. q. 12. Vltimò pro hoc videtur caſus in d. ca. quamuis. de pact. ibi. Non vi, er
21 go † renunciatio debet eſſe volũtaria, & nõ coacta, aliàs nõ valet nec promiſſio nec iuramentum; facit text. in cap. licet mulieres, de iureiuran. in 6. in c. cum contingat. eo. tit. in ca. Abbas, quod met. cau. in c. ſi verò. de iureiuran. & propterea nõ ſolum coactio debet abeſſe, ſed etiam reuerentia nocet, vt in l. j. §. quæ onerãdæ. ff. qua. rer. actio nõ d. per Andre. in d. cap. j. de natu. ſucceſſ. feud. vt dixi ſupra in euiden. Et ex his poteſt inferri quàm optimè ſe gerant parentes & fratres erga filias & ſorores qui eas ignorãtes, ne dicam inuitas ad renunciãdum inducũt in ampla forma, dum eis id tãtum aſſignãt, quod iure debetur. Sed hæc culpa in viros reijcienda eſt, præſertim ſi vxores minores fuerint, pẽdeãtque ab eorum conſilio, quin reſtitutione ſuccurratur, vt not. in d. l. prima. C. de pact. ibi Purpura. in quarta & quinta colum. & per Cuma. in cõſil. 114. in 3. dub. & in iſtis renunciationibus aduertẽ-
22 dum eſt, quòd † quãdo filia vel ſoror renũciat reſpectu ſucceſſionis & hæreditatis certæ perſonæ viuẽtis, ut puta ſucceſſioni matris, quę viuit, ac ſucceſſioni fratrum viuẽtium, tũc ſine illorum cõſenſu renũciatio nõ tenet, per text. in d. l. fi. licèt reſpectu ſucceſsionis incertæ & in genere valeat, l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio. Ita tenet Gemi. in d. c. quamuis, de pact. Alexand. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verborum obliga. Socy. in cõſil. 74. colum. 2. volum. 3. Anchara. in cõſ. 39. Alex. in cõſ. 155. colum. 3. volum. 7. quicquid aliter tenuerit Georg. Nat. & Peruſ. in d. cap. quamuis, vt latè per Purpura. in d. l. fi. in 7. ampliatio. Ideo cautela eſſet, quòd in inſtrumẽto renũciationis adnotaretur de ſciẽtia & cõſenſu iſtarum perſonarũ. Sed poſtquam dixi huiuſmodi renũciationes valere iuxta text. in d.
23 capit. quamuis, vtrum † valeãt ſi fiãt à volẽtibus ingredi monaſterium, vel ingreſsis ante profeſsionem? prout quotidie videmus fieri in hac ciuitate, vbi plures ſunt moniales quàm nuptæ? Et licèt Bart. & Bald. in d. l. fi. C. de pact. videãtur velle, quòd valẽt & præiudicatur monaſterio. Tamen Socy. in l. 2. ff. de his quæ pęn. nomi. & in cõſ. 84. volum. 2. latè tenet quòd per renũciationẽ nõ præiudicatur Monaſterio, & quòd eueniẽte caſu ſucceſſionis eam petere ſucceſſionem poterit nõ obſtãte renũciatione: & dicit ita tenere Ang. in diſp.

ſua

ſua. Nobilis quidam genere; mo-
uetur in effectu Socy. Primò,
24 ꝙ † iſta renũciatio habet tacitam
conditionem, ſi ſibi rẽnuncianti
ſucceſſio deferatur, vt ſupra dixi,
ſed ſibi non defertur ex quo repe-
ritur monialis, ſed defertur mo-
naſterio, ergo renunciatio non
25 obſtat. Secundo, quoniam † per
renũciationem poſtea retrahitur
à religione, contra text. in §. ſed
hoc præſenti, in Auth. de ſantiſ.
Epiſcop. coll. 9. Tertiò mouetur,
26 quòd † tempus, ad quod confertur
renunciatio, ſcilicet ad tempus
delatę ſucceſſionis, reperitur inha
bilis ad diſponendum: quia non
poteſt præiudicare monaſterio,
ergo renunciatio non poterit ex-
cludere monaſterium. per text. in
d.l. Deo nobis. C. de epiſcop. &
cleri.& hanc opinionem ſequi vi-
dentur Lancellot. Deci. in d.l.fin.
Corne. in conſil. 272. vol. 3. Pur-
purat. verò pro concordan. opi-
nio. in d.l. fin. facit tres caſus, in
hoc articulo ut per ipſum: mihi
verò videtur, opinionem Bar. poſſe
defendi ſimpliciter, quòd tam ſi
filia abſolutè renunciet, ſi mo-
naſterium ingrediatur, ſiue non
ingrediatur, quã ſi renunciet ſi
monaſterium ingrediatur manẽs
extra monaſterium, quàm etiam
ſi fuerit ingreſſa ante profeſsionẽ,
renunciatio operetur effectum:
moueor per text. in Authen. de
monacis. §. illud, quem pro hoc al-
27 legat Deci. in cõſ. 31. ꝙ † is qui in-
greditur monaſterium, habet licẽ-
tiam diſponendi de bonis ſuis
quomodo voluerit, & eſt re aſsũ-
ptus in authen. Nunc autem, C. de
epiſcop. & cleri. & ita tenent Bar.
Bal. & Iaſ. in Authen. ſi qua mulier
28 C. de ſacroſanct. Eccle. Nam † di-
ſpoſitio illius auten. ſi qua mulier,
locum habet, quando quis iam
eſt effectus monacus per profeſsio
nem tacitam, vel expreſſam, vt de-
clarat gloſſ. in authen. ingreſsi.
in princ. eod. titul. Sed ante pro-
feſsionẽ bene poteſt de rebus ſuis
diſponere: quia adhuc non eſt
monacus, per d. authen. Nunc
autem, & tenet gloſſ. expreſſa in
c. non ſolum. in verbo. inditijs.
de regul. & tranſ. ad relig. lib. 6.
quicquid dicat Deci. in d. conſil.
86. colum. 5. verſic. præterea, in
contractu, malè, cum reueren-
tia loquitur, quòd ante profeſsio-
nem bona ingreſsi ſint quæſita
monaſterio, vt not. etiam quæ-
dam additio ad d. cõſilium. Nam
d. authen. ingreſsi. & c. quia in-
gredientibus. de teſta. loquuntur
quando ingrediendo, tacitè, vel
expreſsè profitentur, nõ expecta-
29 to anno probationis † qui de iu-
re canonico indulgetur in ſubſi-
dium fragilitatis humanæ: ut eſt
caſus in d.c. non ſolum, & ſic po-
teſt diſponere in eum caſum, &
in id tempus in quo non eſt futu-
rus Dominus, ſcilicet in caſum &
tempus monacatus. Ergo ſequi-
tur, quòd licèt filia vel ſoror re-
nunciet futuris ſucceſsionibus de-
uoluendis ſibi tempore quo erit
monialis,

monialis, valebit renunciatio & ceſsio, ac pactum de non ſuccedendo: quia fit iure permittente: at non acquiritur monaſterio id quod antea reperitur diſpoſitum, vt expreſsè dicitur in d. authen. Nunc autem. ibi, iudicio eius ceſſante lege diſponitur. Nec eſt differentia inter bona præſentia & bona futura. Nam quò ad diſponendum, nulla eſt differentia inter quemlibet Laicum & hanc, quæ voluerit ingredi monaſteriũ. Patet: quia nõ eſt reſtricta eius poteſtas. l. præcipimus. C. de appella. Ergo ſicut Laycus quilibet poteſt renunciare cum iuramẽto ſucceſsionibus deuoluendis. d. cap. quamuis. de pact. eodem modo poterit hæc, quæ voluerit ad religionem tranſire ſeu facere profeſsionem. Non obſtant prædicta: quòd renunciatio habet tacitam conditionem. Quia reſpondetur, quòd data pro vera opinione
30 Socy. quòd † hæreditas delata monaco acquiratur immediate monaſterio, de quo dixi aliquid ſupra. Et contrarium tenent aliqui, & reſpondet Purpura. in d. l. fina. Tamen verum erit ex cauſa & contemplatione monaci deferri & acquiri monaſterio. Patet ex text. in l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cleri. & patet etiam: quia mortuo monaco nihil acquiritur mona-
31 ſterio. Sed † paria ſunt ex perſona & contemplatione alterius aliquid diſponi & fieri in fauorem alicuius, ſicut ſi fieret & acquireretur per eundem, cuius contemplatione diſponitur, l. peto. §. mater. ff. de lega. ſecundo. l. à patre. ff. de lega. 3. conſuluit Bar. in conſil. 26. Bart. Imol. & Moder. in l. cum filiofamilias. ff. de lega. primò, & ideo conſuluit Ludo. de Ro. in conſil. 498. colum. 4. quòd
32 † diſpoſitum & cõceſſum cõtemplatione & cauſa alterius, regulatur & habet eadem priuilegia quę habet illud tale cuius cauſa cõcedi
33 tur & diſponitur. Immò † quãdo diſpoſitio fit cõtemplatione alterius, licèt verba nõ dirigãtur ad ipſum, illi tamẽ datur actio l. fideicommiſſa. §. interdum. ibi gl. ff. de lega. 3. Paul. de Caſt. in cõſil. primo. volum. 2. in nouis. in ad-
34 di. Roma. cõſ. 32. ſicuti † quãdo quis remouetur à lucro cõtemplatione alterius. Illi acquiritur, qui eſt in cõtemplatione l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his qui-bus vt indignis. l. pe. C. de legat. l. cum emãcipati. §. ſi duo. ff. de colla. bonor. Bar. in l. 2. §. ſed videndum. ff. ad Tertull. Paul. in d. cõſil. primo. Ergo eodem modo renũciatio operabitur effectum ſicut ſi ſibi fuiſſet delata ſucceſsio: quia eius cõtemplatione acquiritur monaſterio. Tãto fortius, quòd iſta acquiſitio procedit ex facto renũ-
35 ciãtis: quo caſu † diſpoſitio facta in vno caſu trahitur ad cauſam ſimilem: vel æquipollentem etiam fictam; l. ſi cognatis, ibi Bar. in 3. col. ff. de rebus dub. quem refert & ſequitur Clau. in l. Gallus. §. &

quid

quid ſi tãtum. colum.3. ibi, duos tamen caſus.ff.de liber. & poſthu. & quia facto ipſius renunciantis non defertur ſibi ſucceſſio ſed mo naſterio, reſultat aliud, videlicet ꝙ
36 † iſta conditio habetur pro impleta, ac ſi ſibi ſucceſſio delata eſſet l. in executione.§. fin.ff.de verbor.obliga.l. iure ciuili. ff.de conditio.& demonſtra. l.iij. ff.de con di. inſert. Non obſtat ſecundum,
37 quia reſpondetur, quòd † iſta prę ſumptio hominis, quòd retraheretur à religione, ut non amittat bona, eſt contra iuris præſumptio nem, per quam nemo pręſumitur immemor ſalutis æternæ. l. merito.ff.pro ſocio.l.fi. C.ad leg. Iul. repetun. c. ſancimus. prima q. 7. ca. ſignificaſti. lo ſecondo. de ho
38 mici. lib. 6. Nam † licèt natura hominum inclinetur ad malum, & non niſi gratia operemur bonum, ſecundum glo.in c. omnis ætas. 12. q. prima. non tamẽ præſumitur quis velle peccare, & facere malum, ſecundum Bald. in l. j. in princ. ff.de poſtulan.& propterea non eſt præſumendum ꝙ quis velit pro rebus tranſitorijs, quæ ſunt bona, vt in ca.ſuſcepimus, de homicid. præiudicium facere ani
39 mæ ſuæ † quæ eſt immortalis & cunctis rebus præferenda. l. ſanci mus. C. de ſacroſanct. eccle. Ideo talis præſumptio ommittendi ſtatum monaſticum pro bonis non eſt facienda. Et ſic ceſſat argumẽtum de d. §. ſed hoc præſenti. Et propterea confunditur diſtinctio Purpura. in d.l. fi. in ſecundo caſu. Dum quis manens in ſeculo, renunciet, ſi monaſterium ingrediatur: quia non debet præſumi, nec text. talem præſumptionem admittit, quòd retrahatur à monaſteriò ob non perdenda bona. Et ſi talis præſumptio de iure pro cederet, nũquam poſſet ante monacatum de bonis ſuis diſponere, & ab illis abſtinere, cõtra iura præ allegata. Et eſt tex.in c. ſicut, ibi. Nec bonis ſuis vti ceſſauit. de regul. & tranſ. ad relig. Non obſtat tertium, ꝙ diſpoſitio conferatur ad tempus inhabile, in quo præiudicatur monaſterio. Nã ad hoc reſpondetur multipliciter. Primò, ꝙ hoc de iure permittitur, per tex. in d.§.illud etiam. & in d.authen. Nunc autem, ibi, ceſſante iudicio, confertur enim diſpoſitio & teſtamentum in tempus, quo futurus eſt monacus, & tamen quia fit ante monacatum valet. Secundò reſpondetur, ꝙ ex illa tacita conditione, ſi ſibi ſucceſſio deferatur, non ſuſpenditur tanquam diſpoſitio conditionalis, vt probatur cõcluſio.l.quoties.ff. de noua.& quæ dicuntur in l. ſi filius. ff.de verb. obligatio. & per Bart. in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucapio.prout
40 Socy. allegat. Nam dico, ꝙ † iſta eſt conditio, quæ venit ex natura rei renunciatæ, vt reſpiciat tẽpus futurum: quia renunciatur hæreditatibus deuoluendis: quia ſubintelligitur ex diſpoſitione legis:
41 quia † nemo dat, quod nõ habet

nec

nec habiturus eſt, quibus caſibus conditio non ſuſpendit, vt declarat Bar. in l.prima. ff. de condi. & demonſtra.col.2.in medio. & col. 6. verſic. 4. principaliter & col. 7. verſic. ex his. & in l.conditiones, quæ extrinſecus. ff. eo. tit.l.in illa. §. fi. ff. de verb. oblig. l. ſi pupillus. §. ſub conditione. ff.de nouatio.not.in l.3. ff.de lega.primò, faciunt, quæ per Moder. in §. duo fratres. Ideo non habet locum illa concluſio, quòd inſpiciatur tēpus euenientis conditionis, ſed debet inſpici tempus factæ renunciationis. Tertiò reſpondetur, non eſſe verum, quod cōſiderat Socy.
42 ꝙ † in iſta generali renunciatione veniant bona vt acquiſita: quia propriè iſtud eſt pactum de non ſuccedendo, ſecundum terminos d. c. quamuis. d. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. d. l. fi. C. de pact. & per renunciationem tollitur è medio ipſa renuntians, taliter ꝙ habetur pro mortua, nec aliquid ei amplius eſt quærendum. Ita declarat Paul.de Caſt. in l.planè. §.ſi duobus.col.5.ff.de lega.j. quem refert Capici. in deciſ. 158. eſt caſus in c.j.de eo qui fin.fecit agna. Abdicat enim ſe à numero eorū qui ſuccedere poſſunt, ſicut dicimus in emancipatis de iure 12. tabularum, vel in adoptatis, vt in §. ita demum. inſtitu.de hæredi.quę ab inteſta. cum ſimilibus, ideo ſicuti extranea, vel aliàs inhabilis ad ſuccedendum effecta, antequam profeſſionem fecerit, nihil eſt quod petere poſſit monaſterium: ex illius perſona, nec damnum propterea ſibi illatum, cum nihil ſit quærendum, nec acquiſitum, dicit & ſentit Alcia.in l.fi.C.de pact. Et certè ſi vera eſſet ratio Socy.nullo caſu diſtinctio Purpura. procederet. Pro cautela tamen aſſenſus prælati cum conuentu optimum erit adhiberi, ſecundum Deci. in prærallegato conſ. & Purpura. in d. l. fina.

F I N I S.

Clariſsimi Viri

IOANNIS THOMAE MINADOI

Conſilium Primum.

SVMMARIVM.

1 Jus naturale primeuum conſiderari in materia ſucceſſionis.

2 Jus iſtud eſt commune etiam brutis.

3 Jus gentium duplex.

4 Jure gentium primeuo filij æqualiter ſuccedunt.

5 Jus gentium primeuum qua ratione difert à ſecundario.

6 Natura nullam differentiam facit inter ſexum maſculinum & fœmininum.

7 Feudum eſt inuentum iure ciuili.

8 Feudum eſt beneficium tribuens gaudium capienti.

9 Reges olim electione non ſucceſſione fiebant.

10 Deus vnus pater vniuerſi.

11 Caput in homine principalius.

12 Anima noſtra habet plures potentias. Rationalis principalis eſt.

13 Ars imitatur naturam.

14 Reip. melius per vnum, quàm per plures conſulitur.

15 Negocia ſegnius plures expediunt.

16 Primogenitus propter populi quietem ſuccedit in Regnò. Etiam iure diuino num. 17.

18 Primogenitus tenetur præſtare alimēta ſecundogenito.

19 Filij æqualiter ſuccedebant in feudo iure feudorum.

20 Feuda diuerſarum ſpecierum.

21 Legem dicere vnuſquiſque rei ſuæ poteſt.

22 Contractus ex conuentione legem accipit.

23 Nemo compellitur dare.

24 Feuda dignitatum indiuidua, quia aliàs corrumpuntur. nu. 25.

26 Diuiſio in indiuiduis non eſt diuiſio ſed corruptio.

27 Jus Longobardum filios æqualiter vocat ad feuda dignitatum.

28 Conſuetudo viget vltra montes, vt primogenitus admittatur & ſuccedat.

29 Conſtitutio. Vt de ſucceſſionibus, quæ præfert primogenitum, corrigit omnia iura.

30 Verba conſtitutionis vbi ceſſant, ceſſat & diſpoſitio.

31 Vita & militia debetur loco legitimæ.

32 Priuilegium cum onere annexo tranſit ad accipientem.

33 Actum quando aliquis facit, ſe aſtringit legi de illo actu loquenti.

34 Fictio non recipit probationem in contrarium.

35 *Priuilegium ciuilitatis aliquis acceptans cenſetur ſe obligaſſe omnibus oneribus ciuium.*
36 *Ratio quando vna ſola allegatur, habetur pro expreſſa.*
37 *Ratio ſtatuti eſt anima ipſius.*
38 *Mens & legis ratio non differunt.*
39 *Rationem magis quàm verba legis attendimus.*
40 *Homo conſtituitur ex anima & corpore.*
41 *Anima præfertur corpori.*
42 *Ratio eſt velut genus.*
43 *Statutum loquens de vno caſu & ponens rationem generalem, loquitur gratia exempli.*
44 *Vita & militia ſuccedit loco partis ſibi debitæ.*
45 *Exempla non reſtringunt.*
46 *Statuto ſtante, quòd frater excludat ſororem, intelligitur ratione conſeruandæ familiæ, propterea extenditur ad nepotes.*
47 *Legis quando conſtat de ratione, licet offendere verba.*
48 *Ratione non ſcripta etiam poſſumus recedere à verbis legis.*
49 *Ratio in ſtatuto licèt non exprimatur illa coniecturanda eſt.*
50 *Statutum in vno cenſetur in alio ſtatutum, quando veriſimiliter idem ſtatuiſſent.*
51 *Verbum patris, aliquando ſignificat aſcendentem.*
52 *Frater maior ſuccedens in feudo antiquo tenetur dare vitam & militiã ſecundogenitis.*
53 *Nepos ſicut ſuccedit patruo, ita è contra.*
54 *Inueſtituræ forma communis in regno eſt. Concedimus ſibi & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus.*
55 *Deſcendentes ex fœmina aliquando dicuntur de caſata matris.*
56 *Legitima non debetur in bonis fratris.*
57 *Legitima eſt quota bonorum.*
58 *Vita & militia non eſt quota bonorũ ſed fructuum feudi.*
59 *Legitima detrahitur ex bonis teſtatoris à ſubſtantia & corporibus hæreditarijs.*
60 *Feuda dignitatis ſunt indiuidua.*
61 *Legitima eſt perpetua & tranſit hæredes.*
62 *Legitima, quæ debetur aſcendentibus eſt de iure naturæ: ſed meta & quantitas eſt de iure ciuili. 63.*
64 *Vita & militia non debetur iure naturæ ſed eſt introducta à iure ciuili.*
65 *Subrogatum debet eſſe ſimile ei, cui ſubrogatur.*
66 *Alimenta debentur iure naturæ. Et ea quæ debentur filijs, nu. 61.*
68 *Legitima non debetur de hæreditate tranſuerſalis.*

1 PRæmitto, q. † in materia ſucceſſionis. Primò poteſt conſiderari ius naturale pri
2 meuum, & † q̃a iſtud ius eſt commune etiam brutis, non eſt præſentis ſpeculationis de hoc iure, quid ſit, quærere, ſed vide text. in l. j. §. ius naturale. in primo reſponſo. ff. de iuſti. & iur. Secundum ius eſt, ius gentium,
3 quo gentes humanæ vtuntur. † Et hoc

hoc eſt duplex, primeuū, & iſtud ius habuit principium cum ipſo genere humano, vt eſt text. in l. prima ibi, & quia. Antiquum ius gentium, cum ipſo genere humano perditum eſt. ff. de acquirendo rerum domi. & in §. ſingulorum. in vltimo reſponſo, ibi. Quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit. inſtitu. de rerum diuiſio. & de hoc loquitur text. in l. prima. §. fina. ff. de iuſti. & iur. & hoc ius competit ſolis hominibus, non etiam brutis, vt in d. §. fina. ſi conſideramus hoc ius,
4 iſto † iure filij ſuccedebant ęqualiter, & etiam alij exiſtentes in pari & potiori gradu, ceſſantibus filijs, & de iſto iure non erat inuenta adhuc primogenitura, ſed ęqualiter omnes filij ſuccedebant. Et hoc fuit primum ius, quod fuit traditum creaturæ rationali, ab ipſa natura, vt probant iura ſuperius allegata. Secundò modo fuit ius gentium ſecundarium, & de hoc iure ſunt condita regna, diſtincta Dominia, & collata ædificia. Et de hoc iure propriè loquitur tex. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti.
5 & iur. Et † differt hoc ius à primo iure gentium: quia illud generi humano fuit traditum à natura vt ſupra fuit dictum. Hoc verò ius ſecundum humanæ gentes ſibi conſtituerunt, vt eſt caſus vbi hoc declarat Imperator, in §. ius autem gentium, ibi. Nam vſu exigente & humanis neceſſitatibus, gentes humanę iura quædam ſibi conſtituerunt. Bella enim &c. inſtitu. de iure naturali, & (vt plurimum) hoc fuit inductum contra naturalem æquitatem, & eſt correctiuum prioris in multis. Nam Bella introduxit, captiuitates & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri contrariæ, vt dixit Imperator in d. §. ius autem gentium. & in d. l. ex hoc iure. ius gentium primeuum naturali ratione fuit inductum, vt in §. quod verò naturalis. inſtitu. eo. Et de iſto iure filij æqua-
6 liter ſuccedebant, cum † natura nullam faciat differentiam inter ſexum maſculinum & fęmininū: neque inter primogenitum & ſecundogenitum, ſed omnes æqualiter vocantur ad ſucceſſionem. vt in l. ſcripto. ff. vnde libe. l. cum ratio. ff. de bon. damnato. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamen. & l. maximum vitium. C. de liber. præterit. & in l. lege duodecim tabularum. C. de legiti. hæredita. & in authen. de trien. & ſemiſſ. §. hoc nos. Et de iſto iure naturali adhuc non erant inuenta feuda formaliter.
7 Quia † feudum eſt inuentum iure ciuili, & eſt nouus contractus, prout dicunt omnes feudiſtæ in præludijs feudorum, & Bartol. in l. iuriſgentium. §. quin immo. in penulti. colum. ff. de pact. quem ibi ſequuntur Docto. erant tamen iſto iure feuda non tamē ſpecificè & formaliter,

neque acceperant nomen feudi.
8 Quia † ſi feudum eſt beneficium tribuens gaudium capienti &c. Et hoc beneficium erat etiã olim omni tempore, & tamen in iſtis beneficijs æqualiter ſuccedebant. Procedente tempore, poſtquam fuerunt cõditæ vrbes & ciuitates, ortæ ſunt diſcordiæ inter ciues. Nam potentiores minus potentes opprimebant, & tunc ciues cęperunt eligere ſibi Reges, vt potentiorum conatibus obſiſterent, iniuriaſq; illorum propulſarent, in hoc Regno pręficiebatur vnus, cui omnes parebant. Nec à principio inter filios Regis de princi-
9 patu oriebatur contentio † quia electione & non ſucceſſione fiebant, ſicuti & hodie videmus in Regno Romanorum. Et hoc fuit introductum exemplo naturæ. Nã
10 † ſolus vnus eſt Deus pater vniuerſi: videmus etiam in homine.
11 Nam † licèt conſtet ex coniunctione plurium membrorum, tamen caput principale omnibus, & non habet homo niſi vnicum caput. Si enim plura haberet monſtrum eſſet. l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. homi. cap. quoniam pleriſque. de offi. iud. ordina. Et
12 † licèt anima noſtra habeat plures potentias, iraſcibilem, concupiſcibilem & rationabilem. Pars illa rationalis principalior eſt cæteris, & vnus apis principalior cæteris, & omnes gentes ſequuntur vnum, ſeptima quæſt. prima. capit. in Apibus, & (vt dixi) in toto orbe, Deus omnium factor principaliter. vt ait Philoſophus
13 duodecimo Metaphy. Et † quia ars imitatur naturam, ut in §. minorem. inſtitu. de adoptio. populi exemplo naturæ elegerunt ſibi Regem vnum, cuius manu omnia gubernantur, vt dicit tex. in l. prima. in princip. ff. de origine iuris, verum quia in electione multæ oriebantur ſeditiones & & diſcordiæ, conſuetudine introductum eſt, ut de cætero Rex non electione ſed ſucceſſione fieret in multis partibus mundi. Et
14 † quia Reipublicæ melius per vnum q̃ per plures conſulitur. vt eſt text. in l. ſecunda. §. deinde quia difficile eſt. ff. de origi. iur. & hoc eſt, quod dixit Philoſophus, quòd etiam vniuerſi nolunt malè diſponi, pluralitas principatus non eſt bona: vnus ergo Princeps. Et hinc videmus, quòd quando tutela eſt delata pluribus, vni decernitur adminiſtratio; &
15 eſt ratio: quia † [*Segnius expediunt commiſſa negotia plures.*] vt in l. tertia. ff. de adminiſtratio. tuto. Et propterea Roma non potuit ſufferre duos Reges, vt in l. fi.
16 ff. de rerum diuiſio. Et † hac ratione attenta propter vnionem, quietem & pacem populorum ſolus primogenitus Regis ſuccedit in Regno, & totum Regnum iſto caſu eſt legitima illius primogeniti, vt declarant Hoſtien. Ioan. Andre. D. Cardi. Ioann. de Lignano, Petrus de Ancha. D. Abbas

bus Canoniſtæ in capit.licèt,extra de vot.& Andre.de Iſer. in conſtitu.dignũ. per rationes, de quibus per Oldra. in conſ. ſuo 94. & hoc approbatum eſt lege Diuina, vt
17 declarat Oldr. in d.conſil. Et † licèt in Regno ſolus primogenitus ſuccederet etiã iure diuino, vt patet Geneſi 25. & 27. c. & ad Hebr. c.12.& per glo. in c.quàm periculoſum.7.q.j. & declarant Canoni-
18 ſtæ in d.c.licèt. De † iſto etiam iure primogenitus tenebatur præſtare alimenta ſecundogenito, vt dicit Io. Andr.Petr.de Ancharan. & alij Canoniſtæ in d.c.licèt. ſuperuenit poſtea ius ciuile Romanorum.Et de iſto iure filij etiã æqualiter ſuccedebant, vt in d.l. maximum vitium. C. de liber. præter. & in d.authen. de trien. & ſemiſſ. §. hoc nos, & in d. l. lege duodecim tabularum. C. de legit. hære. Poſt receſſum Coſtãntini ex vrbe Bizantio, cępit paulatim declinare imperium Romanorum, & in iſta tertia parte Europæ facti ſunt multi Reges,& diuiſæ ſunt iuriſdictiones, & iſti cęperunt ſibi facere Comites,Marchiones& Duces,quos fecerũt ſuos Capitaneos. Et ab iſtis creati ſunt Valuaſores maiores, minores & minimi deinceps, vt patet in c. j. qui feud.dar. poſſ. & in ti.de feudo Marchiæ.& in ti. quis dicatur Dux. Et Paulatim facta eſt decima collatio feu-
19 dorum, & † de iſto iure filij ęqualiter ſuccedebant in feudo,vt in c. primo. de ſucceſſ. feud. & in cap. omnes filij, ſi de feud.fue.controuer. Item nepotes cum patruis pariter admittebantur. vt capitul. primo. §. is vero. de grad. ſucceſ.
20 in feu. & † quia ſunt diuerſarum ſpecierum, & quędam ſunt feuda regalia, quę habẽt annexam dignitatem, ſicut eſt feudum Comitatus, & in iſtis feudis à principio non dabatur ſucceſſio, ut in c.1.in prin. de feud. Marchi. & ibi Andre. de Iſer.niſi in inueſtitura feudi fuerit expreſſum, quòd tranſeat ad filios & deſcendentes. In iſtis feudis ſancitum eſt per Fędericum Imperatorem, quòd primogenitus ſuccedat, vt in c. Imperialem.§.præterea ducatus, de prohibi.feud.aliena.per Feder.& hoc eſt ſatis conueniens iuri & rationi. Nam Rex quando creat aliquem Comitem & ei dat aliquas terras in feudum Comitatus & apponit pactum, quòd maior natu maſculus præferatur fęminæ & fratribus minoribus,hoc pactum eſt appoſitum rei ipſius concedentis; &
21 † rei ſuæ poteſt vnuſquiſque legem dicere.l.perfecta.C.de dona. quæ ſub modo,& l. cum à ſocero. C.de iur.do.cum ſimilib.facit tex. in l.in re mandata.C. manda. Et cum feudum, (vt ſupra dictum eſt) ſit contractus iuris ciuilis, vt declarat Andre. in prælud. feudo. verſicul. quartò quæritur, & ſequuntur omnes & not. in l. legitima. ff. eodem titul. & Bartol. in l. iuriſgentium. §. Quinimmo. in penult. colum. ff. de

22 pact. ex † conuentione partium iſte contractus ſuper feudo Comitatus legem accipit, l.j.§. ſi conueniat.ff.depoſiti. Et ex prędictis patet, quòd Rex inueſtiendo aliquem de feudo Comitatus cum pacto, quòd ſuccedat primogenitus,& ſic apponit pactum rei ſuę, nullam iniuriam facit ſecundogenitis: quia non poſſunt conqueri, ꝙ ſit eis aliquid ademptum, licèt poſſint dicere ꝙ non ſit datum,
23 & † dare nemo compellitur, vt in l.donari. ff. de regul. iur. Et ratio
24 † quare feuda dignitatum creata à Regibus & Imperatoribus ſunt indiuidua & nõ tranſeunt niſi ad vnum, eſt ad hoc vt feuda ad principis concedentis ſeruitium integra remaneant & conſeruentur. Ita dicit glo.fi.in d.ca. licèt. Ioan. Andr. Hoſtien. & omnes canoniſtæ in d.c.licèt.de vot. & D. Andr. & omnes in d.§. prętereа ducatus. Nam ſi omnes filij Comitis ſuccederent in feudum Comitatus cor
25 rumperetur: quia † iſta feuda ſunt indiuidua, ut dicunt præallegati
26 Docto.in d.c.licèt, & † diuiſio in indiuiduis non eſt diuiſio ſed corruptio & res ad nihilum reduceretur, vt eſt caſus in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. idem puto. ff. de verbor. obliga.vbi dicit Iurecõſultus, ꝙ ſtipulatio, foſſam fodi, inſulam ædificari & aliæ ſimiles ſunt indiuiduæ, & ſi diuiduntur corrumpuntur. Ita formaliter dicit litera ibi. Horum diuiſio corrumpit ſtipulationem. Superue-
27 nit † in Regno ius Longobardorum, quo cauetur, vt oẽs filij etiã in feudis dignitatis æqualiter ſuccedant & ius eſt commune per totum Regnum, quo iure viuunt omnes in dubio, vt dicit Andre. de Iſer. in conſtitu. vniuerſi. in fi. & in conſtitu ſpeciale,& in conſtitu. puritatem,& in cap.j.in princ. de feud.cogn. & ſtante hoc iure in Regno, feuda redigebantur ad nihilum, & Federicus Imperator in Regno promulgauit duas conſtitutiones, quibus eſt cautum, quòd inter viuentes iure Francorum. Maſculus primogenitus excludit ſexum fęmininum,& fratres natu minores; vt patet in conſtitutione, vt de ſucceſſionibus, & in con
28 ſtitu. in aliquibus. Et † notandũ eſt, quòd vltra montes viguit & viget conſuetudo quædam antiqua, quòd primogenitus ſuccedat. De hac conſuetudine facit mentionem Alberic. de Roſat. in procem. ff. in §. diſcipuli, & ſecundum hanc cõſuetudinem primogenitus in Regno in multis feudis ſuccedebat. Hoc ius conſuetudinis feudorum refert Feder. in conſtitutione prædicta, vt de ſucceſſionibus, & ſtatuit prout in illis, & dicta conſtitutio concedit primogenito priuilegium ſuccedendi in feudo Comitatus inſolidum excluſis fęminis & excluſis fratribus natu minoribus. Non tamen minores natu excluduntur ſimpliciter, ſed adijcitur onus primogenito, vt det vitam & militiam

tiam ſecundogenitis, quam à fratre maiore petere poſſunt & habere abſq;. timore alicuius repulſæ, vt eſt text. in conſti. Comitibus. §. fi. & ex prædictis omnibus pa-
29 tet quòd † dicta conſtitutio, vt de ſucceſſionibus, quæ præfert primogenitum ſecundogenitis & ẽt ſexui fœminino, corrigit ius naturale ſecundarium, corrigit ius gẽtium ſecundarium, ius ciuile Romanorum, ius commune feudorum & ius Longobardorum.

¶ Iterum prima facie in caſu noſtro dicendum, quòd prædictus Illuſtr. Dux vigore primogenituræ ſuccedẽs in Comitatu Aliani, excluſis fratrib. non teneatur dare vitam & militiam fratribus excluſis. Quia tex. in d. conſtitu. Comitibus. In qua videtur eſſe fundamentum Domini Ioannis Franciſci & fratrum, ſolum loquitur, in fratre maiore excludẽte fratres minores à bonis patris communis, & dicit tex. in conſti. prædicta in fin. ibi. Militare ſibi debitum, abſque alicuius repulſæ timore, in bonis patris à fratre maiore petere poterit & habere. Sed Comitatus Aliani non eſt de bonis patris dicti D. Antonij Ducis, neque dicti D. Ioannis Franciſci, ſed eſt de bonis auunculi Eligij, & de bonis auunculi non loquitur cõſtitutio.
30 Et † ſic ceſſant verba conſtitutionis, ergo ceſſat eius diſpoſitio. l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercito. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matr. l. ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate.
31 ¶ Præterea † vita & militia debetur loco legitimæ, vt tenet glo. in d. conſtitu. Comitibus. & legitima non debetur fratribus ex aliorum tranſuerſalium bonis, ut in l. fratris. C. de inoffi. teſta. Sed Comitatus Aliani eſt de bonis auunculi, qui eſt lineę tranſuerſalis in 3. gradu. vt in l. iuriſconſultus. §. tertio gradu. ff. de gradi. affinita. & in §. tertio gradu. inſtitu. eo. ergo non debetur legitima, niſi in bonis aſcendentis.

¶ Sed iſtis non obſtantibus in caſu noſtro dicẽdum eſt contrariũ, quòd dictus Ill. Dux tenetur dare vitam & militiam dicto Domino Ioanni Franciſco de dicto Comitatu Aliani. Pro quo clarè demonſtrando præmittendum eſt. Et
32 primò probatur. Nam † quando alicui conceditur aliquod ius, ſeu priuilegium, & illi iuri eſt annexum aliquod onus, quod acceperat ius ſibi competens; ſiue acceptãdo ius obligatur ad onus annexum: caſus eſt in l. ſi duo. ff. de acq. hær. & in §. ſed & his. inſtitu. de hær. quali. & diffe. Alter, Poſtq̃ primus abſtinuit, qui immiſcuit ſe, tenetur ad onera, non ſolum portionis ſuæ, ſed totius hæreditatis, & ſic partis etiam abſtinẽtis: quia erant annexa, & allegat iuriſcõſultus rationem: per hæc verba. Qui enim ſcit aut ſcire potuit, illo abſtinẽte, ſe oneribus fore implicitum, ea conditione adire videtur. Et per illum tex. not. Bal. quòd

quando

33 † quando aliquis facit aliquem actum, videtur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu, & dicit glo. ꝙ
34 † iſta eſt fictio, quæ non recipit probationem in contrarium. Ex hoc infert Paul. de Ca. ꝙ ſi aliquis
35 † acceptat priuilegium ciuilitatis in aliquo loco, cenſetur ſe obligaſſe omnibus oneribus ciuium, etiã ſi ignoraret: quia imputatur ſibi, quare non perquiſiuit. Et ſubdit Paul. ꝙ ita determinauit Bald. & Petr. in l. quod fauore. in 7. oppo. C. de leg. Et hoc dictum ſequitur D. Alex. in l. ſi Ruffinus. C. de milit. teſta. & in conſil. 157. in pen. col. & in conſ. 103. col. 4. in ſecundo volu. & idem Paul. in d. l. ſi Ruffinus. Ita eſt dicendum in caſu noſtro. Nam ſi dicto Duci eſt conceſſum ius & priuilegiũ acquirendi feudum Comitatus in ſolidum, eo ipſo quòd acceptat obligatur oneri ſoluendi vitam & militiam, quæ eſt onus annexũ feudo. vt in d. cap. alienationis actus.

¶ Nec obſtat ſi dicas, quòd onus non eſt annexum, niſi quãdo primogenitus acquirit feudum patris. Quia reſpondetur, vt infra, dum reſpondebo ad primam rationem allegatam in contrarium.

¶ Secundò hæc concluſio probatur ratione. Nam ratio, quare in feudo dignitatis, quando ſecundogenitus excluditur à primo, habet habere vitam & militiam, eſt excluſio filij ſecundogeniti, vt in d. conſtitu. Comitibus, in vtraque lectura, ſecundum Andr. ibi. Sed in caſu noſtro Dominus Io. Franciſcus eſt excluſus à parte ſua à D. fratre maiore, ergo debet habere vitam & militiam, quæ ſibi ſecundogenito datur, loco partis à qua excluditur; non enim voluit Imperator in totum excludere ſecundogenitum à feudo dignitatis à parte, quæ debebatur ſibi omni iure, vt eſt ſupra probatum in euidentialibus: ſed voluit ſibi reſeruare vitam & militiam, in compenſationem excluſionis à tota parte ſibi debita. Cum ergo in caſu noſtro præfatus D. Io. Franciſcus ſit excluſus, non tamen eſt excluſus à parte ſubrogata loco debitæ portionis, quæ eſt vita & militia.

¶ Nec obſtat ſi dicatur, quòd eſt excluſus in caſu noſtro in totum, & ſimiliter quia vita & militia ſolum eſt reſeruata in bonis paternis. Quia reſponſio patebit ex infra dicendis. Et ſi dicatur hæc ratio non eſt ſcripta in d. conſti. Comitibus. Reſpondetur, quòd
36 † ex quo nõ allegatur niſi vnica, & illa habetur pro ſcripta, ut eſt gloſſ. communiter approbata in l. quamuis. C. de fideicommiſſ. & ſicut ratio ſcripta comprehendit omnes caſus & perſonas, in quibus verificatur ratio. Ita comprehendit omnes caſus tacita ratio, quæ compræhenditur ex mente
37 ſtatuentium: quia † ratio ſtatuti eſt anima ipſius, vt dicit Dyn. in c. fin. de regul. iur. lib. 6. & Bald. in l. j. in 7. col. ff. ſol. matr. allegat tex. in l.

in l. ſcire oportet. §. & ſi maximè. & ibi hoc idem not. Bald. ff. de excuſa. tuto. & in l. maximum vitiũ. C. de liber. præterit. Cyn. in l. non dubium. C. de legib. Abb. in c. nihil. extra de electio. & in conſ. 75. incipien. Primò eſt videndũ, quòd
38 † mens & ratio legis nõ differũt. l. credendum. ff. qui pet. tutor. & dicit Bald. in d. §. ſi maximè, quòd mens & ratio legis ſunt idem, lex caret ſpiritu, ſi caret ratione. Et
39 † propterea magis attendimus rationem quàm verba legis: quia mens & ratio ſunt ſicut animæ, & verba ſunt ſuperficies & corpus. Et propterea magis attendimus intellectum rationis quàm vocabula, iſta ſunt verba elegantiſſima Bald. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. quem refert & ſequitur Petr. de Anchara. in repeti. c. Canonum. extra de conſtitu. & Panormita. in conſilijs ſuis in conſil. j. vbi dicit, ꝙ
40 † ſicut homo conſtituitur ex anima & corpore, ſic ſtatutum ratione & verbis. Ratio eſt ſicut anima, & verba velut corpus. Et ex hoc
41 infero, quòd † ſicut anima præfertur corpori, vt in l. fin. C. de ſacroſanct. eccl. ſic mens & ratio ſtatuti, quæ ſunt anima, præferũtur verbis, quæ ſunt velut corpus. Et propterea licèt ceſſent verba legis & conſtitutionis, ſi tamen non ceſſat mens & ratio, habet locum diſpoſitio conſtitutionis, & complectitur omnes caſus, qui complectuntur ſub ratione licèt tacita, quando eſt vnica, vt dicit Bald. in d. l. maximum vitium. poſt Iacob. Butri. C. de liber. præter. Nã
42 † ratio eſt velut genus, qđ prædicatur de qualibet ſui ſpecie, & oẽs ſpecies complectitur, vt not. in l. j. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi quid earũ. §. inter emptum. ff. de leg. 3. & ſi eſt generalis ratio, generaliter prædicatur de omni perſona, ita dicit Bald. in l. vbi adhuc. in 6. col. verſ. quid ſi dos data ſocero C. de iur. dot. & in l. de quibus. in 34. col. & 23. in verſ. Item notatur, & in verſic. quandoque enim plura. Et ſub
43 dit, quòd † ſi ſtatutum loquitur de vno caſu vel perſona, & ponit rationem generalẽ, loquitur gratia exempli, & ratio generalis compræhendit omnes caſus & perſonas, in quibus verificatur ratio. Hoc idem dicit Petr. & Cyn. in l. iura non in ſingulis. ff. de legibus. & egregiè Paul. de Caſt. in conſ. 334. incip. pręſens caſus modicam dubitationem habet, facit gl. in c. primo in ver. Italiæ. de tempo. ordina. lib. 6. facit text. in l. non poſſunt. ff. de legib. & tex. in l. ſiquis libellum ibi. Quos rationis identitas connectit, non debet iuris diſpoſitio ſeparare. C. de diuer. reſcript. & in l. non ſolum. §. quin principalium. ff. de excuſa. tuto. Et egregiè facit text. in l. libertum. §. ſenatus. in ver. ſententia apprehendi. ff. de rit. nupt. ſed in caſu noſtro ſecundogenito debetur vita & militia, ſub illa ratione:
44 quia † ſuccedit loco partis ſibi debitæ de iure Longobardorum à

qua

quã eſt excluſus. Ergo habet locũ etiam in hæreditate Eligij, & ſic in comitatu Aliani, quamquam fuerit dicti Eligij auunculi, & per hoc patet reſponſum ad conſtitu. Comitibus, quæ loquitur de fratre primogenito excludente ſecundogenitum à bonis patris. Habet etiam locum in fratre maiore excludente alium à bonis auunculi. Et licèt illa conſtõ loquatur de bonis paternis, loquitur gratia exempli, & † exempla non arctant nec
45 reſtringunt generalitatem rationis. l. damni infecti. §. Sabinus. cum vulg. ff. de damno infect. corroboratur. Nam ſi ſtante ſtatuto,
46 ꝙ † frater excludat ſororem dotatam, & ſic ſtatutum loquitur in fratre & ſorore, vt in conſtitu. in aliquibus, quæ excludit cum onere dotandi, ſi tamẽ decedat Auus relicto nepote, ex filio præmortuo & relicta nepte ex alio filio dotata. Nepos excludit fœminas propter maſculos, non poteſt eſſe niſi gratia conſeruandæ agnationis & familiæ, vt eius dignitas ſeruetur, vt in l. prima. §. pen. & ibi glo. ff. de ventre inſpicien. & not. Cynus in l. prima. C. de adulte. & not. Petr. & Cyn. in l. non dubiũ. in vltima col. in verſ. Primò quæro, C. de legib. quòd † quando cõ
47 ſtat de mente legis vel ratione, licèt offendere verba, & ſeruare mẽtem, & dicunt quidam Moder. ꝙ
48 † etiam per rationem non ſcriptam poſſumus recedere à verbis legis, facit glo. notabilis in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. quam ibi ponderant Paul. Bal. & Docto. & ibi Moder. allegant tex. quem põderant Paul. de Caſtr. & Alexan. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. &
49 poſthum. ꝙ † licèt in ſtatuto nõ exprimatur ratio, tamen illa eſt coniecturanda, quæ poteſt mouere iuſtos & ſapientes conditores
50 ſtatutorum. & † ideo ſtatutum in vno caſu cenſetur ſtatutũ in alio, in quo idem ſtatuiſſent ſi fuiſſent interrogati, vel veriſimiliter de eo cogitaſſent: & quod voluit Bald. in d. l. maximum vitium. Et hanc quęſtionem diſputauit & determinauit Iacob. de Are. quem refert & ſequitur Io. Andr. in addi. Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. in prima car. verſ. eſt ſciendum, vbi concludit, ꝙ licèt ſtatutum loquatur in fratre primi gradus, extenditur etiam ad eum qui eſt in ſecundo gradu, vt in l. iuriſconſ. §. ſecundo gradu. ff. de gradi. affi. habet etiam locum in fratre patruele qui eſt 4. gradus. vt in § quarto gradu. inſtitu. de gradi. & in d. l. iuriſconſultus. §. quarto gradu, quia in eo militat tacita ratio ſtatuti de qua ſupra, & ſic verificatur mens ſtatuti, & verba non deficiunt, vt ibi per eum quem ſequitur Bald. in l. ſcimus. in princ. in 7. quæſtione. C. de inoffi. teſt. ita in caſu noſtro. Nam licèt verba conſtitutionis loquantur de vna perſona, tamen comprehenditur alia, in qua eſt eadem ratio per ſupradicta. Quòd ſit eadem ratio patebit infra, & in

in qua etiam verba non deficiunt vt patebit ex infra dicendis. Vltimò de hoc videtur caſus in d.cõſtitu. Comitibus Intelligendo ꝙ illa verba in bonis patris, poſita in conſtitutione, ponuntur non ſolum pro patre, ſed ꝓ auo & omni alio aſcendente, vt eſt tex. in l.iuriſ conſultus. §. parentes. ff. de gradi. & in l.iuſta. de verbor. ſigni. faciũt nota. per Bar. in l. liberorum. §. fi. ff. eo. facit tex. iuncta gloſ. cum ibi not. per Canoniſtas in ca. .... de verbo. ſigni. vel dicas de bonis patris, ideſt de feudo quòd fuit communis aſcendentis: hoc expreſsè firmat gloſ. in d. conſtitu. vt de ſucceſſionib. in ver. vel quolibet alio titulo, in ver. feudum non paternum antiquum, &c. per tex. in ca. j. §. his non. in tit. de grad. ſucc. in feu. Bal. in authen. defuncto. C. ad Tertull. Alex. in conſ. 39. incip. quoniam abundè, in primo vol. & in 2. in quinto volum. in prima col. & in conſil. 26. in 3. col,

51 & † ſic ibi verbum patris, non ſignificat genitorem tantum ſed ſignificat aſcendentem, qui fuit ſtipes communis agnationis. Et hoc modo intelligendo, eſt ibi caſus, ꝙ ſi frater maior ſuccedit in bonis, ideſt in feudo, quod fuit communis aſcendentis patris debet dare vitam & militiam fratribus ſecundogenitis, ſiue ſit pater, ſiue ſit auus, ſiue proauus & deinceps. Et ſecundum iſtum intellectum, quem ſequuntur ibi Docto. communiter, eſt ibi caſus queſtionis

52 noſtræ, quòd † frater maior ſuccedens in feudo antiquo & paterno tenetur dare vitam & militiam ſecundogenitis.

¶Non obſtat ſi dicatur, ꝙ ex quo feudum dicti comitatus peruenit ad Eligium auunculum, & ſic dicatur feudum tranſuerſalis & non aſcendentis. Huic difficultati reſpondet Andre. de Iſer. in c. j. §. filius fratris. in 4. col. in tit. Imperator Lotha. & gloſſ. & Andr. de Iſer. in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus. in verſic. idem apparet, in illo ar-

53 ticulo. An † ſicut nepos ſuccedit patruo, ita patruus qui eſt in linea aſcendenti tranſuerſali & coniunctus nepoti, vt eſt tex. iuncta gloſ. in §. tertio gradu, in verb. Ex tráſuerſo & in §. quarto gradu, in verbo patruus, inſti. de gradi. concludit Andre. poſt gloſ. ꝙ ſic. Et mouetur ratione: quia licèt patruus ſit in linea aſcendenti tranſuerſali, quando ſuccedit nepoti, nõ ſuccedit ſub illa conſideratione, ꝙ eſt aſcendens nepotis, neque quòd ſit feudum nepotis, ſed tanquam perſona compræhenſa in inueſtitura primi acquirentis, & quò ad perſonam primi acquirentis. Patruus eſt de linea deſcendente & comprehenſus in inueſtitura, & ſubducta perſona nepotis de medio, & ſic ſublato impedimento ſuccedit in feudo primi acquirentis, & iudicantur bona aſcẽdentis per iura & rationes de quibus in locis prædictis, per glo. Andre. & alios, & dicit vnum bonum verbũ

Franciſcus

Franciſcus Curtius in tracta. ſuo feudo. ĩ 8. q. in ver. primi effectus, in ſecunda q. in verſ. ſi tamen tu ſubtilis conſideras, in feudo antiquo, habito reſpectu ad primum acquirentem, omnes dicuntur deſcendentes, & opinionem Andre. ſequitur in proprijs terminis Luc. de Penn. in l. præſcriptionis. in 10. col. circa princip. C. de impo. lucra. & facit quæſtio determinata per D. Mathe. in d. conſti. Comitibus. in 5. not. Et tanto magis hoc eſt verum in caſu noſtro, cum in Regno communis forma inueſti
54 turæ ſit † concedimus tibi & hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, vt dicitur in c. j. de capit. qui cur. ven. & Neapod. in conſuetu. Et ſi teſtator, & indubitanter priuilegium illorum de Marra continet ſupradictam formam: & nulli dubium eſt, quòd ſi perſona Eligij fuiſſet ſublata de medio: Ill. ſucceſſor ſucceſſiſſet Guliclmo auo tanquam deſcendens, ex quo habetur pro ſublata perſona, vt dicit Andre. in d. §. filius fratris. Dominus Antonius & fratres ſuccedunt primo acquirenti tanquam deſcendentes, aliàs ſequeretur vnum inconaeniens, ꝙ ſi Titius primus acquirens habebat Sempronium primogenitũ, & Seium filium, & ex eo Seio habebat plures nepotes, & Seius præmoritur prius, poſtea moritur Titius pater, deinde primogenitus, huic primogenito ſuccedunt nepotes ex Seio, primogenitus ſuccedit, quòd non teneretur vitam & militiam dare fratribus ſuis. Et ſic melioris conditiònis fuiſſet filius Seij, qui eſt remotior, ſi non teneretur præſtare vitam & militiam fratribus ſuis, quàm Sempronius qui erat proximior, quod non eſt dicendum, ex quo omnes ſunt deſcendentes à primo acquirente, & ſuccedunt in feudo aſcendentis, contra tex. in l. ſi viua matre. circa medium. C. de bonis quæ liber. Et ex prædictis poteſt inferri, quòd ſi mundus quandoq; eſt in concauũ orbis Lunæ, fuiſſet in feudum datum à Deo Adæ, ille qui reperiretur hodie primogenitus, teneretur dare vitam & militiam omnibus fratribus ſuis: quia ſublatis omnibus perſonis de medio, quæ non conſiderantur, vt in l. cum dotem. ff. ad leg. Falci. cum ſimilibus: iſte vltimus ſuccederet in feudo patris, tanquã verè deſcendens ab Ada primo inueſtito, per ſupradicta. Et quod dicitur de feudo patris, idem dicendum eſt de feudo matris. l. j. §. j. ff. de conſtitu. pecu.
55 l. 3. in prin. ff. de negot. geſt. & † deſcendentes ex fœmina, quæ eſt de linea maſculina, l. lege. C. de legit. hære. dicuntur de ſtirpe illius caſatæ & lineę maſculinę, vt per Paulũ & alios in l. Gallus. §. Nunc de lege, ff. de liber. & poſthum. ſicuti etiam reſpectu habendi paragiũ.
¶ Nec etiam obſtat ſi dicatur, ꝙ verba conſtitu. vt de ſucceſſionibus, loquuntur in nepote & patruo, quæ non habet locum in

auunculo,

auunculo & filio ſororis, per ea quæ habentur in l.illam. C.de col la. Reſpondetur enim, quòd illa conſtitutio non denotat perſonas, ſed denotat tertium gradum, & ſic comprehendit omnes perſonas exiſtentes in tertio gradu, vt declarant gl.ſ. & Andre. & alij in d.conſtitu. & in d.cap. §. filius fratris.in tit.Imp. Lothar.

¶ Secundò reſpondetur, quod dato quod verba conſtitutionis loquerentur de perſonis & ſic de patruo & nepote, tamen habet locū in auunculo & filio ſororis per ſu pradicta, ad intellectū conſtitutio nis Comitibus, quia eſt eadem rō.

¶ Non obſtat quod dicitur, vita & militia debetur loco legitimæ

56 debitæ iure naturæ, & legitima non debetur in bonis fratris. Reſpondetur, quòd non eſt verum, ꝙ vita & militia ſit loco legitimæ, nec eius loco ſubrogatur, nec etiā eſt legitima debita iure naturæ. Quod non ſit legitima probatur.

57 Nam † legitima eſt quota bonorum & non hæreditatis, vt not. in l. cum à matre. C. de rei vindica. & in l.fi.§. in computatione.C de iur. delibe. & ita dicitur in l. Gallus. §.ille caſus.ff.delibe.& poſthu. & probatur in l.ex facto.ff.de hæ-

58 red. inſtitu. per Bar. ſed † vita & militia non eſt quota bonorum, ſed fructuum feudi, vt declarat Andre. in d. conſtitu.Comitibus.

59 † legitima detrahitur ex bonis teſtatoris à ſubſtantia & corporibus hæreditarijs, non autem de fructi bus, vt eſt expreſſum in l. ſcimus. §.repletionem. C. de inoffic. teſta. & declarat Bar,in l. in fideicōmiſſaria.ff.ad Treb.& ſic legitima iure naturæ debetur de corporibus & non per computationem fructuum & redituum, vt in d. §. repletionem. Vita verò & militia non deduci. de d. corporibus feu-

60 di dignitatis: quia feuda dignitatis ſunt indiuidua, vt in c.Imperialem. §.præterea Ducatus, de pro hib. feud. alie na. per Federic. & ſoli debetur primogenito, vt in ca. licet. & ibi Inſtitn. Ioan Andre. & alij extra de vot. dixi ſupra in euidentialibus, & totum feudum Comitatus (vt ibi dixi) eſt legitima primogeniti, & vita & militia de ſolis fructibus, vt dicit Andre.in d. conſtit. Comitibus,item

61 legitima † eſt perpetua & tranſit ad hæredes, vt in authen. nouiſſima, & in corpore vnde ſumitur. C. de inoffi. teſtam. ſed vita & militia extinguitur cū vita, vt in dicta conſtitu. Comitibus. Et ex prę dictis patet, ꝙ legitima debita iure naturę & vita & militia differūt ſpecie & quodammodo nihil hā bent commune, & diſſimilia ſunt. l. inter. §.tantum. ff. de verborum obli.& in l.naturaliter.§.nihil cōē. ff.de acqui.poſſ.cum ſimilib. item

62 legitima † quæ debetur deſcendentibus eſt de iure naturæ, vt eſt tex.in authen.de hęre.& Fal.in §.j. ibi, tanquam hæc pars eis debeatur ſecundū ipſam naturam, ęqualis eſt filijs & nepotibus, iūcto ver. iam,

legitima per iura vulgaria, & per ſuperius allegata. Laus Deo.

Ioan. Tho. Minadous.

¶ Fuit iudicatum in fauorem mei clientis petentis vitam & militiã, & fuit res mirabilis omnibus.

SVMMARIVM.

1 Fœminæ, quæ nõ admittuntur ad partem, faciunt partem.

2 Arbiter & moderator quilibet eſt in re ſua.

3 Aequitati nil magis congruit, quàm ut quis de re ſua diſponat ad libitũ.

4 Actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem.

5 Paragium eſt loco legitimæ.

6 Actio perſonalis datur pro paragio contra fratrem.

7 Exemplis non eſt iudicandum.

8 Augumentum legitimę filiorum non pro eo, quod eſt penes filiam, ſed pro eo quod remanet in hæreditate.

9 Illatio non fit ex diuerſis.

CONSILIVM II.

IN liquidatione vitæ & militiæ debitę Reueren. Abbati Caraffæ ex Comitatu Aliani & tertiaria ferri terræ Baroli, dubitari contingit, an portiones ſororum quæ fuerunt dotatæ & renunciauerunt omnibus fratribus accreſcant omnibus & faciant pinguiorem legitimã, cuius inſtar vita & militia terminatur: alijs fratribus quibus renunciatum extitit, in qua dubitatione.

1 Poſito † ꝙ fœminæ, quæ non admittuntur ad partem, faciant partem, vt in l. planè. §. ſi duobus. ff. de lega. j. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. eo. tit. & in l. ſi duobus. ff. de inoffi. teſta. vti pars aduerſa nõ inficiatur, videtur decidi debere ac poſſe, ꝙ earum portio augeat legitimam maſculorum. Ita enim tenet Bal. in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legi. & in l. vnic. C. quando non peten. part. & ibi etiam Ludo. de Ro. videtur ſequi Alex. in d. §. ſi duobus, & Iaſ. in authen. Nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & conſuluit Paul. de Caſt. in conſ. 252. ſecunda part. & conſuluerunt Ioan. Pagliaren. de Senis, Griffus de mõte Policiano, Antonius de Roſell. Nell. de S. Geminia. & D. Ioannes de Eugubio, vt refert & conſuluit Petr. Philipp. Corne. in conſ. 197. j. volum. Quæ opinio tanto fortius procedit, ꝙ in caſu noſtro iſta renunciatio & ceſſio eſt expreſſe facta in beneficium omnium, in quo caſu Doct. non loquuntur, ſed in ſimplici excluſione, & ſimplici renunciatione: propter quod omnino dicendum eſt, legitimam aliorum creſcere, ex illis partibus competentibus fœminis ex earum voluntate,

2 cum † in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter. l. in re mandata.

3 C. manda. & † nihil magis cõgruit æquitati, q̃ vt de re ſua quilibet diſponat ad libitum, vt in §. per traditionem. inſti. de rer. diuiſ. cum

4 ſimil. Et † actus agentium non debẽt operari vltra eorũ intentionẽ,

l. non

l.non omnis.ff.ſi cert. pota.c.intelligentia, de verbor. ſignifi. & ſic prout ipſarum renũciantium voluntates omnibus: non primogenito portiones accreſcent.

¶ Nec poteſt in iſto caſu dici, ſorores haberi ſimpliciter pro mortuis, cum ius earum ſit trãſlatum in fratres, & in perſona earum cõſeruatur, licèt quò ad ſui vtilitaté cenſeantur mortuæ, vt declarat Alex. & poſt ipſum Deci. in l. pactum quod dotali. C.de colla. & Neapod. in conſuetu. ſi moriatur. verſ. ipſi ſucceſſores, & ideo earũ portiones non debent ipſis inuitis auferri ab eis quibus iam renunciauerũt. l.id quod noſtrum. ff. de regul. iur. ſed illa portio ſeu legitima ſiue Paragium quod eis competijſſet debet diuidi inter omnes, & omnium portiones augere.

¶ Nec videtur eſſe dicendum, ꝙ renunciatio nõ poſſit hoc operari, quia in iure cautum nõ reperitur, quòd non liceat fœminæ diſponere de paragio, ſeu quantitate ſibi debita vel debenda pro paragio,
5 & in alium transferre: quia † ſi loco legitimæ, vt concludit Andre. in conſtitu. in aliquibus: non poteſt in ea aliquod onus imponi vel reſtringi. vt in l. quoniam in prioribus. C.de inoffi.teſta. & per conſequens à virtute renunciationis erit ius quæſitum fratribus in portionibus fœminarum, quod non debet eſſe inutile. Et prædicta videtur fortius procedere, ex quo talis renunciatio fuit facta in præſentia, & cum voluntate Ill.Principis, qui conſenſit interuenire, vt vnus, & cæteri fratres cum eo: per quod videtur abſq; dubio ſibi præiudicaſſe in eo, in quo forte ſibi ius competijſſet, iuxta tex.& ibi Andr.in c.j.de eo qui fin. fec.agn. & facit illud quod conſuluit Fran. de Are.in conſ.3. not. in l.2.§. voluntatem. ff.ſol. matri. cum ſimilib. per quæ omnia poſſet reſponderi quibuſdam obiectionibus tenentium contrariam opinionem. In quibus, quoniam res agitur corã eminentiſſimis viris, nõ inſiſto.

¶ Non obſtat tamen prædictę renũciationi, ꝙ aſſenſus Regius nõ interuenerit iuxta text. in l.Imperialem.de prohibi.feud.aliena.per Federic.& in conſtit. Conſtitutionem diuæ memorię, cum ſit facta translatio de perſona ad perſonã, vt pars aduerſa innititur. Quoniam ad hoc pluribus modis videtur reſpõderi poſſe. Primò, ꝙ iſtud ius renunciatum non eſt quid feudale: datur enim ad conſequutionem cuiuſdam legitimæ ſeu para-
6 gij in quantitate, pro † quo paragio datur actio perſonalis contra fratrem, ſecundum Andre. in d. conſtitu.in aliquibus, & per Neapoda. in conſuetu. ſi qua mulier. in ver. de bonis. & in conſuetu. ſi moriatur. in ver.Paragium. & tradit D. Mathe. in deciſio. 162. Si igitur non eſt quid feudale, nõ vindicat ſibi locum diſpoſitio cõſtitutionis prædictæ, & quatenus debetur ex feudo nõ per hoc aſſen-

aſſenſus requiritur in eius translatione de perſona ad perſoná, cum per hoc non commutetur ipſum feudum, nec grauetur pluſquam erat. Nec noui aliquid iuducitur in eius grauamen. Eſt actio ad feudum, quod conſideratur in ratione prohibitionis cuiuſcunque cõtractus in præallegatis iuribus. Secundò reſpondetur, quòd ſi iſtę ſorores fuiſſent mortuæ: In legitima ſeu Paragio eis competente in hæreditate eius, de cuius bonis dotatę non fuerunt, vt concludit Andre. in d. conſti. In aliquibus, ſucceſſiſſent omnes fratres, nõ primogenitus tantum, authen. in ſucceſſ. C. de ſuis & legi. cum concordan. cum non ſit feudum, in quo primogenitus tantum de iure Francorum ſuccedere deberet, nec extinguatur morte, ſicuti vita & militia, vt in conſti. Comitibus, licèt Paul. in authen. nouiſſima; videatur tenere, quòd primogenitus ſuccedat. Sed illud poteſt habere locum, quando tenetur maritare & dotare in hæreditate paterna. Vnde cum caſus non euenerit, primogenitus cenſetur liberatus. Sed aliter proceditur in hoc caſu; quia datur loco legitimę etiam ꝙ non nubat, vel quòd ſit nupta. Et faciunt dicta per Andre. & Mathe. in conſti. in aliquibus, in quęſtione ſi ſoror non vult maritari; an habeat paragium, ſed in proximè ſucceſſuros, tenet diſpoſitio ſine aſſenſu, ut in c. 1. de alienat. feud. paterni. not. in &c. per quos fiat inueſtitu. & in d. c. primo, de eo qui fin. fec. agna. ergo in caſu iſto aſſenſus neceſſarius non fuit.

¶ Non obſtat etiam, quòd aliàs cõtra hanc opinionem dicatur iudicatum in cauſa Magnificorum Nicolaiantonij Caraccioli & fratrum, quam deciſionem pars ad-

7 uerſa produxit. Nam † licèt exẽplis iudicandum non ſit, tamen in caſu prædicto ſoror fuerat maritata & dotata ex paterna hæreditate, & nihil amplius in ea ſibi cõpetebat, quod accreſcere alijs fratribus potuiſſet, vel illis renuntiari, iuxta text. in l. traditio. cum ſimilib. ff. de acquir. rer. domi. & ideo concludebat Ludouic. de Roma in d. l. vnica. C. quando non

8 peten. part. quòd † pro eo quod eſt penes filiam non fit augmentum legitimæ maſculorum, ſed pro eo quod remanet in hęreditate, & ita etiam dicit D. Io. de monte Sperell. in l. pater filium. ff. de inoffi. teſta. quem refert Corne. in pręallega. conſ. aliàs ſequeretur duplici onere grauatum primogenitum, quę omnia in caſu de quo agitur penitus ceſſant: cũ id quod ſorores habere debuiſſent, reperitur in hæreditate, & ab eis conſequutum non fuit, ſed fratribus

9 renunciatum. Et ſic † ex diuerſis non fit illatio. vulga. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbo. obli. Cętera ſuppleat Religio Dominorum Iudicantium.

Ioan. Thomas Minadous.

¶ Fuit iudicatũ, ꝙ partes deficientium

tium cedant beneficio primogeniti, quantumcunque renunciauerint omnibus.

SVMMARIVM.

1 Extenſio nõ fit de perſona ad perſonã.
2 Diſpoſitio generalis generaliter operari debet. niſi in res, quæ ſunt ſtricti iuris. nu. 3.
4 Confirmare eſt ſimul firmare.
5 Verba priuilegij Principis debent ſic intelligi, vt aliquid operentur.
6 Reſponſum ad interrogata in dubio ui detur.
7 Intellectus ille ſequi debet, qui ſit contra proferentem.
8 Rñdẽdum eſt ꝓ dotibus in ambiguis.
9 Diſpoſitio legis exorbitans extenditur vbi militat eadem æquitatis ratio.
10 Auct. ſi qua mulier. loquens in uiro habet locum in ſocero.
11 Extenſio fit in fauorabilibus quãtumcunque aliàs ſtricti iuris de caſu ad caſum & de perſona ad perſonam.
12 Extenſio fieri debet vbi agitur de fauore publico.
13 Ratio expreſſa in diſpoſitione correctoria extenditur ad caſum habentem eandem rationem.
14 Conceſſio principis largè interpretatur circa ea, quæ ſunt expreſſa.
15 Vaſallus donando fit pauperior.
16 Verba priuilegij principis debemus interpretari ſecundum æquitatem.

CONSILIVM III.

QVod in obligatione feudorum quon. Eccell. Comitiſſæ Montis auri, facta pro dote Mag. Caſſandræ de Capua, Regius aſſenſus, virtute capitulorum ciuitatis Neap. adeſſe dicatur, ex infraſcriptis bene ac clariſſimè demonſtratur. Et primò aſſenſus in caſu iſto debet cẽſeri præſtitus vigore octaui Capituli, in quo ſimpliciter & generaliter petitur aſſenſus in rebus obligatis, pro conſeruatione & reſtitutione dotium. Quod Capitulum ſi eſt expeditum & formatũ, prout infra demõſtrabo, aſſenſus inde ſequutus eſt in rem, & non
1 in perſonam, & † licet de perſona ad perſonam non extenderetur, vt ſentit Andre. in l. Imperialem. in princ. de prohibi. feud. aliena. per Feder. l. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus. ff. de verbor. obliga. de re
2 tamen ad rem, & † in generali diſpoſitione. in omni re vbi eadem diſponendi ratio militat debet diſpoſitio & aſſenſus generaliter in omni re æqualiter prouidere. l. j. §. & generaliter. ff. de legat. præſtã. l. ſiquis fundum. in princ. ff. locat. l. quæ fortuitis, in fi. C. de pignor.
3 actio. Et † in his quæ ſtricti iuris ſunt, etiam ſtrictè interpretanda, ſecundum Roma. in cõſil. 126. & quæ in rem accepta ſunt, cum re ipſa extẽduntur etiam in ſtatutis, vt per Bar. in l. cunctos populos, colum. 7. & 10. C. de ſumma trini. & per Roma. in conſ. 39. & in legatis conceptis in rem, vt in l. nõ ſolum. §. tale, cum ſequent. ff. de liber. leg. & in omni diſpoſitione, vt per Bar. in l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod

ff. quod ui aut clam. l. hæc verba.
ff. de adult. ideo aſſenſus præſtitus
ſuper obligatione ſeu bonis obli-
gatis per conſeruatione & reſtitu-
tione dotium, habere debet locũ,
tã ſi bona feudalia ſint viri, quàm
cuiuſcumque alterius, cui incum-
bat obligatio conſeruandi & reſti
tuendi, cum ſit generalis in rem,
aſſenſus præſtitus, ſine perſonarũ
vel rerum differentia. Quòd autẽ
illud capitulum cenſeatur firma-
tum & conceſſum, apparet ex illa
decretatione hoc modo videlicet.
Regia Maieſtas confirmat decreta
tiones ſuper ſupplicatis in prædi-
ctis alijs capitulis conceſſis. Con-
4 firmare † enim eſt ſimul firmare,
vt not. Abb. in c. dudũ. de decim.
in gloſſ. in ver. confirmari. Sequi-
tur Alex. in conſ. 122. col. pen. li. 4.
Bal. in l. falſus. col. 2. C. de furt. De-
ci. in rubri. de confirma. vtil. vel
inutil. 3. colum. Simul igitur fir-
mãt decretationes in alijs capitu-
lis conceſſis ſuper ſupradictis.
Quaſi diceret, quòd in alijs capi-
tulis conceſſis decreuerat, confir-
mat ſuper ſupplicatis, ſcilicet, vt
in omnibus idem prouiſum & fir
matum ſit. Sed in alijs placet Re-
giæ Maieſtati quò ad eius bene-
placitum: & quò ad obligationes
verè factas. Ergo ſimiliter & in
iſto cap. Et ideo communiter in-
terpretatur, quòd non habeat lo-
cum in antefato, quia decretatio-
nes tractæ ad iſtud capitulum, vi-
dentur ſe reſtringere ad dotes, &
ita intelligendo iſtam decretatio-
nem iſtius octaui capituli, ceſſat
omnis difficultas. Si verò aliter for
te conſideraretur, quòd illa verba
cõfirmant decretationes ſuper ſup
plicatis, & ꝙ debeant intelligi. i.
ſuper his quę ſupplicantur in alijs
capitulis conceſſis, & ſic quò ad ea
tantum quę ſunt conceſſa, & non
vltra confirmantur decretationes
aliàs factæ. Vnde cum in alijs ca-
pitulis non ita generaliter, ſed in
bonis obligatis per viros loquan-
tur & fiat conceſſio. Ergo ad hũc
caſum illud octauum capitulum
locum habere non poterit.

¶ Ad hoc bene reſpondetur, ꝙ
talis interpretatio admitti non de
bet, cum iſta confirmatio decre-
tationum nihil operaretur, quod
eſſe non debet. l. ſi quando, iun-
cta gloſſ. prima. C. de inoffi. teſt.
5 vbi † verba priuilegij Principis de
bent ſic intelligi, vt aliquid ope-
rentur, & non ſint fruſtratoria
etiam in ſtatutis, vt per Bart. in l.
quarta. §. prætor ait. in 3. col. ff. de
damn. infect. Iaſ. & Moder. in l.
fi. ff. ſi cert. peta. Præterea & ſecun
6 dò, in † dubio videtur reſpõſum
ad interrogata, firmando non ne
gando, vt in §. præterea, inſtitu.
de inutil. ſtipula. glo. in l. j. §. ſiquis
ſimpliciter, in ver. reſponderit. ff.
de verbor. obliga. Sed ita intelli-
gendo non eſſet reſponſum ad in
terrogata prout interrogatur, &
ſunt negata quæ petuntur, nõ fir-
mata, ideo talis interpretatio non
7 eſt facienda. Pręterea † ſtante du
plici intellectu, quem aſſignare

poſſumus

poſſumus ad illam decretationẽ,
cum ſequi debemus qui ſit contra
proferẽtem. l. veteribus. ff. de pact.
maximè cum Principe, vt not. in
l. fi. ibi Iaſ. in 6. col. in medio ff.
de conſtitu. princip. Quartò & vl
timò, hic ſecundus intellectus eſt
contra tex. in l. in ambiguis. ff. de
8 regul. iur. ꝙ † in ambiguis reſpon
dendum eſt pro dotibus, facit tex.
in l. fi. C. de dot. promiſſi. l. ſi ego.
§. ſi res. ff. de iur. dot. l. ſi conuene-
rit. ff. de pact. dota. cum ſimil. ſed
iſte intellectus eſt contra dotes, er-
go non eſt ſequendus. Sed tenen-
dum eſt, ꝙ illud capitulum ſit cõ
firmatũ & conceſſum ſecundum
decretationes factas in alijs capitu
lis antea conceſſis, vt ſit generali-
ter præſtitus aſſenſus ad beneplaci
tum Regiæ Maieſtatis & quo ad
dotes veras.

¶ Secundò principaliter, quod aſ-
ſenſus intelligatur præſtitus per
ſeptimum capitulum etiam ꝙ in
eo dicatur de obligatione bono-
rum feudalium ſuorum virorum.
Apertè probatur ex eo, quod na-
turaliter decidit gloſ. & Bar. in l. ſi
conſtante. in ver. mariti. ff. ſol. ma-
9 tri. Quòd † diſpoſitio illius legis
licèt exorbitans & contra regulas
iuris communis & ſtrictè interpre
tanda, tamen extenditur de viro
ad ſocerum, vt contra ipſum de-
tur actio de dote conſtante matri
monio; quia in vtroque militat
eadem ratio æquitatis & fauoris
dotis pro dote conſeruanda & re
tinenda. Idem etiam tenet gl. &
Angel. in §. illud. & ibi Iacob. de
Beluiſ. in authen. de æqualitat.
dot. glo. & ibi Cyn. & alij in l. vbi
adhuc. C. de iure dot. & ſequitur
Iaſ. qui dicit hanc eſſe communẽ
opinionem, in d. l. ſi conſtante. Et
per hoc dixit notabiliter Bal. & Sa
lyce. in authen. ſi qua mulier. C.
10 ad Vellcian. quod † diſpoſitio il-
lius authen. quæ eſt correctoria lo
quens in viro habet locum in ſo-
cero, ratione identitatis fauoris.
11 Nam † in fauorabilibus quantũ-
cunque alia ſtricti iuris ſint, de-
bet fieri extẽſio de caſu ad caſum,
& de perſona ad perſonam. l. hoc
modo, in fi. ff. de condi. & demon
ſtra. gloſ. in l. illud. in fin. C. de ſa-
croſanct. eccleſ. Et tanto fortius
prædicta procedunt, quod circa
ea quæ concernunt dotem, & eius
reſtitutionem à lege fit æquipara-
tio viri ad ſocerum. l. rei iudicatæ.
§. fin. ff. ſolut. matr. l. diuortio. §. in
terdum. in fin. eo. tit. cum igitur
in caſu iſtius aſſenſus reſpectu ſo-
crus militet eadem ratio fauoris &
æquitatis, quæ militat in viro, li-
cet loquatur de obligatione facta
à viris, nihilominus comprehẽdit
obligationem factam à Socru.

¶ Tertiò principaliter adducitur,
ꝙ talis præſtatio aſſenſus pro do-
tibus mulierũ eſt fauor publicus
tam reſpectu ipſarum, quàm reſpe
ctu totius vniuerſitatis ſupplican-
12 tis. Sed † vbi agitur de fauore pu-
blico, & ſumus in fauorabilibus
publicè etiam in exorbitantibus à
iure communi & correctorijs, &

in

33 † quando aliquis facit aliquem actum, videtur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu, & dicit glo. ꝙ
34 † iſta eſt fictio, quæ non recipit probationem in contrarium. Ex hoc infert Paul. de Ca. ꝙ ſi aliquis
35 † acceptat priuilegium ciuilitatis in aliquo loco, cenſetur ſe obligaſſe omnibus oneribus ciuium, etiã ſi ignoraret: quia imputatur ſibi, quare non perquiſiuit. Et ſubdit Paul. ꝙ ita determinauit Bald. & Petr. in l. quod fauore. in 7. oppo. C. de leg. Et hoc dictum ſequitur D. Alex. in l. ſi Ruffinus. C. de milit. teſta. & in conſil. 157. in pen. col. & in conſ. 103. col. 4. in ſecundo volu. & idem Paul. in d. l. ſi Ruffinus. Ita eſt dicendum in caſu noſtro. Nam ſi dicto Duci eſt conceſſum ius & priuilegiũ acquirendi feudum Comitatus in ſolidum, eo ipſo quòd acceptat obligatur oneri ſoluendi vitam & militiam, quæ eſt onus annexũ feudo. vt in d. cap. alienationis actus.

¶ Nec obſtat ſi dicas, quòd onus non eſt annexum, niſi quãdo primogenitus acquirit feudum patris. Quia reſpondetur, vt infra, dum reſpondebo ad primam rationem allegatam in contrarium.

¶ Secundò hæc concluſio probatur ratione. Nam ratio, quare in feudo dignitatis, quando ſecundogenitus excluditur à primo, habet habere vitam & militiam, eſt excluſio filij ſecundogeniti, vt in d. conſtitu. Comitibus, in vtraque lectura, ſecundum Andr. ibi. Sed in caſu noſtro Dominus Io. Franciſcus eſt excluſus à parte ſua à D. fratre maiore, ergo debet habere vitam & militiam, quæ ſibi ſecundogenito datur, loco partis à qua excluditur; non enim voluit Imperator in totum excludere ſecundogenitum à feudo dignitatis à parte, quæ debebatur ſibi omni iure, vt eſt ſupra probatum in euidẽtialibus: ſed voluit ſibi reſeruare vitam & militiam, in compenſationem excluſionis à tota parte ſibi debita. Cum ergo in caſu noſtro præfatus D. Io. Franciſcus ſit excluſus, non tamen eſt excluſus à parte ſubrogata loco debitæ portionis, quæ eſt vita & militia.

¶ Nec obſtat ſi dicatur, quòd eſt excluſus in caſu noſtro in totum, & ſimiliter quia vita & militia ſolum eſt reſeruata in bonis paternis. Quia reſponſio patebit ex infra dicendis. Et ſi dicatur hæc ratio non eſt ſcripta in d. conſti. Comitibus. Reſpondetur, quòd
36 † ex quo nõ allegatur niſi vnica, & illa habetur pro ſcripta, ut eſt gloſſ. communiter approbata in l. quamuis. C. de fideicommiſſ. & ſicut ratio ſcripta comprehendit omnes caſus & perſonas, in quibus verificatur ratio. Ita comprehendit omnes caſus tacita ratio, quæ comprehenditur ex mente
37 ſtatuentium: quia † ratio ſtatuti eſt anima ipſius, vt dicit Dyn. in c. fin. de regul. iur. lib. 6. & Bald. in l. j. in 7. col. ff. ſol. matr. allegat tex.

in l.

in l. ſcire oportet. §. & ſi maximè. & ibi hoc idem not. Bald. ff. de excuſa. tuto. & in l. maximum vitiũ. C. de liber. præterit. Cyn. in l. non dubium. C. de legib. Abb. in c. nihil. extra de electio. & in conſ. 75. incipien. Primò eſt videndũ, quòd
38 † mens & ratio legis nõ differũt. l. credendum. ff. qui pet. tutor. & dicit Bald. in d. §. ſi maximè, quòd mens & ratio legis ſunt idem, lex caret ſpiritu, ſi caret ratione. Et
39 † propterea magis attendimus rationem quàm verba legis: quia mens & ratio ſunt ſicut animæ, & verba ſunt ſuperficies & corpus. Et propterea magis attendimus intellectum rationis quàm vocabula, iſta ſunt verba elegantiſſima Bald. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. quem refert & ſequitur Petr. de Anchara. in repeti. c. Canonum. extra de conſtitu. & Panormita. in conſilijs ſuis in conſil. j. vbi dicit, ꝙ
40 † ſicut homo conſtituitur ex anima & corpore, ſic ſtatutum ratione & verbis. Ratio eſt ſicut anima, & verba velut corpus. Et ex hoc
41 infero, quòd † ſicut anima præfertur corpori, vt in l. fin. C. de ſacroſanct. eccl. ſic mens & ratio ſtatuti, quæ ſunt anima, præferũtur verbis, quæ ſunt velut corpus. Et propterea licèt ceſſent verba legis & conſtitutionis, ſi tamen non ceſſat mens & ratio, habet locum diſpoſitio conſtitutionis, & complectitur omnes caſus, qui complectuntur ſub ratione licèt tacita, quando eſt vnica, vt dicit Bald. in d. l. maximum vitium. poſt Iacob. Butri. C. de liber. præter. Nã
42 † ratio eſt velut genus, qđ prædicatur de qualibet ſui ſpecie, & oẽs ſpecies complectitur, vt not. in l. j. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi quid earũ. §. inter emptum. ff. de leg. 3. & ſi eſt generalis ratio, generaliter prædicatur de omni perſona, ita dicit Bald. in l. vbi adhuc. in 6. col. verſ. quid ſi dos data ſocero C. de iur. dot. & in l. de quibus. in 34. col. & 23. in verſ. Item notatur, & in verſic. quandoque enim plura. Et ſub
43 dit, quòd † ſi ſtatutum loquitur de vno caſu vel perſona, & ponit rationem generalẽ, loquitur gratia exempli, & ratio generalis comprænhendit omnes caſus & perſonas, in quibus verificatur ratio. Hoc idem dicit Petr. & Cyn. in l. iura non in ſingulis. ff. de legibus. & egregiè Paul. de Caſt. in conſ. 334. incip. pręſens caſus modicam dubitationem habet, facit gl. in c. primo in ver. Italiæ. de tempo. ordina. lib. 6. facit text. in l. non poſſunt. ff. de legib. & tex. in l. ſiquis libellum ibi. Quos rationis identitas connectit, non debet iuris diſpoſitio ſeparare. C. de diuer. reſcript. & in l. non ſolum. §. quin. principalium. ff. de excuſa. tuto. Et egregiè facit text. in l. libertum. §. ſenatus. in ver. ſententia apprehendi. ff. de rit. nupt. ſed in caſu noſtro ſecundogenito debetur vita & militia, ſub illa ratione:
44 quia † ſuccedit loco partis ſibi debitæ de iure Longobardorum à

qua

quā eſt excluſus. Ergo habet locū etiam in hæreditate Eligij, & ſic in comitatu Aliani, quamquam fuerit dicti Eligij auunculi, & per hoc patet reſponſum ad conſtitu. Comitibus, quæ loquitur de fratre primogenito excludente ſecundogenitum à bonis patris. Habet etiam locum in fratre maiore excludente alium à bonis auunculi. Et licèt illa conſtō loquatur de bonis paternis, loquitur gratia exempli,

45 & † exempla non arctant nec reſtringunt generalitatem rationis. l. damni infecti. §. Sabinus. cum vulg. ff. de damno infect. corroboratur. Nam ſi ſtante ſtatuto,

46 ꝙ † frater excludat ſororem dotatam, & ſic ſtatutum loquitur in fratre & ſorore, vt in conſtitu. in aliquibus, quæ excludit cum onere dotandi, ſi tamē decedat Auus relicto nepote, ex filio præmortuo & relicta nepte ex alio filio dotata. Nepos excludit fœminas propter maſculos, non poteſt eſſe niſi gratia conſeruandæ agnationis & familiæ, vt eius dignitas ſeruetur, vt in l. prima. §. pen. & ibi glo. ff. de ventre inſpicien. & not. Cynus in l. prima. C. de adulte. & not. Petr. & Cyn. in l. non dubiū. in vltima col. in verſ. Primò quæro, C. de legib. quòd

47 † quando cōſtat de mente legis vel ratione, licèt offendere verba, & ſeruare mētem, & dicunt quidam Moder. ꝙ

48 † etiam per rationem non ſcriptam poſſumus recedere à verbis legis, facit glo. notabilis in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. quam ibi ponderant Paul. Bal. & Docto. & ibi Moder. allegant tex. quem pōderant Paul. de Caſtr. & Alexan. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſthum.

49 ꝙ † licèt in ſtatuto nō exprimatur ratio, tamen illa eſt coniecturanda, quæ poteſt mouere iuſtos & ſapientes conditores ſtatutorum. &

50 † ideo ſtatutum in vno caſu cenſetur ſtatutū in alio, in quo idem ſtatuiſſent ſi fuiſſent interrogati, vel veriſimiliter de eo cogitaſſent: & quod voluit Bald. in d. l. maximum vitium. Et hanc quęſtionem diſputauit & determinauit Iacob. de Are. quem refert & ſequitur Io. Andr. in addi. Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. in prima car. verſ. eſt ſciendum, vbi concludit, ꝙ licèt ſtatutum loquatur in fratre primi gradus, extenditur etiam ad eum qui eſt in ſecundo gradu, vt in l. iuriſconſ. §. ſecundo gradu. ff. de gradi. affi. habet etiam locum in fratre patruele qui eſt 4. gradus. vt in §. quarto gradu. inſtitu. de gradi. & in d. l. iuriſconſultus. §. quarto gradu: quia in eo militat tacita ratio ſtatuti de qua ſupra, & ſic verificatur mens ſtatuti, & verba non deficiunt, vt ibi per eum quem ſequitur Bald. in l. ſcimus. in princ. in 7. quæſtione. C. de inoffi. teſt. ita in caſu noſtro. Nam licèt verba conſtitutionis loquantur de vna perſona, tamen comprehenditur alia, in qua eſt eadem ratio per ſupradicta. Quòd ſit eadem ratio patebit infra, &

in

in qua etiam verba non deficiunt vt patebit ex infra dicendis. Vltimò de hoc videtur caſus in d.cõſtitu. Comitibus Intelligendo ꝙ illa verba in bonis patris, poſita in conſtitutione, ponuntur non ſolum pro patre, ſed ꝓ auo & omni alio aſcendente, vt eſt tex. in l. iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradi. & in l. iuſta. de verbor. ſigni. faciũt nota. per Bar. in l. liberorum. §. fi. ff. eo. facit tex. iuncta gloſ. cum ibi not. per Canoniſtas in ca. . . . de verbo. ſigni. vel dicas de bonis patris, ideſt de feudo quòd fuit communis aſcendentis: hoc expreſsè firmat gloſ. in d. conſtitu. vt de ſucceſſionib. in ver. vel quolibet alio titulo, in ver. feudum non paternum antiquum, &c. per tex. in ca. j. §. his non. in tit. de grad. ſucc. in feu. Bal. in authen. defuncto. C. ad Tertull. Alex. in conſ. 39. incip. quoniam abundè, in primo vol. & in 2. in quinto volum. in prima col. & in conſil. 26. in 3. col,

51 & † ſic ibi verbum patris, non ſignificat genitorem tantum ſed ſignificat aſcendentem, qui fuit ſtipes communis agnationis. Et hoc modo intelligendo, eſt ibi caſus, ꝙ ſi frater maior ſuccedit in bonis, ideſt in feudo, quod fuit communis aſcendentis patris debet dare vitam & militiam fratribus ſecundogenitis, ſiue ſit pater, ſiue ſit auus, ſiue proauus & deinceps. Et ſecundum iſtum intellectum, quem ſequuntur ibi Docto. communiter, eſt ibi caſus queſtionis

52 noſtræ, quòd † frater maior ſuccedens in feudo antiquo & paterno tenetur dare vitam & militiam ſecundogenitis.

¶Non obſtat ſi dicatur, ꝙ ex quo feudum dicti comitatus peruenit ad Eligium auunculum, & ſic dicatur feudum tranſuerſalis & non aſcendentis. Huic difficultati reſpondet Andre. de Iſer. in c. j. §. filius fratris. in 4. col. in tit. Imperator Lotha. & gloſſ. & Andr. de Iſer. in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus. in verſic. idem apparet, in illo ar-

53 ticulo. An † ſicut nepos ſuccedit patruo, ita patruus qui eſt in linea aſcendenti tranſuerſali & coniunctus nepoti, vt eſt tex. iuncta gloſ. in §. tertio gradu, in verb. Ex trãſuerſo & in §. quarto gradu, in verbo patruus, inſti. de gradi. concludit Andre. poſt gloſ. ꝙ ſic. Et mouetur ratione: quia licèt patruus ſit in linea aſcendenti tranſuerſali, quando ſuccedit nepoti, nõ ſuccedit ſub illa conſideratione, ꝙ eſt aſcendens nepotis, neque quòd ſit feudum nepotis, ſed tanquam perſona compræhenſa in inueſtitura primi acquirentis, & quò ad perſonam primi acquirentis. Patruus eſt de linea deſcendente & comprehenſus in inueſtitura, & ſubducta perſona nepotis de medio, & ſic ſublato impedimento ſuccedit in feudo primi acquirentis, & iudicantur bona aſcẽdentis per iura & rationes de quibus in locis prædictis, per glo. Andre. & alios, & dicit vnum bonum verbũ

Franciſcus

auunculo & filio ſororis, per ea quæ habentur in l.illam. C.de colla. Reſpondetur enim, quòd illa conſtitutio non denotat perſonas, ſed denotat tertium gradum, & ſic comprahendit omnes perſonas exiſtentes in tertio gradu, vt declarant glo. & Andre. & alij in d.conſtitu. & in d.cap.j.§. filius fratris in tit.Imp. Lothar.

¶ Secundo reſpondetur, quod dato quod verba conſtitutionis loquerentur de perſonis & ſic de patruo & nepote, tamen habet locũ in auunculo & filio ſororis per ſupradicta, ad intellectũ conſtitutionis Comitibus, quia eſt eadem ratio.

¶ Non obſtat quod dicatur, vita & militia debetur loco legitimæ

56 debitæ iure naturæ, & † legitimã non debetur in bonis fratris. Reſpondetur, quod non eſt verum, ꝙ vita & militia ſit loco legitimæ, nec eius loco ſubrogatur, nec etiã eſt legitima debita iure naturæ. Quod non ſit legitima probatur.

57 Nam † legitima eſt quota bonorum & non hæreditatis, vt not. in l. cum à matre. C. de rei vindica. & in l.fi.§. in computatione.C. de iur. delibe. & ita dicitur in l. Gallus.§.ille caſus.ff.de libe.& poſthu. & probatur in l.ex facto.ff.de hæ-

58 red. inſtitu. per Bar. Sed † vita & militia non eſt quota bonorum, ſed fructuum feudi, vt declarat Andre. in d. conſtitu.Comitibus.

59 † legitima detrahitur ex bonis teſtatoris à ſubſtantia & corporibus hæreditarijs, non autem de fructibus, vt eſt expreſſum in l. ſcimus. §.repletionem. C. de inoffic. teſta. & declarat Bar.in l. in fideicõmiſſariá.ff.ad Treb.& ſic legitima iure naturæ debetur de corporibus & non per computationem fructuum & redituum, vt in d. §. repletionem. Vita vero & militia non deducitur de corporibus feu-

60 dorum † dignitatis: quia feuda dignitatis ſunt indiuidua, vt in c.Imperialem. §. præterea Ducatus, de pro hibi.feud.alie. per Federic. & ſoli debetur primogenito, vt in ca. licet. & ibi Hoſtien. Ioan. Andre. & alij extra de vot. dixi ſupra in euidentialibus, & totum feudum Comitatus (vt ibi dixi) eſt legitima primogeniti, & vita & militia de ſolis fructibus, vt dicit Andre.in d. conſtit. Comitibus, item

61 legitima † eſt perpetua & tranſit ad hæredes, vt in authen. nouiſſima, & in corpore vnde ſumitur. C. de inoffi. teſtam. ſed vita & militia extinguitur cũ vita, vt in dicta conſtitu. Comitibus. Et ex prędictis patet, ꝙ legitima debita iure naturę & vita & militia differũt ſpecie, & quodammodo nihil habent commune, & diſſimilia ſunt. l. inter. §.ſacram. ff. de verborum obli.& in l. naturaliter.§.nihil cõe. ff.de acqui.poſſeſ. in ſimili. item

62 legitima † quæ debetur deſcendentibus eſt de iure naturæ, vt eſt tex.in authen.de hęre.& Fal.in §.j. ibi, tanquam hæc pars eis debeatur ſecundum ipſam naturam, equalis eſt filijs & nepotibus, iũcto ver. iam,

vbi dicit tex. Natura primò curante præſertim filijs & nepotibus. eſt tex. in authen. de trien. & ſemiſſ.
63 §. j. vbi text. dicit, ꝙ † hæc legitima eſt debita filijs, ſed meta & quantitas huius legitimæ, eſt de iure ciuili, vt in l. n[illegible]n omnium. ff. de legibus. & [illegible]cit Bald. in l. fina. C. de fruct. & [illegible]t. expen. & in l. fina. §. ipſum autem. C. de bon. quę liber. & olim erat quarta. l. Papinian[illegible], §. quarta. & §. quoniam au[illegible]m. C. dę [illegible]n[illegible] ffi teſt. mé. hodie eſt triens v[illegible] [illegible], vt in authen. de trient. [illegible] [illegible]. §. j. vita
64 † vero & militia non debetur iure naturæ, ſed eſt introducta à iure ciuili, vt in d. conſti. Comitibus. Item eſt introducta contra [illegible] naturę. vt in d. l. maximum [illegible] cum alijs concord[illegible]n. ſupra allega. Et non dicitur vita & militia portio bonorum v[illegible] feud[illegible], ſed onus, vt dicit And. in loc. ſuperius allega. & in conſtitu. in aliquibus, & in [illegible] j. §. idem [illegible] dominus. quę ſit prim. cau. ben[illegible] [illegible] & [illegible]d quęcumque vad[illegible] f[illegible]dum, vadit cum onere ſ[illegible]ndi vitam & militiam, & dicit e[illegible] [illegible]n Neapoda. in conſ. ſi aliqu[illegible] in gl. in verb. tenetur. in fin. vbi [illegible] literas Regis Roberti, vt poter[illegible] videri. Et ex præcedent[illegible]us in[illegible]rtur, ꝙ vita & militia non ſol[illegible] non eſt legitima, debita iure naturę, ſed nec eius lo-
65 co ſubrogata: quia i[illegible]ud † quod ſubrogatur debet eſſe ſimile ei, cuius loco ſubrogatur, non autem omnino diſſimile, vt in l. Parabolani. cum ibi not. per Bal. C. de ſacroſan. eccle. nam quando eſt diſſimile, non ſapit naturam eius, vt eſt caſus in l. cũ in fundo. §. ſi fundus. ff. de iur. dot. quem text. allegat Bartol. in l. prima. §. hæc actio in ſecundo membro diſtinctio[illegible]n[illegible]. ff. ſi quis teſta. liber. eſſe iuſſ. fu[illegible]. & Paulus de Caſtr. in conſil. 225. incip. iſta Domina Liſa, nec vita & militia eſt ſubrogata loco e[illegible]d[illegible]cation[illegible] & alimentorum: quia alimenta non debentur ab auun-
66 culo. Nam † alimenta quæ debentur i[illegible]re naturæ, debentur de æquitate & charitate cõiunctioni[illegible] ſanguinis, & debẽtur officio iudicis, [illegible] in l. [illegible] quis a liber[illegible]s. per diſcurſũ quaſi t[illegible] legis ff. de lib[illegible]. agno[illegible] [illegible] [illegible]ita & militia debetur iu[illegible] [illegible]nis. i. c[illegible]ndictione ex con[illegible]ſt[illegible]u[illegible]e Comit[illegible]bus. ergo &c. Itẽ
67 alimenta † quæ debentur à parentibus deſcendẽtibus debentur de iure naturæ, ideſt quòd ipſe inſtinctus alendi liberos eſt de iure naturæ, neceſſitas aũt alendi & compulſio fit officio iudicis de iure ciui[illegible], vt in d. l. ſi quis à liberis. Et ius ciuile in multis caſibus immittit neceſſitatem præſtandi alimenta à parentibus deſcendentibus, & è contra. Solum enim præſtantur in caſu neceſſitatis inopiæ, vt declarat tex. in d. l. ſi quis à liberis in §. ſed ſi filius, & in l. alimenta, & in l. fin. ff. eo. & declarat tex. in l. j. §. ſed nonnullis & in §. præterea. ff. de tut. & ratio. diſtrahen. ſed vita & militia,

debetur

debetur ſecundogenito etiam ditiſſimo & iure actionis vt dixi. Ergo vita & militia non eſt ſubrogata loco alimentorum, & vt ex ſupradictis apparet in multis differunt.

¶ Et ex his omnibus concluditur, ꝙ vita & militia, quæ debetur a fratre maiore ſecundogenitis, nõ eſt legitima de iure naturę, neque eius loco ſubrogata, nec etiã ſunt alimẽta ſubrogata loco legitimæ, ſed eſt ius quoddam ſeparatum & deriuatum à ſupradictis legitima & alimẽtis, & quædam portio debita loco partis hæreditariæ, vel rei feudalis, in qua iure Longobardorum fratres ſecundogeniti debebant ſuccedere æqualiter cum primogenitis: & per ius Francorum ſunt excluſi, & loco illius eſt ſubrogata; ita dicit & not. Andr. in d. conſti. Comitibus. in prima lectura, dicens; ꝙ vita & militia eſt loco partis hęreditariæ à qua excluditur minor per primogenitum maiorem. Et in alio loco dictę conſtit. in ij. lectura magna dicit, ꝙ frater maior natu minori nihil præſtat, niſi vita & militia. Et ex prædictis patet ꝙ primogenitus præſtat ſecundogenitis vitam & militiam, etiam in omni caſu: in quo illum excludit, ex quo præſtatur ſibi loco partis a qua excluditur, ſed prædictus Ill. dux montis Dragonis in Comitatu Aliani excludit Dominum Ioannem Frãciſcum ſecundogenitum, qui Longobardorum iure in dicto Comitatu Aliani pariter cum eo ſuccedebat loco partis à quo illum excludit, debet pręſtare vitam & militiã. Et illud quod allegatur in contrarium, quòd in hæreditate & ſucceſſione dicti Comitatus eſt

68 ſucceſſio tranſuerſalis, & † de hæreditate tranſuerſali non debetur legitima. Illud eſt verum in legitima, quæ debetur iure naturæ vel eius loco, quod non eſt in caſu noſtro, vt ſupra eſt probatum, & cũ ius Francorum ſit contra legẽ naturæ, contra legem gentium, contra ius commune Romanorum, contra ius Longobardorum, vt ſupra in euidentialibus eſt probatũ, & ſic eſt irrationabile & odioſum, ſi vult ꝙ in hæreditatę tranſuerſali non debeat præſtare legitimam, intelligitur de legitima iure naturæ, & non de portione alio iure debita, per ea quæ dicit Bal. in l. omnes populi. in 13. colum. in verſic. item ſi ſtatutum dicit. & in 3. colum. ff. de iuſtit. & iure, facit text. in l. cum quidam cum concordan. allegat. in gl. ff. de liber. & poſthum. & in regul. odia. ff. de regul. iur. prętereà poſito (ſine præiudicio veritatis) quòd vita & militia eſſet ſubrogata loco legitimæ: Adhuc tamen debetur dicto Dño Ioan. Frãciſco. Quia (vt ſupra dictũ eſt) ad intellectũ conſt. Comitibus. In caſu naturali, ſumus in feudo aſcendẽtis, & ſic pdictus Dux & fratres ſuccedũt dicto Comiti Aliani vt deſcendentes primi inueſtiti, ergo debetur

 legiti-

legitima per iura vulgaria, & per ſuperius allegata. Laus Deo.

Ioan. Tho. Minadous.

¶ Fuit iudicatum in fauorem mei clientis petentis vitam & militiã, & fuit res mirabilis omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ, quæ nõ admittuntur ad partem, faciunt partem.*

2 *Arbiter & moderator quilibet eſt in re ſua.*

3 *Æquitati nil magis co[illegible]ruit, quàm ut q[illegible]s de re ſua diſponat ad libitũ.*

4 *Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem.*

5 *Paragium eſt loco legitimæ.*

6 *Actio perſonalis datur pro parag[illegible]o contra fratrem.*

7 *Exemplis non eſt iud[illegible]andum.*

8 *Augumentum legitimæ fil[illegible]rum non pro eo, quod eſt pen[illegible]s fi[illegible]am ſed pro eo quod remanet in hæreditate.*

9 *[illegible]atio non fit ex diuerſis.*

CONSILIVM II.

IN liquid[illegible] [illegible]ix & mil[illegible]tiæ [illegible] Abbati Carafæ ex C[illegible]mitatu Aliani & tertiaria ferri terræ Baroli, dubitari c[illegible]it, [illegible]n portiones [illegible]rorum quæ [illegible]erunt dotatæ & renunciauerunt omnibus fratrib[illegible] a[illegible]ant om[illegible]us & faciant p[illegible]rem legitima, cuius i[illegible]tar v[illegible]ta & militia terminatur. alijs f[illegible]atribus quib[illegible]s renunciat[illegible] extitit, in qua dub[illegible]tione.

1 Poſito † q. fœminæ, quæ non admittuntur ad partem, faciant partem, vt in l. planè. §. ſi duobus. ff. de lega. j. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. eo. tit. & in l. ſi duobus. ff. de inoffi. teſta. vti pars aduerſa nõ inficiatur, v[illegible]etur decidi debere ac poſſe, q. ea[illegible] portio augeat legitimam maſculorum. Ita enim tenet Bal. in [illegible] ſi defunctus. C. de ſuis & legi. [illegible] in l. vnic. C. quando non peten. part. & ibi e[illegible]m Ludo. de Ro. videtur ſequi Al[illegible]n d. §. ſi duobus, & I[illegible]ſ. in authen. Nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & conſuluit Paul. de [illegible]ſt. in [illegible]nſ. 2[illegible]2. ſecunda part. & [illegible]nſuluerunt I[illegible]n. Pagliaren[illegible]. de [illegible], [illegible]riffus de mõte Policiano, [illegible]ius de Ro[illegible]l. Nell. de S. Ge[illegible] & D. Ioa[illegible]nes de Eugubio, [illegible]t & conſ[illegible]uit Petr. Philipp. [illegible]e. in c[illegible]nſ. 97. j. volum. Quæ [illegible]pinio tanto fortius procedit, q. in [illegible]ſu noſtro i[illegible]a renunciatio & c[illegible]io eſt expr[illegible]e facta in beneficium omnium, [illegible]n quo caſu Doct. n[illegible] loquuntur, ſed in ſimplici ex[illegible]cl[illegible]one, & ſim[illegible]lici renunciatione, [illegible]ter q[illegible] omnino di[illegible] eſt, legitimam aliorum creſcere, [illegible]x illis partibus competen[illegible] fœminis ex earum voluntate, cum

2 † in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter [illegible] in re mandata. C. manda. & † ni[illegible] magis cõgruit

3 æquitati, q̃ vt de re ſua quilibet diſponat ad libitum, vt in §. per traditionem. inſti. de rer. diuiſ. cum ſimi[illegible] Et

4 [illegible]ctus agentium non debẽt [illegible]p[illegible] [illegible]ltra eorũ intent[illegible],

ſ. non

l.non omnis.ff.ſi cert. peta.c.intel
ligentia, de verbor. ſignifi. & ſic
prout ipſarum renũciantium vo-
luntates omnibus: non primoge-
nito portiones accreſcent.

¶Nec poteſt in iſto caſu dici, ſoro
res haberi ſimpliciter pro mor-
tuis, cum ius earum ſit trãſlatum
in fratres, & in perſona earum cõ-
ſeruatur, licèt quò ad ſui vtilitatẽ
cenſeantur mortuæ, vt declarat
Alex. & poſt ipſum Deci. in l. pa-
ctum quod dotali. C. de colla. &
Neapod. in conſuetu. ſi moriatur.
verſ. ipſi ſucceſſores, & ideo earũ
portiones non debent ipſis inuitis
auferri ab eis quibus iam renun-
ciauerũt. l. id quod noſtrum. ff. de
regul. iur. ſed illa portio ſeu legiti-
ma ſiue Paragium quod eis com-
petijſſet debet diuidi inter omnes,
& omnium portiones augere.

¶Nec videtur eſſe dicendum, ꝙ re
nunciatio nõ poſſit hoc operari,
quia in iure cautum nõ reperitur,
quòd non liceat fęminæ diſpone
re de paragio, ſeu quantitate ſibi
debita vel debenda pro paragio,
5 & in alium transferre: quia † ſi lo-
co legitimæ, vt concludit Andre.
in conſtitu. in aliquibus: non po
teſt in ea aliquod onus imponi
vel reſtringi. vt in l. quoniam in
prioribus. C. de inoffi. teſta. & per
conſequens à virtute renunciatio-
nis erit ius quæſitum fratribus in
portionibus fœminarum, quod
non debet eſſe inutile. Et prædicta
videtur fortius procedere, ex quo
talis renunciatio fuit facta in præ-
ſentia, & cum voluntate Ill. Prin-
cipis, qui conſenſit interuenire,
vt vnus, & cæteri fratres cum eo:
per quod videtur abſq; dubio ſibi
præiudicaſſe in eo, in quo forte ſi
bi ius competijſſet, iuxta tex. & ibi
Andr. in c. j. de eo qui fin. fec. agn.
& facit illud quod conſuluit Fran.
de Are. in conſ. 3. not. in l. 2. §. vo-
luntatem. ff. ſol. matri. cum ſimi-
lib. per quæ omnia poſſet reſpon-
deri quibuſdam obiectionibus te
nentium contrariam opinionem.
In quibus, quoniam res agitur co
rã eminentiſſimis viris, nõ inſiſto.

¶ Non obſtat tamen prædictę re-
nũciationi, ꝙ aſſenſus Regius nõ
interuenerit iuxta text. in l. Impe-
rialem. de prohibi. feud. aliena. per
Federic. & in conſtit. Conſtitutio-
nem diuæ memorię, cum ſit facta
translatio de perſona ad perſonã,
vt pars aduerſa innititur. Quo-
niam ad hoc pluribus modis vide
tur reſpõderi poſſe. Primò, ꝙ iſtud
ius renunciatum non eſt quid feu
dale: datur enim ad conſequutio-
nem cuiuſdam legitimæ ſeu para
6 gij in quantitate, pro † quo para-
gio datur actio perſonalis contra
fratrem, ſecundum Andre. in d.
conſtitu. in aliquibus, & per Nea-
poda. in conſuetu. ſi qua mulier.
in ver. de bonis. & in conſuetu.
ſi moriatur. in ver. Paragium. &
tradit D. Mathe. in deciſio. 162.
Si igitur non eſt quid feudale, nõ
vindicat ſibi locum diſpoſitio cõ-
ſtitutionis prædictæ, & quate-
nus debetur ex feudo nõ per hoc

aſſenſus requiritur in eius translatione de perſona ad perſonã, cum per hoc non commutetur ipſum feudum, nec grauetur pluſquam erat, Nec noui aliquid iuducitur in eius grauamen. Eſt actio ad feudum, quod conſideratur in ratione prohibitionis cuiuſcunque cõtractus in præallegatis iuribus. Secundò reſpondetur, quòd ſi iſtę ſorores fuiſſent mortuæ: In legitima ſeu Paragio eis competente in hæreditate eius, de cuius bonis do tatę non fuerunt, vt concludit Andre. in d. conſti. In aliquibus, ſucceſſiſſent omnes fratres, nõ primo genitus tantum, authen. in ſucceſſ. C. de ſuis & legi. cum concordan. cum non ſit feudum, in quo primogenitus tantum de iure Francorum ſuccedere deberet, nec extinguatur morte, ſicuti vita & militia, vt in conſti. Comitibus, licèt Paul. in authen. nouiſſima; videatur tenere, quòd primogenitus ſuccedat. Sed illud poteſt habere locum, quando tenetur maritare & dotare in hæreditate paterna. Vnde cum caſus non euenerit, primogenitus cenſetur liberatus. Sed aliter proceditur in hoc caſu; quia datur loco legitimę etiam ꝙ non nubat, vel quòd ſit nupta. Et faciunt dicta per Andre. & Mathe. in conſti. in aliquibus, in quęſtione ſi ſoror non vult maritari, an habeat paragium, ſed in proximè ſucceſſuros, tenet diſpoſitio ſine aſſenſu, ut in c. 1. de alienat. feud. paterni. not. in c. per quos fiat inueſtitu. & in d. c. primo, de eo qui fin. fec. agna. ergo in caſu iſto aſſenſus neceſſarius non fuit.

¶ Non obſtat etiam, quòd aliàs cõtra hanc opinionem dicatur iudicatum in cauſa Magnificorum Nicolaiantonij Caraccioli & fratrum, quam deciſionem pars aduerſa produxit. Nam † licèt exẽplis iudicandum non ſit, tamen in caſu prædicto ſoror fuerat maritata & dotata ex paterna hæreditate, & nihil amplius in ea ſibi cõpetebat, quod accreſcere alijs fratribus potuiſſet, vel illis renunciari, iuxta text. in l. traditio. cum ſimilib. ff. de acquir. rer. domi. & ideo concludebat Ludouic. de Roma in d. l. vnica. C. quando non peten. part. quòd † pro eo quod eſt penes filiam non ſit augmentum legitimæ maſculorum, ſed pro eo quod remanet in hęreditate, & ita etiam dicit D. Io. de monte Sperell. in l. pater filium. ff. de inoffi. teſta. quem refert Corne. in pręallega. conſ. aliàs ſequeretur duplici onere grauatum primogenitum, quę omnia in caſu de quo agitur penitus ceſſant: cũ id quod ſorores habere debuiſſent, reperitur in hæreditate, & ab eis conſequutum non fuit, ſed fratribus renunciatum. Et ſic † ex diuerſis non ſit illatio. vulga. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbo. obli. Cętera ſuppleat Religio Dominorum Iudicantium.

Ioan. Thomas Minadous.

¶ Fuit iudicatũ, ꝙ partes deficientium

tium cedant beneficio primogeniti, quantumcunque renunciauerint omnibus.

SVMMARIVM.

1 Extenſio nō fit de perſona ad perſonā.
2 Diſpoſitio generalis generaliter operari debet. niſi in res, quæ ſunt ſtricti iuris. nu. 3.
4 Confirmare eſt ſimul firmare.
5 Verba priuilegij Principis debent ſic intelligi, vt aliquid operentur.
6 Reſponſum ad interrogata in dubio ui detur.
7 Intellectus ille ſequi debet, qui ſit contra proferentem.
8 Rñdēdum eſt ꝑ dotibus in ambiguis.
9 Diſpoſitio legis exorbitans extenditur vbi militat eadem æquitatis ratio.
10 Auct. ſi qua mulier. loquens in uiro habet locum in ſocero.
11 Extenſio fit in fauorabilibus quātumcunque aliàs ſtricti iuris de caſu ad caſum & de perſona ad perſonam.
12 Extenſio fieri debet vbi agitur de fauore publico.
13 Ratio expreſſa in diſpoſitione correctoria extenditur ad caſum habentem eandem rationem.
14 Conceſſio principis largè interpretatur circa ea, quæ ſunt expreſſa.
15 Vaſallus donando fit pauperior.
16 Verba priuilegij principis debemus interpretari ſecundum æquitatem.

CONSILIVM III.

Qvod in obligatione feudorum quon. Eccell. Comitiſſæ Montis auri, facta pro dote Mag. Caſſandræ de Capua, Regius aſſenſus, virtute capitulorum ciuitatis Neap. adeſſe dicatur, ex infraſcriptis bene ac clariſſimè demonſtratur. Et primò aſſenſus in caſu iſto debet cēſeri præſtitus vigore octaui Capituli, in quo ſimpliciter & generaliter petitur aſſenſus in rebus obligatis, pro conſeruatione & reſtitutione dotium. Quod Capitulum ſi eſt expeditum & formatū, prout infra demōſtrabo, aſſenſus inde ſequutus eſt in rem, & non
1 in perſonam, & † licet de perſona ad perſonam non extenderetur, vt ſentit Andre. in l. Imperialem in princ. de prohibi. feud. aliena. per Feder. l. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus. ff. de verbor. obliga. de re
2 tamen ad rem, & † in generali diſpoſitione. in omni re vbi eadem diſponendi ratio militat debet diſpoſitio & aſſenſus generaliter in omni re æqualiter prouidere. l. j. §. & generaliter. ff. de legat. præſtā. l. ſiquis fundum. in princ. ff. locat. l. quæ fortuitis, in fi. C. de pignor.
3 actio. Et † in his quæ ſtricti iuris ſunt, etiam ſtrictè interpretanda, ſecundum Roma. in cōſil. 126. & quæ in rem accepta ſunt, cum re ipſa extēduntur etiam in ſtatutis, vt per Bar. in l. cunctos populos, colum. 7. & 10. C. de ſumma trini. & per Roma. in conſ. 39. & in legatis conceptis in rem, vt in l. nō ſolum. §. tale, cum ſequent. ff. de liber. leg. & in omni diſpoſitione, vt per Bar. in l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod

ff.quod ui aut clam. l. hæc verba. ff.de adult. ideo aſſenſus præſtitus ſuper obligatione ſeu bonis obligatis per conſeruatione & reſtitutione dotium, habere debet locũ, tã ſi bona feudalia ſint viri, quàm cuiuſcumque alterius, cui incumbat obligatio conſeruandi & reſtituendi, cum ſit generalis in rem, aſſenſus præſtitus, ſine perſonarũ vel rerum differentia. Quòd autẽ illud capitulum cenſeatur firmatum & conceſſum, apparet ex illa decretatione hoc modo videlicet. Regia Maieſtas confirmat decretationes ſuper ſupplicatis in prædictis alijs capitulis conceſſis. Con-
4 firmare † enim eſt ſimul firmare, vt not. Abb. in c. dudũ. de decim. in gloſſ. in ver. confirmari. Sequitur Alex. in conſ. 122. col. pen. li. 4. Bal. in l. falſus. col. 2. C. de furt. Deci. in rubri. de confirma. vtil. vel inutil. 3. colum. Simul igitur firmãt decretationes in alijs capitulis conceſſis ſuper ſupradictis. Quaſi diceret, quòd in alijs capitulis conceſſis decreuerat, confirmat ſuper ſupplicatis, ſcilicet, vt in omnibus idem prouiſum & firmatum ſit. Sed in alijs placet Regiæ Maieſtati quò ad eius beneplacitum: & quò ad obligationes verè factas. Ergo ſimiliter & in iſto cap. Et ideo communiter interpretatur, quòd non habeat locum in antefato, quia decretationes tractæ ad iſtud capitulum, videntur ſe reſtringere ad dotes, & ita intelligendo iſtam decretationem iſtius octaui capituli, ceſſat omnis difficultas. Si verò aliter forte conſideraretur, quòd illa verba cõfirmant decretationes ſuper ſupplicatis, & ꝙ debeant intelligi. i. ſuper his quę ſupplicantur in alijs capitulis conceſſis, & ſic quò ad ea tantum quę ſunt conceſſa, & non vltra confirmantur decretationes aliàs factæ. Vnde cum in alijs capitulis non ita generaliter, ſed in bonis obligatis per viros loquantur & fiat conceſſio. Ergo ad hũc caſum illud octauum capitulum locum habere non poterit.

¶ Ad hoc bene reſpondetur, ꝙ talis interpretatio admitti non debet, cum iſta confirmatio decretationum nihil operaretur, quod eſſe non debet. l. ſi quando, iuncta gloſſ. prima. C. de inoffi. teſt.
5 vbi † verba priuilegij Principis debent ſic intelligi, vt aliquid operentur, & non ſint fruſtratoria etiam in ſtatutis, vt per Bart. in l. quarta. §. prætor ait. in 3. col. ff. de damn. infect. Iaſ. & Moder. in l. fi. ff. ſi cert. peta. Præterea & ſecun-
6 dò, in † dubio videtur reſpõſum ad interrogata, firmando non negando, vt in §. præterea, inſtitu. de inutil. ſtipula. glo. in l. j. §. ſiquis ſimpliciter, in ver. reſponderit. ff. de verbor. obliga. Sed ita intelligendo non eſſet reſponſum ad interrogata prout interrogatur, & ſunt negata quæ petuntur, nõ firmata, ideo talis interpretatio non
7 eſt facienda. Pręterea † ſtante duplici intellectu, quem aſſignare

poſſumus

poſſumus ad illam decretationẽ, cum ſequi debemus qui ſit contra proferẽtem. l. veteribus. ff. de pact. maximè cum Principe, vt not. in l. fi. ibi Iaſ. in 6. col. in medio ff. de conſtitu. princip. Quartò & vltimò, hic ſecundus intellectus [illegible] contra tex. in l. in ambiguis. ff. de
8 regul. iur. φ † in ambiguis [illegible] dendum eſt pro dotibus, facit [illegible] in l. fi. C. de dot. [illegible] §. ſi res. ff. de iur. dot. l. ſi conuenerit. ff. de pact. [illegible] ſimil. [illegible] iſte intellectu[illegible] eſt contra dotes, ergo non eſt ſequen[illegible]. Sed tenendum eſt, φ i[illegible]d [illegible]m ſit cofirmatũ & conc[illegible] [illegible]n [illegible]um decretationes factas in alij[illegible] lis antea conceſſis, vt ſit genera[illegible]ter præſtitus aſſenſu ad ben[illegible]placitum Regiæ Maieſtatis & qu[illegible] ad dotes vera[illegible].

¶ Secundò principaliter, quod aſſenſus intelligatur præſtitus per ſeptimum capitulum etiam φ in eo dicatur de obligatione bonorum feudalium ſuorum vi[illegible]. Aperte probatur ex eo, quod naturaliter decidit gloſ. & Bar. in l. ſi conſtante. in ve[illegible] ff. ſol. ma
9 tri. Quòd † diſpoſitio illius legis licèt exorbitans & contra regulas iuris communis & [illegible] interpretanda, tamen extenditur de viro ad ſocerum, vt contra ipſum [illegible]tur a[illegible] de dote conſtanti [illegible] monio, quia in vtroque militat eadem ratio æquitatis & fauoris dotis pro dote conſeruanda & retinenda. Idem etiam tenet gl. & Angel. in §. illud. & ibi Iacob. de Beluiſ. in authen. de æqualitat. dot. glo. & ibi Cyn. & alij in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & ſequitur Iaſ. qui dicit hanc eſſe communẽ opinionem, in d. l. ſi conſtante. Et per hoc dixit notabi[illegible] [illegible] Salic. in authen. ſi qua mulier. C.
10 ad Velleian. quod † diſpoſitio illius authen. [illegible] correctoria locum in [illegible] habet locum in ſocero, ratione identitatis fauoris.
11 Nam † in fauorabilibus quantũcunque alia ſtri[illegible] ſint, do[illegible] extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad [illegible] hoc modo, in fi. ff. de [illegible] demonſtra. gloſ. in l. illud. in fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et tanto [illegible] prædicta procedunt, quod circa ea quæ concernunt dotem, & eius reſtitutionem à lege ſit æquiparatio [illegible] iudicatæ. §. fin. ff. [illegible] matr. l. diuortio. §. interdum. in fin. eo tit. [illegible] igitur in caſu illius aſſenſus reſpectu ſocerus militet eadem ratio fauoris & æquitatis, [illegible] militat in [illegible] licet loquatur de obligatione facta à viro, nihilominus comprehẽdit obligationem factam a Socero.

¶ Tertiò principaliter adducitur, φ talis præſtatio aſſenſus pro dotibus mulierũ eſt fauor publicus tam reſpectu ipſarum, quam reſpectu totius vniuerſitatis ſupplicantis.
12 Sed † vbi agitur de fauore publico, & ſumus in fauorabilibus publicè [illegible] in exorbitantibus à iure communi & correctorij, &

in ſtrictè interpretandis debet fieri extenſio quantum ratio fauoris extēditur, Bar. in l. quemadmodū. C. de agric. & cēſit. li. 10. l. ij. §. exercitoria. ff. de infam. Roma. in cōſ. 105. incip. viſo themate, etiam ſi ſecundariò ſit fauor publicus ſecundum Paul. de Caſtr. in conſil. 28. incip. viſo puncto, col. 3. ergo & hoc caſu fiet extenſio ad obligationem factam a ſocru, ad quam extenditur ratio fauoris, quæ militat in diſpoſitione facta de viro.

¶ Quarto & vltimò pro hac opi-
13 nione adducitur, quod † ratio expreſſa in diſpoſitione quantumcumque correctoria extēdit diſpoſitionem ad caſum habentē identitatem rationis expreſſæ: ita Bal. in authen. quas actiones. col. 2. C. de ſacroſanct. eccle. Paul. in l. quāuis. C. de fideicommiſſ. Cuma. per illum text. in l. cum mulier. ff. ſol. matr. l. his ſolis. C. de reuocan. dona. & idem eſt ſi ratio eſt vnica, nam pro expreſſa habetur, gloſ. in d. l. quamuis. C. de fideicommiſ. Bal. in d. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Sed in his capitulis ratio eſt expreſſa pro conſeruatione & reſtitutione dotium, & ſic ne remaneant indotatæ, & ſi non exprimantur, haberi debet pro expreſſo, quæ etiam habet locum in ſoccero recipiente dotem. Ergo & in eo locum habebit prouiſio & præſtatio aſſenſus.

¶ Nec prędictis obſtat illud, quod dicit Andre. in d. c. primo. de prohibi. feud. aliena. colum. ij. quòd
14 † conceſſio Principis largè interpretatur circa ea, quæ ſunt expreſſa, vt in d. l. fi. ff. de conſtitu. princip. l. ſi quando. C. de boni. vacan. lib. 10. & ideo ſi aſſenſus fit de vendendo Titio, non valet venditio facta Alenio, vel ſi conſentit vendere & vaſallus donat. Nā ad hæc reſpondetur, quòd ea procedunt ex quo alia ratio eſt in vno quàm in alio, & magis in vno quàm in altero. Probatur per id quod idē Andre. ibidem dicit, quod ratio quare conſenſus vendendi vni nō extenditur ad alium, eſt quia intereſt Domini ſcire cui vendatur, quia poteſt eſſe quòd eſſet Domino odioſus. argu. l. ſi §. j. ff. de iur. emphi. l. ſi ſterilis. ff. de actio. emp.
15 Similiter dici poteſt, quòd † donādo efficitur pauperior vaſallus, quod non fit vendendo, & ideò ratione differentis cauſæ & rationis de vno ad aliud non fit extenſio. Sed in caſu iſto finis & ratio aſſenſus militat tam reſpectu bonorum viri obligatorum quàm ſoceri, ſeu ſocrus ſimiliter obligatorum. Ergo dictum Andreæ ibi non habet locum in caſu, de quo agimus, & maximè quòd ipſe nō loquitur, quando finis conſentiendi militat etiam in caſu non expreſſo, prout in caſu iſto. Et per hoc in aſſenſu alienationis fiendę eſt tex. quem Andre. allegat in l. ſicut. §. pen. ff. qui pot. in pign. habe. & eſt tex. in authē. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Quod

Quod licet cauſa neceſſitatis tantummodo ſit expreſſa ad permiſſionem alienationis, non tamen excluduntur aliæ cauſæ ęquiparatæ, vt per glo. in c. in ſumma. 12. q. 2. per Hoſtien. in ſumma de reb. eccleſ. nō alienan. §. & ex quibus. Abb. in c. nulli. eod. tit. Et præſertim ꝙ hoc eſt pium & ęquum, vnde ſuccedit gloſ. not. in c. pa-
16 ratus. 23. q. j. quòd † verba poſita in priuilegio Principis d b mus interpetrari ſecundum ęquitatē, licèt verba i ud non paterentur, quam gloſſ. ſeq itur Iaſ. in d. l. fi. colum. 7. in princ. ff. de conſtit. princ. Et ita de iure v detur mihi

Io. Tho. Min dou V. I. D.

¶ Fuit iudicatum pro mea clientula.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vſufructus omnium bonorum vxori relictum diminuitur ex legitima filij ac per æs alienum non confecto inuentario per hæredem.*

2 *Hæres deficiens in inuentario dupli pœna punitur. Intellige vt nu. 14.*

3 *Hæres non conficiens inuentarium tenetur inſolidum legatarijs & creditoribus.*

4 *Hærede non conficiente inuentarium, lex præſumit tot in hæredi te bona fuiſſe, quæ ſufficerēt om us hæreditarijs. Intellige vt nu. 19.*

5 *Vſusfructus diminutio cauſatur ex debitis neceſſariò ſoluendis.*

6 *Legitima filij ac non alienum deducitur in primis ex bonis hæreditarijs.*

7 *Legitima filij eſt deducenda non obſtāte, quòd hæres non fecerit inuentarium.*

8 *Aes alienum deducendum ab vſufructu.*

9 *Aes alienum quomodo ſatisfaciendū.*

10 *Hæreditas quando venit reſtituenda, hæres poteſt detrahere quod ſibi debetur.*

11 *Vſ ructus intell itur legatus deducto ære alieno.*

12 *Hæ es non conficiens inuentarium tenetur creditoribus vl ra vires hæreditarias. limita. n . 16.*

13 *Vſ u us di nu tur propter æs al um.*

15 *Cauſa etiam iniuſta & temeraria excuſat à dolo.*

17 *Paria ſunt non eſſe & non apparere.*

18 *Inductum in pœnam non debet extendi.*

20 *V a legis cui non congruunt, nec l. diſpoſitio.*

21 *Hæres in foro conſcientiæ non tenetur vltra vires h red tarias.*

22 *Conſ one re es at r quis ab onere probandi*

23 *Vſ fructuaria c r debet de utendo & fruendo ar o boni viri.*

24 *Le atum quando debetur arbitrio boni viri, hæres non tenetur vltra. v s hæred tarias.*

25 *L. ſi dos à ſocero ff. ad l. Falc. declaratur*

CONSILIVM IIII.

1 Vbitari contingit, an † legatū vſusfructus oīum bonorum vxori relictū diminuatur ex legitima filij, ac per

per æs alienum non confecto inuentario per hæredem. Pro cuius ſolutione aliqua pro clientis deſiderio adducam, licèt adhùc cauſæ expeditio non inſtet.

¶ Et in primis, quòd legatum, non minuatur, videtur poſſe adduci, quòd
2 † cum hæres in inuentario omiſerit res ſtabiles ponere, ac illud legitimè & ſolenniter conficere, dupli pœna puniatur, iuxta tex. in §. ſancimus. in authen. de hæred. & Falcid. in l. fi. §. licèt vir excellens. C. de lib. liber. not. in l. in ratione. in §. quod vulgo. ad leg. Falcid. Sed facta contributione dupli, legata ac æs alienum ſoluentur, ergo indiminutus remanebit vſusfructus.

3 ¶ Secundo adduci poteſt, quòd hæres inuentarium non conficiendo tenetur in ſolidum legatarijs & creditoribus. d. l. fi. §. ſi vero. Paul. de Caſtro in d. §. quod vulgo. Bald. in l. filium. C. famil. erciſcun. not. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. miſ. ergo vxori teſtatoris integer debetur vſusfructus ab hærede, & creditoribus ſimiliter integra ſolui debebunt credita, aliàs ſi quereretur hæredem in ſolidum non teneri, contra iura allegata.

¶ Tertiò & vltimò adducitur, quòd
4 † hærede non conficiente inuentarium, lex præſumit fuiſſe tot bona in hæreditate relicta, quæ ſufficerent ad omnia onera & legata, per tex. in d. §. ſancimus, ſtatt. poſt ipſum Paul. declarat in d. §. quod vulgo. col. fin. Et propterea hæres præſtat omnia. Si ſic eſt, ſequitur ergo, quòd vſusfructus iſtorum bonorum, quæ reperiuntur, diminui non debet, cum aliunde poſſit ſatisfieri ex alijs bonis, quæ lex præſumit ſubtracta, & fuiſſe ſufficientia. Et pro hoc facit tex. in l. j. §. ſi autem æs alienum. C. de bo.
5 quæ liber. quod † diminutio vſusfructus cauſatur ex debitis neceſſario ſoluendis ex peculio, vnde ſi aliunde poſſet conſiderari, quòd deberet ſatisfieri, non videtur vſufructum diminui debere. Et propterea videtur dicendum, quod hæres ſatisfacere debet cæteris creditoribus & legatarijs, & ſic iſta bona quæ fatetur hæreditaria remanent pro vſufructu vxoris indiminuta.

¶ Hac tamen non obſtantibus cõtraria opinio videtur verior. Et in
6 primis, quòd † ex bonis hæreditarijs ſit deducenda legitima filij ac æs alienum, & ſiquid ſupereſt habita ratione legatorum, cum legato vſusfructus tantum ex inde remaneat, quod poſſit concurrere vſufructuaria cum cæteris legatarijs.

7 ¶ Et in primis, quòd † legitima filij ſit deducenda non obſtante, quòd hæres non confecerit inuentarium, tenet gloſ. in d. l. fin. §. ſin autem in ver. hoc ſacramento, & in d. authen. hoc amplius. & facit tex. in § penul. in authen. de hæred. & Falci. Et hanc opinionem tenet Salyce. & Alex. & latè eam defendit Petr. Phil. Corne. Quicquid

quid dicat Iaſ.in d.§.ſinautem. in fine primæ colum. Et conſuluit Paul. de Caſtr. in conſil. 90. Alexan. in l. ſi debitor. ff. ad Trebell.
8 & eſt communis opinio. De † ære alieno deducendo ab vſufructu, Docto. omnes in d. §. ſinautem æs alienum. & in l. vſufructu. ff. ad leg. Falcid. & in l. fina. ff. de vſufru. lega. l. Lucius. la ſecunda. ff. de leg. ſecundò, ſimiliter concludunt deducendum eſſe, & in ſpecie Alexand. in d.l. vſufructu. in finalibus verb. in quæſtione, an ex vſufructu vel venditione proprietatis debeat fieri ſatisfactio, & concludit, quòd vxor debet concurrere cum legatarijs, & vendi pro rata proprietas, quod maximè dicit procedere, quando hæres confeciſſet inuentarium, præſupponendo, quòd etiam quòd hæres nō confeciſſet inuentarium, debet æs alienum deduci, & debet ex bonis hæreditarijs ſatisfieri etiam legatarijs per concurſum vnà cum ipſa vſufructuaria. Et pro opinione Alexand. conſuluit Socyn. in conſil. 131. colum. ſexta. volum. quinto. non diſtinguendo an fuiſſet factum vel non factum inuentarium: quaſi hoc indiſtinctè velit procedere.

¶ Difficultas enim in hac materia
9 videtur ſtare, an ſit † vendenda proprietas, vel de vſufructu ſit ſatisfaciendum. Et an contra hæredes vel contra vſufructuarium actio ſit dirigenda. Et in hoc clarè poſuit formam dicta l. fina. & ſequitur Socyn. in loc. præallega. non etiā dubitatur de inuentario non confecto, & idem decidit ſolennis Doctor Guid.Pap. in deciſio. ſuis 541. & Alexan.in conſ. 240. vol. 6. & pro hoc etiā ſatis facit illud, quod firmat Alex. poſt alios in l.debitor.
10 ff. ad Trebell. ꝙ † quando hæreditas venit reſtituenda per hæredem, poteſt detrahere quod ſibi debetur, & exercere actionem hypotecariā, etiam inuentario non confecto, licèt aliàs actiones ſint confuſæ per aditionem; Ita eodem modo in caſu iſto in quo deducto aere alieno & legatis vniuerſa penè hæreditas reſtituitur: & hanc ſententiam uidetur mihi euidentiſſima ratione fundari, duobus præſuppoſitis.
11 Nam † quando vſusfructus legatur, intelligitur legatus ære alieno deducto. l. nam quod. §. fina. cum ſequen. ff. ad Trebell. l. vxori meæ. ff. de vſufru. lega. Et per conſequens ſolui prius debet creditoribus hæreditarijs quàm ꝙ vxor capiat vſufructum.
12 ¶ Secundò, quòd † licèt hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias, nihilominus quatenus eſt in hæreditate, ex bonis hæreditarijs ſoluere poteſt creditoribus. Et quòd iſtud ſit verum probatur eo ipſo quod contrarium ſtatutum non reperitur. arg. l. præcipimus.C. de appella.

¶ His igitur præſuppoſitis ſequi-
13 tur, ꝙ † ex bonis hæreditarijs facta ſatisfactione creditorum vſufructus neceſſariò reperitur diminutus

etiam inuentario non confecto : quia cum in vſufructu neceſſariò pręſupponi debeat ꝓprietas & rei ſubſtantia l. prima. ff. de vſufruct. l. prima. ff. vſufructuar. quemadmod. cau. l. Celſus. de vſucap. & bona hæreditaria diminuuntur propter æs alienum. Ergo neceſſariò vſufructus etiam diminuitur, & in hoc ſtabit differentia inter legatum vſufructus & cętera legata, quæ legata hæres de ſuo praſtare poteſt, cum non arctentur ad rem vel quantitatem certam & determinatam ipſius teſtatoris, prout eſt legatum vſufructus bonorum teſtatoris, de quo in caſu iſto, in quo non niſi ad bona teſtatoris extenditur per iura præallegata.

¶ Et ex prædictis inferri poteſt ad ſolutionem eorum, quæ in contrarium adducuntur. Et primò non obſtat text. in §. ſancimus. de pęna
14 dupli. † quia procedit quotieſcũq; inuentarium eſſet factum, & per dolum aliqua bona eſſent omiſſa & occultata : ſed in caſu iſto, nulla eſt probata occultatio bonorũ : quia non fuerunt aſcripta bona immobilia, quæ erant notiſſima, & non ſub modio ſed ſupra candelabrum, & ſic non militat pęna dupli. Et ita illum tex. intelligunt Doct. maximè Salyce. in d. §. illo videlicet. & Iaſ. in d. §. ſi verò, quin immo à dolo excuſatur hæres in caſu iſto propter receſſum à ciuitate Catanzarij, & alia impedimenta, quæ licèt non ſint iuſta, nec iu-
15 ſtam cauſam adducant † tamen etiã iniuſta & temeraria cauſa excuſat à dolo l. licèt, de liber. cau.

¶ Non obſtat, quod ſecundo lo-
16 co dicebatur, quòd † hæres teneatur inſolidum, & ſic debeat de ſuo ſupplere, vel ex bonis quæ ſubtracta præſumuntur. Quia hoc adaptari non poteſt ad legatum vſusfructus omnium bonorum. Primò, quia iſtud legatum habet relationem ad bona, quæ cum
17 non appareant, par † eſt ac ſi nulla forent. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tute. l. prima. ff. de contrahenda emptio. per quam rationem conſuluit Roman. in ſimili, quòd diſpoſitio vitietur. vt in conſil. ſecundo. quæſtio. quarta. colum. ſecunda. & facit text. in l. ſcire oportet. ff. de excuſat. tutorum. l. de creationibus. C. de epiſcopal. audien.

¶ Secundò iſtud legatum redditur incertum taliter, quòd certificari non poteſt, & deducto ære alieno & ſolutis legatarijs, ſi non probatur quòd alia remanſerunt bona in hæreditate, non poteſt aliquo modo certificari quantitas vſusfructus debendi; quia in hoc legis pręſumptionem non habemus, & per conſequens legatum vitiatur, argumen. l. ſi cui annuũ. ff. de annu. lega. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fina. ff. de lega. primò. l. numis. de lega. ſecundò. l. Seio. §. primo. de annu. lega. & ante certificationem quantitatis vſusfructus non debetur, conſuluit Socyn. in conſil. 131. col. quarta. in prin. Et ſi vellemus

certificare

certificare iſtud legatũ ex his, quæ teſtator pręſtare ſolebat, ut in d.l. ſi cui annuum, repugnant verba legati, & non niſi alimenta præſtari ſolita deberentur, per illum text. nec ex quantitate bonorum, quæ reperiuntur certificari poteſt, quia illa non ſunt bona teſtatoris, cum prius cedãt æri alieno, & nõ veniant in legato vſufructus per prӕallegata; & ſic nullo modo videtur, quòd pœna.d.l.fin.ad hunc caſum adaptari poſſit: tanto for-
18 tius, quòd † hoc tanquàm inductum in pęnam non debet extendi c. odia, de regul.iur.in 6.ſed debet ſtrictè intelligi l. in teſtamento.la pª. ff.de condi.& demonſtra: cum ſimil. not. Bal.in l.1. C. de his quę pœn. nomi.in l.fin. §.fin. C.commu. de lega.

¶ Non obſtat tertium, quod in idẽ
19 recidit, ꝙ † bona præſumãtur fuiſſe ſufficientia. Quia hoc procedere poteſt in legatis & ęre alieno ſoluendo, cum habeant determinatã quantitatẽ, & non reſtringantur ad bona teſtatoris, ſed cum quantitas vſufructus non poſſit determinari, deducto ære alieno & legatis per præallegata: quia non poteſt recipere eandem determinationẽ ſolutionis & ſatisfactionis, ſicut in
20 alijs legatis. Quia † cui non congruunt verba legis, nec eius diſpoſitio.l.iiij.§.toties.& §. prætor. & ibi Alexand. in vltima colum. ff. de dam. infect. l. quod conſtitutum. ff.de milita. teſtament. Socyn. in l. prima. §. ſi quis quadringenta. colum. 7. ff. ad Trebell. Felyn. in cap. nonnulli. colum. 31. de reſcripris. Vnde concludendum videtur, quòd vſusfructus præſtari debeat in bonis, quæ reperiuntur deducto ære alieno, concurrẽdo tamen cum legatarijs ſecundum opinio. Bar.in d. l.fi.& Alexan. in d.l. vſufructu. & quòd in plus teneri non poſſit inuentario non confecto. Hæc opinio videtur ſatis ęqua, maximè quòd (vt prædictum eſt) dolus hęredi imputari non poteſt,
21 & † ideo in foro conſcientiæ, ſecũdum veram opinionem, hæres nõ tenetur ultra vires hæreditarias, ut tenet Bar.in rub.ff.de acquir.hærẽ. Bal.in d.l.fina. Martin. de Laud.in ſuo tractatu de pœna, & decidit Guido Papæ in deciſio. ſuis 171.
22 Conſulo † tamen in præſenti caſu articulandum & probandum per rei euidentiam, quæ bona remanſerunt, & quòd non fuerunt occultata nec occultari potuerunt, & ſuper ipſis articulis interrogetur aduerſaria, quia forte per confeſſionem ipſius releuabitur hæres, iuxta ſingularem doctrinam Bald. in l. filium. C. famil. erciſcundæ columna penult. Quem ſequuntur Alexand. & Iaſo. in d. l. fina. §. primo. Areti. in dicta rubri.de acquirenda hæreditate in ſecunda colum. & Felyn. in cap. quoniam contra falſam.colum.decima ſexta. verſicul. fallit quintò. de probatio. Paulus de Caſtr. in dicto §. Quod vulgò. & tradit pro cautel. Bartholomæus Cepolla cautel. 22.

Et inſuper opinio poteſt fundari: 23 quia † iſta vſufructuaria debet cauere de vtendo & fruẽdo arbitrio boni viri, toto dicto tit. vſufruct. quemadmod. caueat. Ex quo duo reſultant. Primò, ꝙ cum non ſit præſtita nec oblata talis cautio, ꝙ vſufructus præſtari non debuit, nec debet, prout concludit Socy. in d. conſ. 151. Secundò, ꝙ cum arbitrium boni viri non patiatur, quòd vtatur vltra vires hæreditarias etiam inuentario non confecto, per id quod dicit Bald. in l. voluntatis. col. 2. verſ. nunquid ergo. 24 C. de fideicommiſſ. quòd † quãdo legatum debetur arbitrio boni viri, hæres non tenetur vltra vires hęreditarias, etiam inuentario non cõfecto, quod dictum confirmat Areti. in d. rubr. de acquir. hæredit. col. 4. non videtur quòd hæc vſufructuaria vti frui debeat bonis p hæredem ſupplendis: quia contra boni viri arbitrium vti frueretur. Et propterea licèt hæres cęteris creditoribus & legatarijs inſolidum teneatur, legatario tamen vſufructus non niſi ex bonis quæ repeiuntur, deductis deducendis vt ſupra, teneatur.

¶ Nec omitto in propoſito caſu, quòd in ære alieno etiam dos vxoris dicti hæredis, & data contemplatione matrimonij debet com- 25 putari, tex. eſt † in l. ſi dos ſocero. ff. ad leg. Falci. l. ſi filia. §. hoc amplius. ff. fam. erciſ. quia licèt adhuc non euenerit caſus dotis reſtituendę, vel dicatur res viri & non vxoris. l. in rebus. C. de iur. do. Quia tamen ex dote, & ex eo quod contemplatione matrimonij datum eſt, debet vxor ali à uiro ſecundũ eorũdem conditionem & qualitatem, intereſt ipſius etiam matrimonio conſtante deduci, & quòd penes virum remaneant, & ita illũ text. in d. l. ſi dos ſocero. declarat Pau. Caſtren. quem omnes ſequuntur, & facit text. in ratione ſui, in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Et ita ſentio iuris eſſe, currenti calamo.

Ego Io. Tho. Minadous. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 Actore non probante reus, & ſi nihil præſtiterit, abſoluetur.

2 Proteſtatio ius conſeruat proteſtantis.

3 Bona quæſita per mulierem quæſita præſumantur ex bonis viri.

4 Cauſa ceſſante ceſſare debet præſumptio.

5 Domeſtici admittuntur, quando per eos res melius fieri poteſt.

6 Probatio qualiſcunque ſufficit ad tollendam præſumptionem. l. quintus.

7 Teſtis vnus tollit præſumptionem iuris.

8 Præſumptio vna tollit aliam.

9 Teſtis, qui non debuit examinari, examinatus facit indicium.

10 Conſanguinei & coniuncti admittuntur in cauſa mere ciuili.

11 Condemnatio certa ſequi non poteſt, cum ſit incerta quantitas.

12 Compenſatio non fit liquidi ad non liquidum.

Introitus

13 Introitus percepti ſciente viro conſtante matrimonio, cenſentur donati.

14 Solutione eius, quod debetur, tollitur obligatio.

15 Mater donec reddiderit computum adminiſtrationis tutelæ datur dotium retentio filijs.

16 Iura ſua renũciũtibus nõ dat̃ regreſſus.

17 Actio quæ ſit intentata colligitur ex medio concludendi.

18 Libellus generalis & incertus non admittitur.

19 Vaſallis in fauorem Dominorum nulla fides eſt adhibenda.

20 Fruges infra biennium veriſimiliter conſumi potuerunt.

21 Notarius enuncians illud, de quo non fuit rogatus, non probat.

22 Probatio per rei euidentiam cæteras antecellit.

CONSILIVM V.

QVòd Ill. Ioanna de Montibus Bucchianici Marchioniſſa, abſolui debeat à cauſa reconuentionali contra eandem mota per nepótes ipſius ex filio, ac ꝙ in ſui fauorem lata olim ſententia exequutioni demãdari debeat, ex infraſcriptis demonſtratur. Et primò, quoniã
1 † actore non probante, reus, & ſi nihil pręſtiterit, abſoluetur. l. qui accuſare. C. de ędcn. c. ĩ præſentia. de prob. l. actor. C. eo. ſed bona petita pro parte nepotum petuntur vt relicta in hæreditate quondam Marini Caraccioli eorum Aui, cõ petentia Ioanniantonio patri ipſorum agentium, quod ab eiſdem nõ probatur, nec verificatur. Ergo conuenta eſt abſoluenda.

¶ Non obſtat d. Ill. Ioannæ quoddam inuentarium confectũ de ipſis bonis, in quo eſt totum fundamentum partis aduerſæ, quoniam licèt, vt de bonis hæreditarijs fuiſſet prætenſum fieri illud inuentarium, tamen dicta Ill. conuenta dixit & proteſtata extitit, bona eſſe ſua, ac ad ſe ſpectare, nec potuiſſe inuentariari vt bona hæreditaria,
2 † per quã proteſtationem ius ſuũ præſeruauit, taliter ꝙ ex eo, ꝙ vt hæreditaria inuentariata fuerint, ſibi præiudicium aliquod non ponitur, iuxta not. in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui. oper. nuntia. in l. edita. C. de eden. l. ſi debitor. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hypote. ſol. Alex. in conſ. 131. col. fin. volu. 4. Deci. in conſ. 146. col. 5. in fin.

¶ Nec obſtat iuris quædam præſumptio, quæ cauſari videtur con
3 tra dictam Ill. Ioannam, ꝙ † præſumantur ex bonis viri quæſita illa bona, ſeu ꝙ viri fuerint. iux. tex. in l. quintus. ff. de don. inter vir. & vxo. l. etiam. C. eo. tit. no. in c. ſignificauit. extra eo. Nam ad hoc multipliciter reſpondetur. Et primò, ꝙ regula illorum iuriũ procedit & habet locum vbicunq; probaretur, ꝙ bona fuerint quęſita per vxorẽ, & ad ipſam peruenerint tẽpore cõſtantis matrimonij, vt declarat Bal. in l. ſuper hypotecis. C. de pignor. l. ſi vxorem. C. de condit. inſer. Sed in caſu iſto nõ fuit hoc probatum & verificatum,

quòd iſta bona perueniſſent ad eã conſtante matrimonio, per conſequens dicta regula locum non obtinet: quia potuiſſent ei vel ante, vel prius cõtractum matrimonium acquiri, taliter quòd illa præſumptio non reſultat ex vaga & incerta probatione, & hoc argumento vtitur Alex. in conſ. 42. colum. 2. in medio. vol. 5. Secundò reſpondetur, quòd diſpoſitio. l. quintus. cum concordan. fundatur ad euitandum turpis quæſtus ſuſpitionem, ſed iſta ratio ceſſat in ipſa Ill. Marchioniſſa ex multiplici cauſa, & præſertim quoniã in proceſſu probatum & deductũ eſt, illam habuiſſe quàm plura bona, introitus & res donatas à viro, de quarum fructibus, ſeu ex ipſarum rerum pretio redigi potuerunt ac fieri bona ipſa, & per conſequens ceſſat & ceſſare debet tur-
4 pis quæſtus ſuſpicio, & † ceſſante cauſa, ceſſare debet præſumptio dictæ l. quintus. iuxta text. in c. cũ ceſſante. de appella. l. adigere. §. quamuis. de iure patrona. cum ſimil. Tertiò reſpondetur, ꝙ iſta bona penes ipſam Ill. Marchioniſſam fuerunt reperta poſt mortem viri ſui ipſa vidua exiſtente & per temporis interuallum. Quo caſu non præſumitur, quòd bona fuerint viri, nec procedit diſpoſitio d. l. quintus. ita notabiliter tenet Alberic. in d. l. etiam. Angel. in conſ. 14. refert & ſequitur Cremen. in ſingul. 6. Quartò reſpondetur, quòd in proceſſu verificatum extitit, quòd ſi illa bona conſtante matrimonio per candẽ habita fuerint, vt eſt reſpectu argenti, fuerunt eidem Marchioniſſæ donata per virum, & per eius filium. Et licèt in hoc depoſuerint aliqui teſtes, forte inhabiles, vt domeſtici & familiares, ac etiam propriæ filiæ ipſius Marchioniſſæ, quibus non videtur fides adhibenda. l. etiam. C. de teſtib. l. parentes. & ibi Docto. eo. tit. hoc tamen caſu dico, quòd eis credendum eſt, & ipſorum ac ipſarum depoſitio-
5 nes proficiunt. Primò, ꝙ † hæc veriſimiliter ſciuntur melius, tam per domeſticos quàm per filios, quo caſu admittuntur, & per Bar. in l. ſi quando. C. vnde vi. l. conſenſu. C. de repud. c. veniens. in fin. de teſtib. l. quoties. de naufra. lib. 10.
6 Secundò, quoniam † ad tollendã præſumptionem, de qua in d. l. quintus. ſufficit qualiſcunque probatio, etiam ſemiplena, ita voluit Bal. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito, per text. in l. ſi ego. §. dotis. ff. de iur. dot. refert & ſequitur Ale. in l. qui iure familiaritatis.
7 ff. de acquir. poſſ. & † vnus teſtis tollit præſumptionem iuris. Bald. in c. primo. §. fi. qui feud. dare poſ. Iaſ. in l. fin. C. de ſacroſanct. eccl.
8 & † vna præſumptio aliam tollit, c. illud. & c. afferte. cum ſimil. de
9 præſumptio. Et † teſtis qui nõ debuit examinari, examinatus ſaltẽ facit inditium, vt per Felyn. in ca. in literis. de teſtibus maximè in caſu iſto, in quo repulſa petita non

non fuit, nec facta proteſtatio cõtra teſtes, iuxta c. ex parte. & in ca. propoſitum. de teſtib. Et ſimiliter depoſitio Iuliæ Pudericæ admitti debet; quoniam eſt affinitas iam ſoluta, vt not. in §. affinitatis. inſtitu. de nupt. in c. iuuenis. de ſpon-
10 ſal. & † ſumus in cauſa merè ciuili, in qua coniuncti & conſanguinei admittuntur, vt not. in c. inſinuante. de offi. delegã. & in c. cum oporteat. & ibi per Felyn. de accuſ. Quintò reſpondetur, ꝙ ea quæ ex aduerſo petuntur cõſiderata qualitate & conditione perſonarum, non ſunt magni valoris, ſed potius modici, & quotidiani vſus, in quibus præſumitur donatio, & morte viri ſequuta non reſtituuntur, vt per Bart. in l. prima. §. nec caſtrenſe. ff. de colla. bon. Bald. in authen. ex teſtamento. q. 12. C. de colla. & conſuluit in proprijs terminis Alex. in d. conſil. 42. Et iſta concernunt bona poſita in inuentario.

¶ Quò verò ad reditus ſyluæ, qui percepti dicuntur per dictam Ill. Marchion. ſimiliter dicitur, ꝙ ex quo non eſt verificata quantitas, annuorũ ducatorũ ſexaginta, vt ex aduerſo prætenditur, nõ poteſt impediri exequutio ſententiæ latæ in fauorem Ill. Marchio-
11 niſſ. pro ſuis dotibus; quia † cum ſit incerta quantitas, non poteſt ſequi certa condemnatio, iuxta nota. in ca. auditis. per Io. Andre. de præſcriptio. per Bal. in d. l. ędita. & in l. Titia. ff. ſol. matri. in l. vnic. C. de ſenten. quæ ſine cert.
12 quant. & † liquidi ad inliquidum non fit compenſatio. l. fina. cum ſimilib. C. de compenſatio. Præterea dicitur; quòd quatenus introitus dictę ſiluę exegerit conſtãte matrimonio, non tenetur ad illorum reſtitutionem, ſeu ad il-
13 lorum rationẽ reddendam † quia ſi ſciente & conſentiente viro exegit, præſumitur animo donandi, vel ſaltem quia ſunt conſumpti non reſtituuntur, arg. eorum quæ dicuntur in l. quę dotis ff. ſol. matri. de pręſumpta donatione, ut in l. ſi ſtipulatus. §. 1. ff. de dona. inter vir. & vxor. & ratione conſumptionis, per Bar. in l. penul. ff. ad leg. Falci. Bal. in l. aſſiduis. C. qui potior. in pigno. habe. & licèt loquantur in viro & in bonis vxoris, eadem tamen ratio eſt in vxore & in bonis viri, iuxta not. in l. 1. C. de in ius voc. l. cęterarũ. ff. de vſu & habita. l. quamuis. C. de furt. l. aduerſus C. de crimi. expila. hæredita. l. 1. ff. rer. amotar. & pręſumitur quòd voluntate ipſius conſumpſiſſet, ſecundũ opinion. Cuma. quam refert & ſequitur Iaſ. in l. mariti. C. de procurato. & ita aliàs in viro fuiſſe iudicatũ teſtatur D. Mathe. deciſ. 44. Præterea introitus dictę ſyluę fuerũt expẽſi, in refectionem Caſtri & in alijs vtilitatibus dictæ hęreditatis, & in piam cauſam, vt aliqui teſtes dicunt, & apparet ex quinternis productis in proceſſu, & verificatis per depoſitionem ſcribẽtis, iuxta

text.

text. in l. quæro. §. fin. ff. de ædilic. edict. per Iaſ. in l. ij. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxal. cau. agat. l. ſi quis decurio. C. de falſ.

¶ Quò verò ad bona, quæ dicuntur fuiſſe. D. Cæſaris, ſimiliter dicendum puto, non debere retardari exequutionem ſententiæ. Nec ad illa reſtituenda poſſe dictam Ill. Marchioniſſam condemnari. Nam, vt in facto verificatū eſt, hęreditas domini Cæſaris fuit diuiſa inter Io. Antonium & Io. Franciſcum, & portio, quæ ſpectabat & pertinebat dicto Io. Anto. fuit habita per eundem, vt teſtes partis aduerſæ depoſuerūt. Itaque reſpe-
14 ctu illius partis, dici pōt, ꝙ † ſolutione eius quod debetur, omnis ſublata eſt obligatio, inſtitu. quibus mod. tolli. obliga. §. j. Quò tamen ad partem contingentem, ſeu quę contigit Ioannifranciſco, licèt Socy. in cōſ. 180. ſecundā par.
15 velit, ꝙ † detur retentio dotium filijs, donec mater reddiderit computum adminiſtrationis tutelæ, per tex. in §. quia verò. in authen. vt ſin. prohibi. matr. iuncta. l. quāuis. C. de diſtract. pigno. cum alijs allegatis, tamen in caſu iſto illa opinio non videtur procedere. Primò, quoniam adminiſtrationis ratio tutelæ non fuit petita nec petitur, & in ratione & iudicio adminiſtrationis tutelæ de dictis bonis Ill. Marchio. rationem redderet. Secundò: quoniam retentioni eſt in inſtrumento dotali renunciatū
16 cum iuramento, taliter † ꝙ iura ſua renunciantibus non eſt dandus regreſſus, vt in c. quamuis. extra de pact. in c. cum contingat. de iureiur. l. ſiquis in conſcribēdo. C. de pact. cum ſimil. Tertiò, quoniam contra d. Ill. Marchion. intē-
17 tari debuit petitio hæreditatis † q̄ non apparet ex medio concludenti intentata, iuxta not. in l. j. C. de peti. hęredi. & in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. Neque in dicto libello eſt facta mentio cauſæ, & qualiter illa bona ad ipſos nepotes
18 ſpectabant, taliter † ꝙ libellus reſpectu illorum bonorum redditur generalis & incertus & talis, ꝙ dicta Ill. Marchio, ſe defendere non potuit. & ideo ſuper eo iudicari non debet. iuxta text. in cap. examinatæ. de iudi. not. in l. edita. C. de eden. in l. j. ff. eo. not. in c. j. de libell. oblat. c. dilecti. de iudi. & per Bal. & alios in d. l. certi condictio. & in l. certum. §. j. de confeſſ. maximè cum dictum fuerit pro parte dictæ Ill. Marchio. libellum non procedere iuxta cōſilium Specul. in ti. de libell. obla. §. fi. ſequuntur Paul. & Alc. in d. l. prima. & in d. l. edita, & docto. in d. ca. dilecti. tanto fortius, ꝙ quò ad hæreditatem Io. Franciſci eſt conuenta ipſa Ill. Marchio. per eius filios, qui iam ſunt in caſu victoriæ, & per ipſam Ill. Marchio. etiam prætenditur ſucceſſio ſui filij, licèt dicatur, ꝙ ipſa non ſuccedit, quia matrimonium eſt factum ſecundum nouam cōſuetudinem, tamen ex aduerſo non ſunt verificata requi

ſita

ſita ad iſtud, videlicet de morte filij in pupillari ætate, & ab inteſtato. Et ipſa Ill. Marchio. habet pro ſe fundatam intentionem de iure communi. per authen. defuncto. C. ad Tertull. quæ veniunt in alio iudicio diſcutiẽda, in quo per claram petitionem offerendam ſe poſſit defendere.

¶ Quarto & vltimo, ꝙ de bonis D. Cæſaris moleſtari non poſſit, nec ad illa reſtituenda ſeu compẽſanda condemnari dicta Ill. Marchio. demonſtratur euidenter. Nã ex aduerſo non probatur, ꝙ bona domini Cæſaris peruenerint nec remanſerint in poſſe ipſius Marchionis.

¶ Nec obſtat, ꝙ per teſtes partis aduerſæ deponatur, de frumento & bobus & alijs frugibus obuetis Ioannifranciſco tempore diuiſionis bonorum Domini Cæſaris cũ Ioanneantonio: quoniam illi oẽs ſunt vaſalli dictorum nepotum,
19 † quibus nulla fides eſt adhibenda, vt per gl. in c. de forma. 22. q. 5. Abb. & Felyn. in ca. inſuper. de teſtibus. Bald. in c. ego N. de iureiuran. Abb. in c. accedens. vt lite non conteſta. & dato ꝙ tunc tempore diuiſionis obueniſſent, non ſequitur ꝙ tempore mortis in hæreditate ipſius Ioannisfranciſci remanſerunt. ac in poſſe ipſius Ill. Marchioniſſæ maxime interceden
20 te biennio † infra quod veriſimiliter communi potuerunt frumenta & fruges.

¶ Non obſtat, ꝙ in inuentario notarius dicat, ꝙ bona remanſerunt penes ipſam Ill. Marchio. quoniã
21 † de hoc non fuit rogatus, ſed de conficiendo inuentario ſeu annotandis bonis, quæ reperiebantur, non de teſtificando ꝙ remãſiſſent penes ipſam Ill. Marchio. vt apparet ex præfationibus dicti inuentarij. iuxta tex. in l. fin. ff. de hæred. inſti. l. item quia. ff. de pact. cum ſimil. & propterea credi nõ debet dictæ aſſertioni, vt in §. nos autẽ. in authen. de tabell. not. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Bal. in rubr. C. de fide inſtru. & per rei euidentiam demonſtratur, ꝙ Areæ plenæ bonis adhuc reſtant in caſtro Sancti Boni, quod tenetur per par
22 tẽ aduerſam. † Quæ probatio per rei euidentiam cæteras antecellit, vt in l. inde Neratius. §. fin. cum l. ſequen. ff. ad leg. Aquil. late Paul. de Caſtr. in rubr. C. de proba. Nec omitto, ꝙ oppoſitum eſt etiam de compenſatione & retentione pro alimentis præſtitis Mtis filiabus dictæ Illuſtr. Marchioniſſæ, taliter ꝙ omnino ad reſtitutionem dictorum bonorum condemnari non debet, ſed penitus abſolui, & decerni, eſſe exequendam ſententiam in ſui fauorem latam pro dotibus ipſius Ill. Marchioniſſæ, etiam cũ vſufructu petito. Et ita ſentio iuris eſſe, licet currenti calamo perſcripſerim. Ego Ioan. Thom. de Minadois, ſalua correctione melius ſentientis. Cætera ſuprema virtus & diſciplina D. Iudicantis ſupplebit. Io. Th. Min.

SVMMARIVM.

1 *Præfatio cauſam finalem concedentis oſtendit.*

2 *Cauſarum duarum in concurſu inſpicitur fauorabilior.*

3 *Cauſa potentior ſemper inſpicitur.*

4 *Dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt.*

5 *Diſponens cum quo loquatur non debet attendi, ſed cuius contemplatione.*

6 *Beneficium cenſetur quæſitum ei, cuius intuitu in alterum fit conceſſio.*

7 *Patris perſona verè alia eſt, alia filij.*

8 *Fidelitatum ſacramenta debent in filijs renouari.*

9 *Verba reſcripti quò ad virtutem extenſiuam debent propriè et ſtrictè interpretari.*

10 *Alimentorum fauor doti æquiparatur.*

11 *Diſpoſitio qualibet relata ad perſonā intelligitur ratione qualitatis perſonæ.*

12 *Priuilegium conceſſum militi intelligitur conceſſum vt militi.*

13 *Miſtum in odioſis non continetur ſub ſimplicibus.*

CONSILIVM VI.

QVòd in generali reſcripto Cęſ. Maieſtatis, quo cauetur, auocandam poſſeſſionem conceſſionum factarū Regijs officialibus, non includatur conceſſio facta M^{co} Ioan. Iacobo Pepe, & ꝙ facta deſtitutio debeat reſtitui, ex infraſcriptis bene demonſtratur.

¶ Præſupponendum eſt, hanc cō
ceſſionem eſſe factam intuitu &
contemplatione maritagij filiarū
ipſius Mag^{ci} Ioā. Iacobi, iſtud pro
batur præfatione dictæ conceſſio-
1 nis † per quā demonſtratur cauſa
finalis mouens concedentem. l. re
gula, §. licèt. ff. de iur. & facti igno.
l. fi. ff. de hære. inſti. in priuilegijs
& reſcriptis conſuluit Imol. in cō-
ſil. 138. Paul. de Caſtr. in conſil. 3.
vol. j. nouorum. Sed in ipſa præfa
tione dicitur, dictum Io. Iacobum
onere filiarum grauari, ac prè ino
pia nequiuiſſe illas nuptui tradere,
ſequitur ergo, ꝙ finalis cauſa, quę
ad concedendum Principem mo
uit, fuit filiarum intuitus, ac con-
templatio nuptiarum. Et licet aliæ
etiam cauſæ videantur adiectę, ſci-
licet, benemeritorum, ac paſſæ ca-
2 lamitates, nihilominus † in con-
curſu duarum cauſarum, inſpici-
tur fauorabilior, & illa attenditur,
ita tenet Andr. de Barulo, quem re
fert & ſequitur Alex. in l. j. §. lex. ff.
ad leg. fal. per tex. in l. cum allegas.
C. de caſtren. pecul. lib. 10. & facit,
quod dicit gloſ. in l. iij. C. de inoſ.
3 teſt. in fin. & ibi Iaſ. Sicuti † etiam
potentior cauſa ſemper inſpicitur,
l. iij. §. fi. ibi Bart. ff. ad ſyllan. l. ſi vir
vxori. ff. pro dona. l. iij. §. ſi quis pa-
4 lam. C. de iur. fiſ. Sed † dotis cauſa
ſemper & vbique præcipua eſt. l. j.
ff. ſol. mat. ergo dicendum eſt, hāc
cauſam eſſe inſpiciendam & atten-
dendam. ¶ Nec videtur huic con-
cluſioni obſtare, quòd conceſſio-
nis verba ad dictum Magn. Io. Ia-

5 cobum ſint directa. Quoniam † nõ debet attendi in quo diſponens loquatur, ſed cuius intuitu ac cõtemplatione, tex. eſt in l. peto. §. matre. ff. de lega. ſecundò. l. fideicommiſſ. §. interdum. ff. de lega. tertiò
6 & † beneficium intelligitur quæſitum ei, cuius intuitu in alterum fit conceſſio, conſuluit Ludouic. de Ro. in conſ. 498. & Paul. de Caſtr. in conſil. j. volum. 2. nouorum. ſed intuitus conceſſionis fuit maritagium ſeu dos filiarum, vt ſupra deductum eſt, ergo ipſis filiabus quęſitum eſt dictæ conceſſionis beneficium, faciunt not. per Bart. Imol. & Moder. in l. cum filio. ff. de leg. j. Ludo. de Ro. in conſ. 32.

¶ Hoc igitur fundato fundaméto neceſſario, ſequitur quòd reſcriptũ contra officiales non porrigitur
7 contra filias officialium: quia † verè & propriè alia eſt perſona patris, & alia eſt perſona filij, vt no. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. & dicit Bal. in c. primo. de iudicijs.
8 quòd † ſacramenta fidelitatum debent in filijs renouari, cum diuer-
9 ſa ſit vtriuſque perſona, & † verba reſcripti quò ad virtutem extenſiuam, debent propriè ac ſtrictè interpretari, quæ non ſunt ad lites, vt declarat Abb. in c. Epiſcopi. de reb. eccle. non alien. maximè cum tractatur de reuocatione beneficiorũ, & ſic ſint odioſa & reſtringenda. c. odia, de regul. iur. in 6. l. ij. de noxal. cum ſimilib.

¶ Præterea & vltimò, dictum generale reſcriptum, nullo modo poteſt includere nec extendi ad conceſſiones factas pro maritagio & in cauſam dotis, text. eſt in l. à filia, & ibi Alex. in ſecundo not. ff. ad Trebell. Salyce. in l. fina. C. de dot. promiſſio. Moder. in l. prima. ff. ſolu. matr. Iaſ. in l. ſi de certa. col. 2. C. de tranſactio. Fulgo. in conſ. 40. incip. ad id de quo quæritur, ſed iſta conceſſio eſt facta in cauſam dotis & maritagij, ergo non poteſt includi in dicto generali reſcripto reuocationis conceſſionum. Et pro hoc ſatis facit tex. expreſſus in l. libertis, quos §. poſthumis. ff.
10 de alimen. & ciba. lega. vbi † fauore alimentorum, quæ doti æquiparantur, generalis reuocatio non extenditur. Et ſi ab intentione Cæſar. Maieſtatis reſcribentis ſumendum eſt argumentum ſecundum gl. in c. olim, de verbor. ſigni. dicendum eſt, ꝙ reuocatio conceſſionum factarum officialibus intelligatur, de conceſſionibus factis
11 intuitu & ratione officij, cum † quęlibet diſpoſitio relata ad perſonã, intelligatur ratione qualitatis perſonæ. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habita. l. fina. in fi. C. ad Maced. Alex. poſt Bar. in apoſtill. in l. cum plures. ff. loca. & dicit gl. in l. ſi quãdo. C. de inoffi. teſta. in verbo fa-
12 ctionem, quòd † Priuilegium conceſſum militi intelligitur conceſſum vt militi. Ergo Dum Maieſtas Cæſarea conſiderauit conceſſiones factas officialibus, conſiderauit factas vt officialibus, vnde reuocatio ipſarum non habet reuo-

care

care niſi factas officialibus vt officialibus. Pro quo faciunt dicta per Ancharan. in conſil. 72. & per Roma. in conſil. 170. Luc. de Pen. in l. j. C. de impo. lucrati. deſcript. Andr. de Iſer. in cap. j. §. & quia, de his qui feud. dar. poſſ. Sed ſic eſt, ꝙ in cōceſſione facta dicto Mag^{co} Ioan. Iacobo exprimitur, quòd eſt facta pro maritagio filiarum, & ſic non vt officiali: quia nō fuiſſet neceſſe adducere in cōceſſione cauſam maritagij, prout in cæteris cōceſsionibus officialium factum nō fuit. Ergo ſequitur, ꝙ non eſt cenſendum de mente ſuæ Maieſtatis reuocare eam, loquendo ſimpliciter de cōceſsione facta officialibus, eo maximè ꝙ talis reuocatio eſt o-
13 dioſa, & † in odioſis ſub ſimplicibus non continetur mixtum, vt concludunt omnes in l. ſecunda. ff. de verbor. obliga. Ludo. de Ro. in conſil. 400. Sed negari non poteſt, quin hæc conceſsio ſit ſaltem mixta. Ergo in dicta reuocatione non includitur.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 Sententia lata contra diſpoſitionem l. municipalis eſt nulla.

2 Obligatio ad intereſſe ſuccedit in factis.

3 Obligatio ad intereſſe vt committatur, oportet ꝙ mora ſit commiſſa.

4 Dos deſeruit oneribus matrimonialibus.

5 Solutio facta marito & vxori, præſumitur ad vxorem pro medietate perueniſſe. Intellige vt nu. 6.

7 Affinis à teſtimonio repellitur.

8 Teſtimonium ſolicitatoris non valet.

9 Promiſſio dotis collata poſt matrimonium ſolutum eſt nulla.

10 Dos nulla, quæ non deſeruit oneribus matrimonij.

11 Dotis priuilegium de tacita hypoteca tunc locum habere non poteſt.

CONSILIVM. VII.

IN cauſa Ioā. Sanchez cū Mag^{ca} Verdella ſuper recuperatione dotium, videtur ſine dubio, illam obtinere non poſſe. Nam aut intendit venire directa dotis petitione, & propter carentiam inſtrumenti dotalis ab agendo repellitur, per conſue-
1 tudinem. Dos & quarta. † Vnde ſententia lata in Regia camera in ſui fauorem eſt nulla, tanquam lata contra diſpoſitionem ſtatuti municipalis, notiſsimi in d. Regia Camera, vt in c. paſtoralis. ibi Abb. & alij de fide inſtru. Ioan. Andre. in addi. Spec. in tit. de exequu. ſen. §. iuſta. verſic. nulla. per Bar. in l. cū prolatis. ff. de re iudi. debuit enim ſequi abſolutoria ſententia cōuentorum, ſecundū Bar. in l. ita ſtipulatus. 19. & 22. col. ff. de verb. obliga. c. examinata. de iudi. §. fin. inſtitu. de perpet. & tempor. action. Aut intendit agere virtute legati, & nequaquam poteſt: quoniam in dicto legato fit relatio ad ſuas cautelas, & tunc adhuc requiritur inſtrumentum dotale, maximè non

expreſſa

expreſſa quantitate dotium. Ita no tabiliter declarat Neapoda.in d.cõ ſue.in prin.in ver. Sed quid ſi dos eſt legata. vbi diſtinguit, quando eſt expreſſa certa quantitas, vt in l. ij. §. penult. ff. de dot. prælega. vel quando eſt facta relatio ad inſtrumentum, vt inſtitu.de lega.§.ſed ſi vxori.ſed in caſu iſto neque eſt expreſſa quantitas, vel res certa, neque dicitur dos ſoluta, & per conſequẽs virtute legati prædicti admitti nõ poteſt.

¶ Aut poſtremò vult ſe iuuare ex capitulis matrimonialibus, in quibus promittitur, dote recepta cau-
2 telare, & † per conſequens cum nõ ſit factum ſuccedat obligatio ad intereſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo. obliga.in verſ. Celſus.l.ſi quis ab alio.ff.de re iudica.cum ſimil. Et hoc etiam in caſu iſto nequaquam habere locum poterit, maximè quò ad totam dotẽ.
3 Nam † ad hoc vt cõmittatur obligatio ad intereſſe oportet, ꝙ mora ſit cõmiſſa ab eo, qui promiſerat. l.ſi penum.ff.quãdo dies lega. ced. l.ita ſtipulatus. in gloſſ.j. in fin.ibi Bar.in 6.q.ff.de verbor. obliga.Alexan. quaſi in proprijs terminis in conſil.132.volu.7.Sed Bernardinus Malda vir dictæ Verdellæ, qui promiſerat, nullam moram fecit, cum euidenter appareat, dotes non recepiſſe, ergo obligatio ad intereſſe nõ fuit commiſſa.

¶ Nec obſtat, quòd in concordia inita inter Franciſcumantonium dela Vecchia & Verdellam appareat, quòd per dictum Franciſcum antonium fuerunt ſoluti ducati 800. quæ concordia eſt in proceſſu preſentata, ad chart. 11. quoniã dicta quantitas non apparet ſoluta nomine dotis, nec eſt ſoluta ab ipſa Verdella vel ab eius patre, put in definitione dotis dicitur ſecundum Bar. in l.prima.ff.ſolu.matri.
4 † vt deſeruiat oneribus matrimonialibus, & per conſequens non poteſt dici ꝙ pro ea quantitate competeret actio de dote.

¶ Et ſi dicatur, quòd præcedente promiſſione dotis de illa quantitate, & ſequuta poſtea ſolutione per dictum Franciſcumantonium, videatur ab ipſa Verdella ſolutum, iuxta tex.in l. promittendo.§.j.& l.licèt.in prin.ff.de iur.dot. Ad hoc
5 reſpondetur, ꝙ † ſolutio eſt facta vtrique, & præſumitur pro medietate ad vxorem perueniſſe, ita conſuluit Bar. in cõſi.ſuo incip.Domina P.nupſit, per tex.in l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duob.reis, & ſequitur Bald. in authen. ſi qua mulier. C.ad Velleian. & in l.mater. col.7. C.de rei vindica.
6 Nec obſtat † huic opinioni illud, quod dicit Specul. in titulo de obligatio. & ſolutio. §. ante omnia, verſicul. ſed pone: quem ſequitur Imol. in capit.cum contingat. de iureiuran. quòd debeat doceri, illam medietatem eſſe verſam in vtilitatem mulieris, aliàs non præiudicet confeſſio receptionis, per tex. in auth.ſi qua mulier. Et ſecundum iſtam opinionẽ aliàs

R decidit

decidit ſacrum Concilium ſecun-
dum D.Mathe.in deciſio.209.quo
niam iſtud procederet in terminis
in quibus loquuntur, videlicet qñ
venditur res mariti : quia tunc, ex
quo vxor non poteſt ſe obligare
pro viro, ideo illa confeſſio non
præiudicat. vt in d. authen. ſi qua
mulier.& in l.j.& per totum. ff.ad
Velleian.& ita declarat Imol. in d.
c.cum contingat. & ſentit Alexan.
in cõſ.38.vol.2.quem refert D.Ma-
the.in præallegatã deciſio.ſed in ca
ſu iſto talis receptio non eſt ex re
viri,neque dicta Verdella pro viro
obligabatur, cum actio eſſet ſua:
quia Franciſcuſantonius erat ſuus
debitor,& per conſequens ceſſat ra
tio, quæ mouebat Specul.ad limi-
tandum diſpoſitionem d. §. cum
in tabulis. Et per conſequens in ca
ſu iſto remanet opinio Bar. firma,
quòd præſumatur ad ipſam reci-
pientem perueniſſe.

¶ Non obſtant depoſitiones duo-
rum teſtium dicentium,ꝙ in veri-
tate pecunia peruenit ad virum.Nã
primus teſtis Bernardinus de Mal-
7 da eſt affinis † qui à teſtimonio re-
pellitur.cap.abſens ij. q. 5. Specul.
in ti.de teſte.§.j.verſ.ſed nunquid,
eo maximè ꝙ veriſimiliter graui-
ter ac moleſtè fert, ꝙ iſti conceſſio
narij gaudeant bonis paternis cũ
ſui generis iniuria,& propterea re-
pellitur à teſtimonio, per ea quæ
habentur in l.lex Cornelia. ff. de
iniu. Angel.& Salyce.in l. prima.
C.de rapt. virgi. Bartol. in l.cum
ſcimus. C.de agricol.& cenſit. lib.
11. Felyn. in cap. cum oporteat.
de accuſat. Prterea in dicta ſua
depoſitione euidẽter falſum depo-
nit,dũ dicit, ꝙ 800. ducati, & aliæ
quãtitates ſolutæ per Franciſcum-
antonium peruenerunt in poſſe Be
rardini,& tamen ex margine dicti
inſtrumenti concordiæ apparet,ꝙ
aliæ quantitates fuerũt ſolutæ Ver
dellæ & Ferdinando poſt mortem
Berardini,& ſic ad manus Berardi-
ni non potuerunt peruenire aliæ
quantitates,cum tempore ſolutio-
nis ipſarũ, videlicet in anno 1519.
erat mortuus. Et ideo eius depoſi-
tio non eſt admittenda,vt no. Inn.
in c.j.de confeſſ. & in c.fraternita-
tis,de hęret.Bal.in l.j.4.oppo.C.de
edicto diui Adr. Old.in cõſ.ſuo.36
Spec.in ti.de teſte.§ j.verſ.itẽ q̃d ſi.
¶ Similiter etiam alius teſtis ſuper
hoc deponens non probat, videli-
cet Dõnus Matheus delo Yoyo,
quia ſemetipſum repulſat dum di
8 cit,ſe cappellanum & familiarẽ † &
fuit ac in præſentiarum eſt cauſæ
ſolicitator, & per conſequens eius
teſtimonium non patet, cap. in li-
teris. de teſti.l.etiam. C. eod. titul.
Specul.in tit.de teſt.§.j.verſic.item
quòd eſt domeſticus, & de ſolicita
tore repellendo determinant Do-
mini de Rota in deciſ. 149. in no-
uis. Anto.de Butr. & Imol. in cap.
cum à nobis, de teſtibus. Angel.
in conſil.231. etiam ſi non eſſet ſa-
lariatus propter affectionem quã
hẽt ad cãm,ſecundũ Steph. Aufré.
in tract.de reproba.teſti.in ver.ſoli
citator.Do.in c.Roma.de teſt.in 6.

¶ Ex his igitur concludendo firmiſſimè apparet; quòd dos promiſſa non fuit ſoluta dicto Berardino,& per conſequens non datur obligatio ad intereſſe vigore dictorum capitulorum, quia non fuerit cautelata, & licet ex margine inſtrumenti concordię prediĉtæ appareant alię quędam partitæ ſolutę Ferdinãdo Malda & ipſi Verdellę.tamē eo tēpore matrimonium erat ſolutum, nec nomine dotis ſoluebantur, vt in l.3.ff.de iut.dot. in l.plerumque. §.1.eo.titu. & poſt quam res deuenit ad eum caſum à quo incipere non poteſt, fruſtra videtur ipſi Ferdinando ſolutum iuxta text. in l. Iulianus ff. de iur.
9 dot. vbi † promiſſio dotis collata poſt matrimonium ſolutum eſt nulla, facit text.in l.ſi pater mulieris, in fin.& in l.ſi ego, verſ. quare
10 eod. titu. cum † nulla dos ſit quæ oneribus matrimonij non deſeruit, ut ibi & per Ludo. de Ro.in conſ. 510.in fin. & per conſequens
11 † priuilegium dotis de tacita hypoteca locum habere non poteſt, vt not.in l.1.ff.ſol. matr. & expreſſa hypoteca non apparet: quia Ferdinandus non obligauit ſe & bona ſua dictę Verdellæ ad reſtitutionem quantitatum per ipſum receptarum. ergo dictę Verdellę actio hypotecaria non competit pro dictis quantitatibus contra ipſos tertios poſſeſſores conuentos. ideo intrepidè dicendum eſt, ex omni capite conuentos eſſe abſoluēdos ab aſſiſtentia petita quò ad totam dotem per dictam Verdellam.

Io.Tho. Minadous. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 Diſpoſitio completur per unum & primum actum. & nu.16.17.52.

2 Libertas ventri vbi relicta eſt, protēditur ad plures, qui eodem utero nati ſint.

3 Legatum alimentorum relictum uxori Titij, intelligitur tā de prima quàm de omnibus.

4 Conceſſio per uiam legis eſt fortior.

5 Indefinita æquipollet vniuerſali in fauorabilibus. Intellige ut nu. 4.

6 Lex eſt perpetua et ſp loquitur. nu. 55.

7 Statutū de cauſis cōpromittēdis inter coniunctos non uerificat in una uice.

8 Res ſemel alienata, ſemper eſt alienabilis. 57.

9 Mitius agit cū lege q̃ cū hoīe. 58. 59.

10 Diſpoſitio. §. ex imperfecto. locum habet etiam in ſubſtitutione.

11 Alienatio à iure permiſſa intelligitur promiſſa non ſolum inſtitutio ſed etiam ſubſtitutio. 62.

12 Executor, cui commiſſa eſt diſtributio bonorum inter pauperes; poteſt uni diſtribuere, & illum per fideicommiſſum grauare, ut poſt mortem ſuā alijs reſtituat. 64.

13 Prīcipis gratia latiſſimè interpretāda.

14 Prīcipis liberalitas freno nō ſubiacet.

15 Beneficia Principum per interpretationem velle conſtringere abſurdum & temerarium eſt.

18 Papa ſi dedit licentiam alienandi res eccleſiæ, intelligitur de prima uice.

19 Illegitimus diſpenſatus ut poſſit tenere beneficiū curatū, intelligit̄ d̄ primo.

20 *Princeps ſi conceſſerit bannito ſecuritatem ueniendi, intelligitur pro prima vice.*

21 *Poteſtas data arbitro prorogandi compromiſſum intelligitur de prima.*

22 *Diſpoſitio indefinita intelligitur de primis nuptijs non de ſecundis.*

23 *Statutum loquens de fratre intelligitur de fratre primi gradus.*

24 *Teſtator ſi inſtituat filios naſcituros ex tali non intelligitur de nepotibus.*

25 *Epiſcopus ſi habet poteſtatem nominandi aliquem in canonicum, intelligitur de prima nominatione.*

26 *Promiſſio vuæ, quæ bis in anno colligitur, intelligitur de prima tãtũ uice.*

27 *Promiſſio reficiendi molendinum, intelligitur de prima vice tantum.*

28 *Promittens aliquem præſentare in iudicio, prima vice implet.*

29 *Uſusfructus conceſſio pro hærede, intelligitur de primo tantum hærede.*

30 *Diſpenſatio ad duo beneficia curata nõ extenditur ad ſecunda beneficia.*

31 *Gratia diſpenſatiua conſumpta eſt per primum actum.*

32 *Conſenſus præſtitus quoad vnum non intelligitur præſtitus quoad aliud.*

33 *Lex grauans in vno non debet grauare in alio.*

34 *Lex ſi concedit ſpecialiter conſenſum vni non concedit alij.*

35 *Alienatio feudi quando ex ſtatuto permiſſa eſt, ita ſtrictè intelligitur, vt non præiudicet agnato.*

36 *Statuto maximè correctorio quando fit mentio de hærede vel legatario intelligitur de primo.*

37 *Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio.*

38 *Epiſcopus ſi diſpenſet cum monaco ad beneficium curatum, non extenditur ad ſimplex.*

39 *Diſpenſatio ſuper ordinibus intelligitur de minoribus.*

40 *Prælegatum eſt quædam diuiſio à teſtatore procedens.*

41 *Dictio, vnum, excludit commixtionẽ aliorum.*

42 *Vnum dicitur, quod eſt totaliter vnũ.*

43 *Dictio taxatiua tantũ, excludit omnia præter expreſſa.*

44 *Qualitas adeſſe debet tempore diſpoſitionis.*

45 *Qualitas adiecta verbo debet determinari ſecundum tempus verbi.*

46 *Electionis tempore habilitas eligendi adeſſe debet.*

47 *Verba vbi non conueniunt nec diſpoſitio.*

48 *Quarta arrogato debetur in bonis arrogatoris tanquam æs alienum.*

49 *Subſtitutio pupillaris concernit fauorẽ ſubſtituti.*

50 *Bona ſubiacentia ſubſtitutioni pupillari poſſunt efficaciter alienari.*

51 *Ratio legis eam limitat.*

53 *Priuilegium Principis fauorabile quando tenderet in graue damnum ſtrictè intelligitur à principio, imò poſteà reſtringitur, & quandoque reuocatur.*

56 *Declaratur l. aſ. in §. ſi ei qui.*

60 *Diſpoſitio, per quam actus redditur nullus, eſt pœnalis.*

61 *Prohibitionem pœnalem reſpicientem publicam utilitatem non eſſe odioſam.*

63 *Res prohibita alienari poteſt ex cauſa dotis alienari.*

65 *Argumentum de re ad tempus procedit etiam negatiuè.*

CONSI-

CONSILIVM VIII.

INdiuiduæ Trinitatis inuocato ſuffragio. Dubitatur, an in Regno vlterioris Siciliæ diſpoſitio.c.voletes. per quod feudatarijs illius Regni cõceſſa eſt poteſtas alienandi in vnã eandemq; perſonã æquè dignã inter viuos & in vltima voluntate quolibet alienationis titulo feuda quę à Regia curia recognoſcunt. Procedat ita largius,vt inducat facultatẽ fideicommittendi ab eo in quẽ iã feudum quis trãsfert titulo inſtitutionis, & ſic poteſtatẽ habeat plures (vt ita dixerim) gradus alienationis faciendi, nedum prima vice alienandi? Qua in re videtur prima conſideratione dicendum, ꝙ liceat feudatario plures gradus alienationis facere. Nam quamuis per l.boues in §.hoc ſermone.ff.de ver. ſign.& per l.hæc cõditio filię meę. ff.de condi.& demonſtra.dicatur,
1 quòd † diſpoſitio completur per vnum primumq; actum,vltra quẽ progredi non licet:tamen illud nõ procedit in materia & caſu fauorabili, vt probatur in l.legatum.ff. de annu.lega.in l.annua.§.à Titia, & §.item quęro,& in l.cum quidã. cum l.ſequen.eo.tit.l.cum inter veteres. in fi. C. de fideicõmiſſ.libertã. vbi † ſi libertas vẽtri relicta eſt,
2 protenditur ad plures,qui eodẽ vtero nati ſint.Nã (vt dicitur ibi)ĩ ambiguis ſenſibus melius eſt,& maximè in libertate eius fauore humaniorem amplecti ſñiam,& cum ſimus in actu iterabili & multiplicabili,& fauore continente, produci debet ad multos & nõ reſtringi ad primum . l.ſi ita ſtipulatus fuero à Seio. ff.de fideiuſſo.cũ ibi not.& l. ſi habitatio.in §.vtrum.ff.de vſu & habita. per quæ & alia iura, ita notanter conſuluit Anto. de Butr. in conſ.31.incip. dubium ingerit,in prima. Et tenuit Oldr.in conſ.112. incip. quidam in ſuo teſta. quod confirmatur. Nam ſi quis inſtituit ſibi poſthumum naſciturum, intelligitur non ſolum de primo ſed de pluribus.vt in l.placet.cum l.ſequen.ff.de liber.& poſthum.& cõſuluit Federic.de Sen.in conſil. 41. incip. teſtator inſtituit,& ideo Ale. in conſ.170.incip.viſo proceſſu.in
3 ſecundo volu. tenuit, ꝙ † legatũ alimentorum relictum vxori Titij. intelligitur tam de prima quàm de omnibus,& tenent Docto. quos refert Felyn.in c.innotuamus, de treguа & pace,& Iaſ. in l.duobus. §.ſi ei qui.ff.de iur.iuran.& in l.diuortio. §.quod in anno. ff.ſolu.matri. Cũ verò in hoc caſu ſimus in materia fauorabili & gratia Principis non concernente præiudicium alicuius,ſed merum fauorem, extendenda eſt, vt in l.fin.ff.de conſtitu. Princip. Innocen,in ca. ſugeſtum. & ca.dudum.de decim.& maximè cum per viam legis ſit facta conceſ-
4 ſio † quæ eſt fortior, vt dicit Bart. in extrauagan.ad reprimen.in ver. non obſtantibus. Pro quo faciunt ea quæ tradunt Bar. & Doct. in l.ſi
5 pluribus. ff.de leg.j. Dicẽtes, ꝙ † in fauorabilibus indefinita æquipollet

vniuerſali, & ideo extendenda eſt diſpoſitio ad plures & non coarctanda ad vnum.

¶ Comprobatur hæc cōcluſio in præſenti caſu: Nam quando per viam legis eius conditor ſic diſpo-
6 ſuit, ex quo † lex eſt perpetua & ſemper loquitur, vt in l. Arriani. C. de hæreti. & dixit Bart. in l. omnes populi col. penult. ff. de iuſti. & iur. non contentatur de vno tantum actu, eſſet enim imperfecta. Propter quod infert Iaſ. in d. l. duobus.
7 §. ſi ei qui. ff. de iureiuran. quòd † ſi ſtatutum diſponit, quòd omnes cauſæ vertentes inter coniunctos compromittantur, ſi ſemel tantū ſit factum compromiſſum, & non ſit ſequuta laudi promulgatio, nō videtur eſſe ſatisfactum menti ſtatuti, immo toties fiet, quoties opus erit, quouſque cauſa finiatur, vt tenuit Bald. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de æden. in l. fideicommiſſa. in §. ſi quis decem. ff. de lega. tertiò. & in l. ſi vt proponis. in vltim. col. C. quomodo & quando iud. & ſequitur Alexā. in conſil. 70. incip. viſo conſilio aliàs per me reddito, in ſecundo volu.

¶ Tertiò adducitur. Nam etiam
8 quòd † ſit facta prohibitio alienandi aliquam rem, ſi poſtea aliquo modo licitè fuerit facta eius alienatio, cenſetur inductum eſſe, vt illa ſit ſemper alienabilis. l. pater. in §. quindecim. ff. de lega. iij & ibi expreſſè hoc dicūt Bar. & reliqui ſcriben. in l. j. ff. de offi. eius cui mādá. eſt iuriſdi. ergo ſuperuacanea videtur præcedens diſputatio, in materia d. §. hoc ſermone. Nam etiam quòd ca. volentes. intelligeretur de vna vice, videretur ſaltem res illa facta alienabilis, & ſi non ex expreſſa permiſſione, ſaltem conſequutiuè ex illa prima alienatione licitè facta, permittente illo c. iureq; proprio illius Regni videtur feudum ſic ſemel alienatum, factum eſſe ſemper alienabile.

¶ Quartò. cùm iure proditum ſit,
9 q † ex quo mitius agitur cum lege quàm cum homine, vt in l. Celſus. vbi gloſ. & Docto. ff. de arbi. ſequitur quòd pinguius habeat intelligi, vt loquatur & ſubueniat in caſu d. c. lex illa ſeu capitulū quàm diceremus ſi licentia illa non per formam legis ſed ſpecialiter alicui à Principe de aliquo feudo conceſſa fuiſſet huiuſmodi alienationis facultas. Ergo concludendum videtur, quòd producenda ſit illa facultas nō ad primam tantum alienationem ſed ad omnes forte ſubſequutas, & conſequenter etiam ad fideicommiſſi poteſtatem, etiā quòd tacitè in hoc caſu videatur data licentia, cum etiam in feudi alienatione tacitè poſſit Dominus conſentire, vt dicit de iure cōmuni Andre. de Iſer. in c. j. §. ſeu verſ. hac edictali, de prohib. feudi aliena. per Lothar.

¶ Quintò. Dubium facit id quod voluit Bar. in l. ij. verſic. ſextò quæro. ff. de vulga. & pupilla. vbi dixit,
10 q † diſpoſitio. §. ex imperfecto, quę permittit patrem inſtituere liberos

beros in teſtamento minus ſoléni, locum etiam habet in ſubſtitutione. Quod dictum ſequuntur com muniter Docto. ibi & in d.§.ex im perfecto. & Salyce. in l.ſi teſtamen to. C. de impub.& alijs ſubſtitu. & Ioan.de Imol.in cap.Raynutius.de teſtamen.

11 ¶ Sextò facit dubium, ꝙ † vbicũq; à iure eſt permiſſa alienatio, intelligitur permiſſa non ſolum inſtitutio, ſed etiam ſubſtitutio tit.fideicommiſſi.l. ſi quis.§. certum.& ibi Bald.& Docto.C.de ſecund. nupt. l.filiusfamiliàs. §.cum pater. ff.de lega.primo, & voluit Bart. in l. à filia. in princ. ff. ad Trebell. & habetur in l. fin.C.de reb.eccleſ.non alienan.

¶ Septimò dubium facit l. vnum ex familia.§.ſi duos.ff.de leg. ſecundò. iuncta doctri. Bart. in §.ſed ſi fundum. in eadem l. vbi dixit, ꝙ

12 † exequutor, cui commiſſa eſt diſtributio bonorũ inter pauperes, non ſolũ poteſt bona ipſa vni pauperi aſſignare, ſed etiam per fideicommiſſum iniũgere, vt poſt mortem ſuam alteri pauperi bona illa reſtituat, quod dictũ Bar. ſequuntur ibi Bald. & cæteri Docto. ſic in caſu noſtro per prædicta. Poſtquã feudatario permiſſa eſt alienatio, addito maximè, tam inter viuos quàm in vltima voluntate & quolibet titulo. Non ſolum debet intelligi de prima inſtitutione, ſed etiam de ſubſtitutionibus. Et hoc latius debet dici in caſu noſtro, cũ ſimus in beneficio Principis.Cum, ut omnes feudiſtę paſſim & indiſtincte tenent, ꝙ aſſenſus in alienationibus feudorum ſit gratia, vt tenent Docto.in cap. primo.de aliena. feud. pater. in cap. ſecundo. ſi de inueſtitu. inter domi. & vaſall. & in cap. ſi Titius. ſi de feud.fuer. controuer.in §. & ſi clientulus. de

13 aliena.feu. Meritò † tanquam gratia Principis latiſſimè eſt interpretanda.l.fin. ff.de conſtitu. Princip. Inno. in cap. olim. de verbor. ſig. in capit. cum dilecti. de donatio.

14 Principis, † namque liberalitas freno non ſubiacet, iuxta l. penul. C. de don. inter vir. & vxor. vnde dixit.l. fi.C.de Princip. agen.in rebus

15 lib.12. Abſurdum † & temerarium eſſe,per ſtrictam interpretationem ad vaſculum velle beneficia Principum reducere.

¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contrariam opinionem puto eſſe veriorem,maximè ex infraſcriptis.

¶ Et primò hoc probatur. Nam

16 † quælibet diſpoſitio loquens de aliquo actu faciendo, intelligi debet de primo & non de pluribus. Nam ſi concipiatur ſermo, in nuptias alicuius mulieris, vt puta, dũ nupta erit, non ſecundæ vel vlteriores, ſed primæ tantum nuptiæ ſignificantur. d. l. boues. in §.hoc ſermonè.ff.de verb.ſigni.l.hæc cõditio, filiæ meæ. ff.de condi.& demonſtra.ibi. Talis eſt, vt ſemel impleri debeat.l.ſtipulatio de dote.ff. de iur.dot. l. dotis promiſſio. &l. diuus, eod. tit. vbi dicitur, quòd mulier quę redit in matrimonium

viri,

virj, à quo diuerterat, videtur noluiſſe indotata redire, & illud eſt, quando ipſam ſibi, vel pater ei dotem conſtituit, & eſt ex præſumpta ipſius voluntate, & ſecus dicitur ibi eſſe, ſi ab extraneo fuiſſet dotata, & ille iterum non conſenſiſſet. Nã licèt ibi ſit fauor dotis, non tamẽ operatur, vt extraneus videatur ſenſiſſe de ſecundis nuptijs, eadem concluſio probatur in l. cum pater, §. pater certam. ff. de lega. ij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de legat. 3. l. eum qui calendis. ff. de verb. obliga. in c. ordinarij. ad fin. de offi. ordina. vbi glo. l. inter ſocerum. §. vlti. ff. de pact. dotal. l. matrimonij. ff. qui & à quib. l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. l. vlti. ff. de bon. auto. iud. poſſiden. l. j. §. ſi cui. ff. vt legato. nomi. caueat. l. dotem. vbi glo. in l. ſtipulatio. & l. ſtipulationem. & l. licèt. eo. tit. ff. de iur. dot. l. cum maritus. §. filius. ff. de pact. dot. l. cum vir. ff. de condi. & demonſtratio.

¶ Propterea valde ad propoſitum dixit Alberic. de Roſat. in ſecunda parte ſtatuto. q. 182. incip. per Do-
17 minum fratrem, quòd † vbi ſumus in materia reſtringibili & ſtricti iuris, vt eſt caſus noſter, & inferius latius probabo, conceſſio dicitur facta eſſe ſolum de prima vice & vnico actu & nõ de pluribus, quod refert & ſequitur Alexand. in conſil. 16. incip. breuiter in caſu. in 4. volu. Et propterea dicit idem Alex. in conſil. 81. incip. lecto & di-
18 ſcuſſo. in 4. col. vol. 3. ꝙ † ſi Papa conceſſit poteſtatem dandi licentiam de alienando vel dando in emphyteuſim res eccleſiæ intelligitur de prima vice tantum, ſicuti ſi Eps dat licentiam alicui intrandi monaſteriũ monialiũ intelligitur de prima vice. Et dixit Archidia. in c. j. de fil. præsbytero. in ſexto,
19 ꝙ † illegitimus diſpenſatus vt poſſit tenere beneficium curatum, intelligitur de primo beneficio. Et ſi
20 Princeps † conceſſerit bannito ſecuritatem veniẽdi, intelligitur pro prima vice, Bar. & Doctò. in l. j. ff.
21 ad leg. Iul. maieſta. & † poteſtas data arbitro prorogandi compromiſſum, ſeu terminum compromiſſi intelligitur de prima prorogatione tantum. vt dixit Bal. in ca. olim ex literis. de reſcript. ad idem Bal. in l. ſi diuerſa. C. de tranſactio. & conſuluit Signorol. de Homod. loquendo in gratia Principis in cõſil. 37. Ad quod facit etiam litera l. ſi Titius pro filia. ff. pro ſocio, quæ eſt ſingularis ſecundum Fulg. ibi, & quod uoluit Bal. in procem. decretal. in 7. col. in fin. dicens, ꝙ
22 † diſpoſitio indefinita intelligitur de primis nuptijs nõ de ſecundis, & dixit Philip. Dec. in conſil. ſuo 80. incip. uiſis duobus conſilijs, ꝙ ſi ſunt duo fratres æqualiter inſtituti, & alter grauatus eſt reſtituere hæreditatem Gaio, cui reſtituit, quo facto poſtea conſequutus eſt portionem alterius fratris, quòd illam non tenetur reſtituere: quia verba illa teſtatoris intelliguntur de primo actu reſtitutionis, & idẽ

uoluit

voluit Bart. de prandio relicto fratribus Sancti Franciſci in l.cũ quidam. ff. de annuis lega. vnde dixit Bald.in c. j. in fin. de feud.march.
23 ꝙ † ſtatutum loquens de fratre, intelligitur de fratre primi gradus tantum. Quod etiam firmauit ipſe in l.iubemus. §.fi. C. ad Trebell. ſequitur Angel. in l. prima. ff. de inoffi.teſtam. & idem Angel.in auth en.matri & auiæ. C.quando mulier tute. offic. fungi pot. Petr. de Ancha.in repeti.c.Canonum ſtatuta. de conſtitu. & dixit Bart.in l.liberorum.in penul.col.verſ.quæro, ſi in aliqua diſpoſitione.ff.de verb.
24 ſignifica. ꝙ † ſi teſtator inſtituit filios naſcituros ex tali, non intelligitur de nepotibus. In caſu igitur noſtro cùm c.volentes. permittat diſpoſitionem teſtamentàriam in feudis, intelligitur de prima & vnica inſtitutione, & non de pluribus ſucceſſiuis diſpoſitionibus. Ad hęc facit deciſio. Rotæ. 22. de præben.
25 quòd † ſi epiſcopus hàbet poteſtatem nominandi aliquem in canonicum, intelligitur de prima nominatione, & quod not. Bald.in l.2. C. de ædilit. edict. in ſecunda col. verſ. ſed pone.

¶ Comprobantur prædicta authoritate Bal.& Imol. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſol.matr. per illũ
26 tex. iuncta glo. ꝙ † promiſſio vuę quæ bis in anno colligitur, intelligitur de prima tantum vice collecta, & dicit Bal.in l.licèt.in 4.q. C.
27 loca. quòd † promiſſio reficiendi molendinum intelligitur de prima vice tantum, & in l.fin.3.col. C.de indict. vidui. toll.de vxore relicta Domina & vſufructuaria, tenet ꝙ de prima tantum intelligatur, & in poteſtate arbitrandi idem dicit. in l.ſi vt proponis, vlti.col. C.quomodo & quando iud. Ad idem faciunt dicta per eum in ca. olim ex literis. in ij.col. de reſcrip. & Spec. in titul.de arbitr. §. excipitur. verſ. ſed quid ſi fuerit actum. Bart. in l. hoc articulo. ff.de hære. inſtit. & in d. l.dotis. ff. de iur. dot. & ideo glo.in l.duobus.in §.primo,in ver. exhibuerit.ff.de iureiuran.dicit, ꝙ
28 † is qui promiſit aliquem deducere & præſentare in iudicio, prima vice implendo promiſſum liberatur. Hoc ſequitur Abb. in c.innouamus. de treug.& pac. Angel.in l. vtimur,ff.de ſepulcr. violat. Raph. in l.ſi mihi & Titio. ff. de verbor. obliga. Alexan. in conſ.43.volu.4. incip.vis &c.idem Ale.& Iaſ.in d.l. duobus.§.j. ff. de iureiuran.& in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſol. matr. & probatur in l. antiquitas.
29 C.de vſufruct. vbi † conceſſio vſufructus pro hærede intelligitur de primo tantum hærede.

¶ Accedit prædictis. c.non poteſt.
30 §.j.de præben. lib.6. † vbi diſpenſatio ad duo beneficia curata, non extenditur ad ſecunda beneficia, ſed de primis tantum intelligitur, vt dicit Cardi.in clem.fi.in prima oppo.eo.tit.& Archid.in d.ca.
31 non poteſt. dicit, ꝙ † ſi diſpenſatum eſt cum aliquo ſuper eius perſonę inhabilitate, vt poſſit illa nõ obſtante

obſtante beneficium aliquod obtinere, ſi obtinuit vnum & amiſit, quærit, an amplius vigore illius diſpenſationis poſſit aliud obtinere, & concludit ꝙ non: quia gratia illa diſpenſatiua fuit cōſumpta per illum primum actum. Sed Io. Andre. ibi tenet contrarium in terminis in quibus Archidiaconus mouit quæſtionem. verum Petr. de Ancha. ibi & in conſ. 404. incipiē. tria dubia in 3. & 4. colum. confirmat in caſu illo opinio. Io. And. conſiderádo, ꝙ facto Papæ ille diſpēſatus amiſit beneficium primo loco habitum, & arguit de c. ſi beneficia. de præben. lib. 6. ac diſtinguit in caſu principali quæſtionis eiuſdem. Quòd aut quærimus de diſpenſatione adhibita circa habilitatem perſonæ, & tunc procedat opinio Ioan. And. Aut verò loquimur in diſpenſatione facta ſuper pluralitate beneficiorum, & ſic in concernenti defectum rei, non autem perſonæ. Et tunc dicit veram eſſe opinionem Archid. vt in primis beneficijs diſpenſatio conſumatur. Et ſubdit ꝙ ad cognoſcendum, an ſit diſpēſatum ratione rei, vel perſonæ, inſpicitur cauſa proxima non autem remota, l. rogaſti. ff. ſi cer. pe. l. ſi mulier. ff. rerum amota. & in c. de cætero. vbi not. de homicid. Nam ſi diſpenſatio concernit perſonam, illa attenditur, ſi rem, attenditur res ipſa & eius habetur ratio, ſed in caſu noſtro licētia data per c. volentes. reſpicit rē. Quia cum eſſet prohibita alienatio feudi ſine conſenſu Domini, vt in cap. Imperialem. cum ſimil. de prohib. feu. aliena. per Feder. conceditur feudatario. Ergo reſpicit rē: quia tollit impedimentum, quod erat principaliter circa feudum, & ſic circa rem, & non circa perſonam, vt dicit Andre. de Iſer. in c. j. §. cum autem. de controuer. inueſti. ſub verſ. ſi verò probare nō poterit. vlti. col. ſub q. illa. Quid ſi eſt conſuetudo vel ſtatutum? ergo illud cum ſit proximum attendi & conſiderari debet, & conſequenter ſecundum Archid. & opinionem Petri de Ancha. videtur, ꝙ licentia conceſſa per d. c. volentes. cōſumatur per primum actum alienationis, & non poſſit proecdi ad alios actus per fideicommiſſa & ſubſtitutiones obliquas & multiplicatas.

¶ Confirmatur hæc concluſio in caſu hoc. Nam conſenſus à Domino feudi præſtitus alienationi feudi factæ per feudatarium ſtrictè intelligitur. Nam, vt dicit Andr. de Iſer. in ca. j. qui ſucc. tene. in 4. col. in princ. ibi, conſenſus huius Titij

31 ad multa &c. conſenſus † pręſtitus quò ad vnum non intelligitur pręſtitus quo ad aliud: niſi ſit annexū. Et ideo in quæſtione illa, quā prope finem illius col. format Andre. in ver. ex præmiſſis. dum quærit. An Rex conſentiendo venditioni feudi: præiudicauerit ſibi mortuo venditore ſine hærede legitimo. Cum arguiſſet primò ꝙ non, per l. lex vectigali. ff. de pigno. & per ca. primum, in §. ſi quis de manſo, de

controuer.

controuer.inueſti. & per ca. nuper &alia iura ibi per ipſum allegata, poſtea tranſit ad aliam opinioné. Vt ſi ſimpliciter ſit petitus aſſenſus, ſimpliciterq; conceſſus, porrigitur etiam in dictum caſum, quo venditor ſine hærede deceſſerit, & tandem in 7.col.ibi, per quæ patet reſponſio, ſoluit illud argumentũ d.l.lex vectigali.& §.ſi quis de manſo. & de alijs iuribus ſupra allegatis, diſtinguendo, vt aliud ſit, quando Dominus conſentit expreſsè: quia tunc largius accipitur ille conſenſus, vt videatur præſtitus pro acceptore, & eius liberis, & ſic tunc non poſſit dici, quòd finito ſeu reſoluto iure illius feudatarij qui vendiderat, videatur reſolutum ius acceptoris, quia habuiſſe videtur pro filijs ſuis ſeu hæredibus, & ideo defectus ſuperueniens filiorum venditoris, ei non oberit. At in alio caſu quando non ſumus in expreſſo conſenſu Domini, ſed in conſenſu & permiſſione, ac licentia legis, tunc dicit Andre.ſecus eſſe. Nam tunc procedunt dicta iura in contrarium adducta, vt reſoluto iure datoris, reſoluatur ius acceptoris, & ſtrictius accipiatur. Quia in primo caſu Rex aſſentiens videtur de ſuo largiri, & latius fit interpretatio. At in ſecundò caſu quando lex ꝑmittit, ſtrictius debet ſumi. Quia dum lex ita diſponit, de alieno & de ſuo concedit. Et ideo ſufficit emptori quòd in paucis ſibi ſubueniatur per legis prouiſionem, l.tu-

33 tori. C. de nego.geſt. & † ſi lex grauat in vno, vt ſine conſenſu domini poſſit feudatarius alienare feudum: non debuit grauare in alio. l.eum qui.ff.de iureiur.quia non videtur velle grauare niſi in eo de

34 quo agitur:& † quando lex concedit ſpecialiter conſenſum vni, non concedit alij.c.ad eius verò.circa fi. quinta diſtinct. Et ſic etiam in re, quia vna conceſſa, non videtur cõceſſa alia, & adducit Andr.id quod dicitur in c.j.Impera.Lotha.ibi, lex & diuiſio &c. vt aliud ſit in diuiſione facta ab homine, quàm in ea quæ fit à lege. Per cuius doctrinam clarè habemus, quòd legis conſenſus ſtrictè intelligi & interpretari debet, & conſequenter non debemus extendere licentiam, de qua in c. volentes, vt intelligatur non ſolum de prima alienatione, ſed de fideicommiſſo, quod iniungitur ei, in quem fit alienatum. Nec in hoc caſu obſtat ratio in d.loco adducta per Andre. dicentem, quòd in illo caſu lex nõ diſponit de ſuo ſed de alieno, & quòd quando diſponeret de ſuo ſecus eſſet, quaſi videatur Rex cõcedens per d.c.volentes. Feudatarium diſponere de iure ſuo, id eſt de re in feudum conceſſa. Nám in caſu de quo loquitur ibi Andr. militat illa conſideratio, an de ſuo, vel de alieno diſpoſitũ ſit, quando tractatur de venditore mortuo ſine legitimo hærede, at cum in caſu cap.volentes.tractetur de præiudicio etiam debentium ſuccedere, quò ad hoc videtur tractari de præiudicio non Regis tantum,

tum, ſed tertij, & illa legis diſpoſitio reſtringi debet, vt dicit Andr.

¶ Hoc idẽ probatur ex verbis eiuſdem Andre. in ca. j. §. donare. col. j. & ij. qual. olim feud. pot. aliena. vbi idem dicit loquens in huiuſmodi aſſenſu à lege præſtito, vt non porrigatur ad alia expreſsè non dicta, licet eadem ſubſit ratio vel etiã maior. Quinimmo non ſolum in cõſenſu legis ſtricta fit interpretatio, ſed in conſenſu hominis, id eſt Domini feudi, per ea quæ in pluribus quæſtionibus ponit Andre. in d. c. Imperialem. in prin. 3. & 4. colum. de prohibi. feud. aliena. per Federi. vbi dicit, conſenſum domini adeo ſtrictè intelligi debere, vt neque de perſona vna ad aliam porrigatur, neque de contractu ad contractũ.

¶ Accedat ad prædicta c. primum in §. & ſi clientulus. iuncta gl. in ti. de aliena. feud. vbi etiam in caſu, quo licità erat alienatio medietatis feudi, ſi de ea vaſallus diſpoſuit ſine voluntate Domini valet diſpoſitio, ſed ita ſtrictè intelligitur illa poteſtas à lege data, ut eo mortuo ſine hærede maſculo reuertatur ad dominum. Si verò (vt ſubiungitur ibi) vt dicit Andre. in d. ca. primo. qui ſucceſſo. teneantur, in 7. col. ibi, & hoc eſt verius, quia qui confirmat &c. Si verò inquam, dominus conſenſerit, ſtabilis permanet alienatio, etiam quòd alienans ſine hærede maſculo deceſſerit. Et ſic ſtrictius ſumitur illa licentia à lege tributa, adeò vt Bald. in ca. j. §. porrò. qual. ol. feud. alien. pot. dicat

35 ꝗ † quando ex ſtatuto permiſſa eſt alienatio feudi, ita ſtrictè intelligitur, vt nõ præiudicet agnato, quin poſſit redimere feudum, & idem dixit ibi Iacob. de Beluis. & ſequitur Aluarot. & dixit Andre. de Iſer. in conſtitu. fratribus, ꝗ in caſu quo feudum poſſit alienari ſine conſenſu Domini, ſi ſit obligatum, in illo caſu, vt puta pro dote, ſi poſtea apertum ſit Domino feudũ illud, eo in caſu finitur dicta obligatio, per d. l. lex vectigali. ff. de pigno. & hunc caſum non operatur generalis alienandi poteſtas. Et dicit Pau. de Caſtr. in l. ſi quis filio exhæredato. in §. irritum, ff. de iniuſt. & irrit. teſtam. quòd aſſenſus præſtitus per Principem ſuper feudi alienatione facienda, non extenditur ad iam factam, quod dictum ſequitur Alex. in conſ. 146. incip. in cauſa & lite vertente inter nobilem Raphaelẽ. in quinto vol. & voluit Bald. in d. cap. Imperialẽ. in princ. in 6. col. ꝗ aſſenſus interpoſitus ſuper donatione non extenditur ad donationem cauſa mortis, licèt aliàs appellatione donationis, veniat donatio cauſa mortis. l. filiusfamilias. ff. de dona. & not. per Docto. in l. Seniũ.

36 C. qui teſta. face. poſſ. Et † quãdo ĩ ſtatuto maximè correctorio, put eſt d. c. volentes. fit mentio de hærede vel legatario. ĩtelligitur de primò tantum, vt conſuluit Alexand. in primo volum. conſ. 37. incip. in cauſa mota per Angel. in tertia colum. & probatur in l. antiquitas. C. de vſufruct.

Corro-

¶ Corroborantur etiam prædicta. Nam conſtat, ꝙ ſumus in materia
37 diſpenſatiua, eſt † enim diſpenſatio iuris communis relaxatio, vt dicit Inn. in c. dilectus. de tempo. ordin. & Spec. in tit. de legat. ſeu de diſpen. in princ. quæ diſpenſatio eſt ſtricti iuris & odioſa, & ideo non extenditur de vno caſu ad alium, etiam ſi alius habeat in ſe maiorem rationem. capit. primo. & ſecundo. de fil. presbyter. lib. ſexto. & capit. primo. de translatio. prælato, & probatur in cap. cum de non ſacerdotali. ſecundo & tertio reſponſo. de præben. lib. ſexto. Et dicit Hoſtien. in c. poſtulaſti. de reſcript. ſequuntur Ioan. Andr. Anto. de Butr. Imol. & alij Docto. in c. j. in fi. de fil. preſbyte. dicentes, ꝙ
38 † licèt Epiſcopus diſpenſet cū monaco ad beneficium curatum, non extenditur ad beneficium ſimplex. & glo. in ca. literas ordinarij. de fil.
39 preſby. quòd † diſpenſatio ſuper ordinibus intelligitur de minoribus: Et dicit Ioan. Andre. & Anto. de Butr. poſt Abba. antiquum in c. 3. de cler. pugnante in duello, ꝙ in dubio diſpenſatio ſuper beneficio intelligitur de ſimplici. & idem Ioan. And. & Anto. de Butr. in cap. de multa. de præben. in diſpenſato ad duo beneficia, vt intelligatur ſtrictè. Facit quod conſuluit Feder. de Sen. in conſil. 14. Et ſic ex his manifeſtè oſtenditur, d. cap. volentes, debere intelligi ſtrictè de primo hærede & nō de alijs ſequentibus per fideicommiſſum.

Ad quod optimè facit quod conſuluit Oldra. in conſ. 237. incipien. præ electis &c. Qui determinauit, ꝙ ſi eſt conſuetudo ſeruata ſciente Principe, quòd inter filios feuda dignitatum diuidantur, non tamen hoc extenditur, quòd pater inter filios poſſit vni feudum præ-
40 legare, quamuis † prælegatum ſit quædam diuiſio à teſtatore procedens. l. ſi filia. §. ſi pater. ff. famil. erciſcun. l. parentibus. C. de inoffi. teſtamen. & id procedit quamuis ſit eadem ratio in vtroque caſu, & vtrumque comprehendatur ſub diuiſionis verbo, vt ibi per eum. Ita dicamus etiam in hoc caſu, vt ſtrictè intelligatur vt ſupra. Nec Princeps, qui conceſſit poteſtatem diſponendi in teſtamento, cum ex hoc videatur ipſe donare, vt dixit Andre. in ca. Imperialem. in vndecima colum. videtur cogitaſſe de fideicommiſſo, per ea quæ dicunt Docto. poſt Bart. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de verbor. obliga. & in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſactio. facit. l. ſi mater. ff. de inoffic. teſtamen. Et quando hæc omnia ceſſarent, prout non ceſſant, dico quòd non oportet tot argumentis vti poſtquam habemus verba clara. d. cap. volentes. diſponentia non poſſe fieri alienationem niſi in vnam eandemque perſonam æquè dignam. Quæ verba manifeſtè & clarè oſtendunt vnitatem alienationis, & vnitatem perſonæ, in quā fiat alienatio. At in hoc caſu ſi volumus ſuſtinere ſub-

S ſtitutio-

ſtitutionem fideicommiſſatiam, non poſſent verificari verba illius cap. nam eſſent plures perſonæ, in quas fieret alienatio & ſic plures
41 alienationes. Nam † dictio, vnum, excludit commixtionem aliorum, vt dicatur vni, itaque non alij, vt declarat Specul. in titul. de arbi. §. ſequitur. verſicul. quid ergo. Addita maximè dictione eadem, quę tanto magis vnitatē ſubſtantiæ ac vnitatem actus includit, iuxta in l. nemo eſt q. neſciat. vbi gl. & Doct. ff. de duob. reis. & in l. quod Nerua. ff. depoſi. & in l. ſiquis cum totum. & in l. ſi mater. §. eadē. ff. de except. rei iudica. inſtitu. de liberti. §. ſed dedititiorum. in l. eum qui ædes. ff. de vſucap. & in c. cum in tua. de decim. ibi, vna & eadem res. Et declarauit Aret. in l. j. ff. de vulg. &
42 pupilla. ꝙ † illud dicitur vnum, quod eſt totaliter vnum, ſi tamen eſſet vnum cum aliqua modificatione, diſtinctione ſeu varietate, non diceretur vnum ſed duplex. Et hoc maximè locum habet in caſu noſtro, cum ſit addita dictio
43 taxatiua tantum † quæ ſolet excludere omnia præter expreſſa. l. ſed ſi tantum. ff. de pact. & not. gloſ. in authen. quod obtinet. C. de probatio.

¶ Nec obſtat ſi forte allegaretur contra hoc, quod dixit Bartol. in l. vnum ex familia. in §. ſed ſi duos. ff. de legat. ſecundò. Qui dixit, quòd grauatus reſtituere vni ex familia poteſt reſtituere pluribus: quia illud erat ex præſumpta mente, vt dicit ibi Bald. quod non eſt in caſu noſtro per ſupradicta, & dicetur inferius dum reſpondebitur ei quod dicit Bart. in §. ſed ſi fundum.

¶ Et cum d. ca. volentes, ita admittat alienationem, ſi eſt facta in perſonam æquè dignam maximè, vt intelligo à peritis Regni illius, interpretatum eſſe reſpectu ipſius ſeu
44 di alienati. Quæ † qualitas nulli dubium eſt, quòd debeat adeſſe tēpore diſpoſitionis, & ſic tempore
45 ipſius alienationis. Cum † qualitas adiecta verbo debeat determinari ſecundum tempus verbi. l. Titius. ff. de teſtamen. milita. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. actio. & declarat Bartol. in l. ex facto. ff. de vulga. & pupilla. & in l. pręcipimus. §. ſanè. C. de appella. Sed ſi poſſit in hoc caſu fideicommitti, facile contingeret diſponi in fauorem perſonæ, in qua tempore diſpoſitionis, illa qualitas æqualis meriti & dignitatis non concurreret. Ergo in caſu propoſito, eiuſdem cap. diſpoſitio verificari non poteſt. l. ſecunda. ff. de vſufru. Bartol. in l. prima. in fine eodem titul. Et ad hæc facit quod dicunt Doctor. in cap. ſi eo tempore. de reſcript. in ſexto. & in capit. Ei cui de præben. eodem lib. Abb. in ca. dudum. lo primo. de electio. vbi
46 habetur, ꝙ † ſi cui eſt conceſſa electio alicuius idonei ad beneficiū, requiritur quòd illa aptitudo & habilitas adſit tempore electionis,

quòd

quòd ſi non eſſet, non valeret electio, etiam ſi poſtea efficiatur idoneus. Et ſic illa verba, in vnam eandemque perſonam, non ſolum prohibent diuiſionem feudi, ſed multiplicationem alienationum.

¶ Et ex his meo quidem iudicio reſtat declarata & firma hæc concluſio,& non immerito,nam huic facultati fideicommittendi (vt ex prædictis patet) non conueniunt
47 verba dicti cap. volentes, & † vbi verba non conueniunt. l. vel ſtatuti, non conuenit eius diſpoſitio. l. quod conſtitutum. ff. de teſtamen. milit. & ibi Bartol. not. l. quarta. §. toties. ff. de damno infecto. & l. ita autem.ff.de adminiſtra.tuto.

¶ Comprobantur hæc per l. vnũ ex familia. §. ſed ſi fundum. ff. de lega. ſecundò, vbi quando ſumus in re prohibita alienari extra familiam, & permiſſa eſt alienari vni de familia, ſi hæres inſtitutus & grauatus eligit vnum de familia, in quem alienauit, non poteſt illum, quem elegit, grauare onere fideicommiſſi, vt ibi declarat Bartol. in illa quæſtione exequutoris teſtamentarij, & ſequuntur Bald. & Cuma. Et licèt Bart. dicat quòd poteſt grauari, ſi grauatur, vt relinquatur ei, qui eſt inter vocatos, vt quia ſit de pauperibus inuitatis. Illud eſt: quia in illo caſu vbi ſuperius dicit Bartol. videtur data facultas eligendi vnum vel plures de familia. Ergo ſecus erit in caſu hoc,in quo in vnã eandemque perſonam inductum eſt vt alienari poſſit, & non in plures. Ita dicamus in caſu noſtro, quòd cum ſimus in feudo, regulariter prohibito alienari ſine aſſenſu ſuperioris, permiſſoque poſt modum ex diſpoſitione. ca. volentes, alienari in vnam perſonã, non poſſit illa perſona grauari vt reſtituat feudum alteri perſonæ extraneæ. veritas etiam huius concluſionis perſpicuè apparet. Nam pater, qui illum, qui erat ſui iuris, arrogauit, tenetur ei relinquere quartam partem bonorum ſuorum,id eſt debitę portionis, & hoc ex conſtitutione ſiue reſcripto diui Pij. l.prima. §. ſi impuberi ff. de collatio. bonorum l.ſi arrogator ff. de adoptio. l. Papinianus §. ſi quis impubes ff. de inoffic. teſtamen. l. ſed & ſi plures §. in arrogato ff. de vulgari & pupillari, & in §. cum autem, verſicul. item non aliàs, inſtitutio. de adoptionib.

48 ¶ Et † quoniam hæc quarta debetur arrogato ex bonis arrogatoris tanquam æs alienum, vt dicit tex. in d.§.ſi qs impubes, & ex neceſſitate conſtitutionis diui Pij. vt d.l. ſi arrogator,quia hoc non iudicio teſtatoris ad eum peruenit, ſed principali prouidentia, cum dubitaretur, an pater ipſe arrogator, huic arrogato ſi ſit impubes, ſubſtituere poſſit, Vlpianus iuriſconſultus in d.§.in arrogato. citat Sceuolã Iuriſconſ. dicentem, licere ei ſubſti-

ſubſtituere, quò ad ipſam quartam, & reliqua quæ filius arrogatus arrogatoris beneficio conſequitur. Quod quidem Doctor. ibi intelligunt licere fieri per pupillarem ſubſtitutionem. Et cum Vlpianus in illo §. referens opinionem Sceuolæ approbet illã, dicatq; illius ſententiam habere rationem Docto. ibi, & in d. l. ſi arrogator. dicunt illam eſſe rationem: quia † pupillaris ſubſtitutio concernit fauorem ſubſtituti, & dicitur ꝙ nõ eſt onus impuberis ſed fauor, vt dicitur in l. ex tribus. C. de inoffi. teſta.

49 (marginal number at line "cunt illam eſſe rationem")

50 Adeo † quòd bona ſubiacẽtia ſubſtitutioni pupillari poſſunt efficaciter alienari, ſecus verò in fideicõmiſſo, quod concernit onus impuberis. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupilla. & dicit hæc Bart. in d. l. ſi arrogator. in lectura, in prima & ſecunda oppoſitione, & in Repetitio. in quinta oppoſi. & Doctor. ſequuntur in d. §. in arrogato. Et ideo in patre legitimo & naturali extenditur quò ad omnia bona impuberis, vt in §. ad ſubſtitutos. in eadem l. ſed ſi plures. & in d. l. ſi arrogator. Et propterea etiam in patre Arrogatore ſubſtitutio pupillaris valet quò ad quartam & bona patris Arrogatoris cõtemplatione quæſita: quò verò ad alia non valet, ne fieret alij præiudicium. l. nec enim. §. primo. ff. de adoptio. & dixit Bartol. in dicta prima oppoſi. quamobrem dicta l. ſi Arrogator, quæ lex etiam fuit ab Vlpiano edita, quærit an in hac parte, in qua poteſt pupillariter ſubſtitui, poſſit etiam per fideicommiſſum id fieri: & reſpondet quòd non: quia illam Arrogatus non habet beneficio teſtatoris, ſed prouidentia Principis ex reſcripto ſeu cõſtitutione Imperatoris, qui prius illam neceſſitatem arrogatori impoſuerat, ſicut etiam aliàs non obſtante. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. licèt pater poſſit ſubſtituere pupillariter filio impuberi in legitima: non tamen per fideicommiſſum, quando ipſe eſt rogatus: licèt quando fideicommiſſum eſt iniunctum ſuccedentibus ab inteſtato, ſi contingat filium impuberem decedere in pupillari ætate valeat, per ſingularem. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fin. cum l. ſequen. ff. de lega. primò, vt dicit Bartol. in l. prima. §. fina. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitutio. & ibi ſequuntur Alexand. Franciſcus de Aretio, & reliqui Docto. Vnde ex his clarè colligitur, maximè ex dicta l. ſi arrogator, quòd cum conſtitutio Diui Pij prius iam impoſuiſſet arrogatori neceſſitatem relinquendi arrogato dictam quartam. Poſtea Scæuola Iuriſconſultus legem protulit, vt in ea poſſit ipſe pater filio impuberi pupillariter ſubſtituere, & illud Vlpianus in dicto §. in arrogato. extendit etiam ad alia, quæ beneficio arrogatoris acquiſiuiſſet filius arrogatus. Verũ dũ dubitaretur, an id quod Vlpia. [illegible] dit

de ipſa quarta, vt in ea valeret ſubſtitutio pupillaris, procederet etiam in fideicommiſſaria ſubſtitutione, ipſe idem in d. l. ſi arrogator. reſpondit, non produci debere illam facultatem ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ergo ex illa. l. iunctis dictis per me ſuperius & ex dictis per Bartol. & alios in d. l. j. §. fina. ff. de vulga. & pupilla. manifeſtè colligitur, ꝙ vbi in caſu aliquo aliàs licita non erat diſpoſitio & alienatio in feudo, ſtante prohibitione, de qua in ca. Imperialem. de prohi. feud. aliena. per Feder. & in alijs iuribus notiſſimis. ſi concedatur feudatario poteſtas alienandi debeat ſtrictè intelligi, vt inducat illam facultatem in prima ac directa alienatione, & non porrigatur ad fideicommiſſariam. Quòd ſi mihi dicatur quòd illa diſpoſitio. l. ſi arrogator. limitatur ex cauſa in ea deducta: quia illa quarta non debetur iudicio liberalitate & beneficio arrogatoris; ſed beneficio & prouidentia principali, & in illo caſu iura noluerũt arrogatorem poſſe ſubſtituere, niſi

51 in bonis ab eo habitis, & † ratio legis eam limitat l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſſante. de appella. Et cum in caſu noſtro non militet illa ratio, dicatur fortè ꝙ non militet illa diſpoſitio, & cõſequenter licita ſit etiam per fideicommiſſum diſpoſitio feudi. Ad hoc reſpondetur, ꝙ ſiue ſimus in feudo pacti & prouidentiæ ſimpliciter, illud eſt debitũ filijs & agnatis ex prouidentia concedentis. vt in §. cum verò Corradus. vbi glo. de his qui feud. dare poſſ. & Andre. de Iſer. dicit in cap. primo. §. quid ergo, de inueſtitu. de re alien. fact. & in cap. primo. in princip. & §. hoc quoque, de ſucceſſ. feu. ſicque in eo militat eadem ratio, de qua in d. l. ſi arrogator. & conſequenter licentia alienandi inducta per dictũ cap. volentes. non trahetur ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ſicut nõn trahitur in dicta quarta arrogato debita ex beneficio Principali. Siue etiam velis dicere, quòd feudum, vt ſupra deductum ſit hæreditarium, tamen adhuc in eo verſatur & conſideratur prouidentia concedentis, vt dixit Andre. de Iſer. in cap. j. prope fin. principij de aliena. feud. paterni. & in c. j. Imperator. Lotha. meritò videtur militare in eo ratio ad ducta in d. l. ſi arrogator. Quamuis enim in feudo hæreditario ſuccedatur etiam proximè defuncto, vt per Andr. dicitur in cap. primo. an agna. vel fil. defunct. & latius adduxi in alio meo pinguiore conſilio, concurrit tamen in eo (vt dictum eſt) prouidentia concedentis: vt ſine conſenſu domini alienari non poſſit, & (vt ſupra dictum eſt) licentia illa ſtrictè intelligi debeat. Igitur non eſt extendenda nec porrigenda, vt procedat etiam in diſpoſitione per fideicommiſſum. Nam eſto quòd in hoc feudo non militaret ratio prouidentiæ abſolutè accepta,

militabit cum hac proximè dicta, quæ ſimiliter reſtringere debet dictam licentiam alienandi feudum, & in caſu in quo in feudo hæreditario nõ militaret d.l.ſi arrogator. ſuberunt aliæ rationes ſuperius & inferius adductæ.

¶ Non obſtat id quod ex aduerſo
52 adductum eſt, ꝙ † cum ſimus in materia fauorabili. Diſpoſitionem de aliquo actu loquentem ad primum tantum debere reſtringi, vt in dote, & ut declarat Felyn. in d.c. innouamus. in tertia limitatione, declarando diſputationem Calderini, in conſ. Oldra. de quibus mẽtionem faciunt. Allegata pro parte contraria, non procedunt quando ex iteratione ſeu repetitione actus reſultaret graue præiudicium. Nec etiam procedunt quando ratio ſubiectæ materiæ ſuaderet intelligi de primo actu, ſicut ipſe declarat conſilium Alex. & doctri. Bal. in l. fi.C.de indict.viduita.tollen. & ibi etiam circa hoc conſiderat coniecturam mentis eius, qui ordinauit illam facultatem actus conficiẽdi. vnde cum (vt diximus) nõ ſimus in caſu fauorabili, ſed correctorio, prout ipſum ca. volentes. declarat, & ſimus in materia ſtrictè ſumenda (vt ſuperius eſt probatum) & coniectura mentis illius Regis, qui dictum capitulum promulgauit, accipi in dubio debeat, vt non penitus & omnino euertat iura prohibentia alienationem feudi, immo quanto plus fieri poſſit debeat conformari cum iure communi. c. cum dilectus. de conſuetu. cum ſimilib. vulgar. loquentibus de reſtringenda lege correctoria. Et cũ (vt dixi) uti paſſim conceſſa intelligeremus facultatem fidei cõmittendi, ſequeretur enorme damnũ Coronæ ac Curiæ Regis, & verteretur damnum ſuccedere debentium. Meritò dicendum eſt, quòd non procedat dictum argumentũ de materia fauorabili, immo quòd ſimus in caſu reſtringibili. l. ex facto.ff.de vulga.& pupilla.c.dilecti. de decim.l.ij. §.meritò. & §. ſiquis à Principe. ff.ne quid in loc. publi. & not.Inno.in cap.tua. de decim.
53 Cum etiam videamus, quòd † quãdo priuilegium ſeu alia etiam fauorabilis conceſſio Principis tenderet in graue damnum, non ſolum à principio ſtrictè intelligitur, ſed poſtea reſtringitur & temperatur, & ſi opus eſt reuocatur, vt in cap. ſuggeſtum. de decim. vbi Innocen. not. & etiam not.gl.in fi. in c.quid per nouale. de ver.ſign. & tenuerũt Domini de Rot. in nouis deciſ.18. incip.fuit dubitatum.in tit.de conſuetu. & conſuluit Ludo.in conſil. 404. incip. in caſu propoſitæ &c. in ſecunda col.

¶ Et eodem modo per prædicta reſponſum eſſe intelligitur ad id quod adductum eſt de oratione
54 indefinita. Quamuis † enim illa l.ſi pluribus. intelligatur, vt æquipolleat vniuerſali orationi, vt dicit Bart. in l. ſi pluribus.ff. de lega. ſecundò, maximè in prolata à lege, quæ licet ſingulariter loquatur,

omnes

omnes includit, & id quod exprimitur, videtur exempli gratia dictum, vt dicit Bar. ibi & in l.1.§. ſed & ſi certum. ff.de vētre in poſſ. mitten. cum tamen ſimus in materia ſtrictè intelligenda, non ęquipollebit vniuerſali, vt in l.ij.ff.de liber. & poſthum. & caſu quo hęc oratio indefinita ęquipollere deberet vniuerſali, eſſet intelligenda, vt in habente plura feuda videatur data huiuſmodi facultas, non in vno & eodem feudo tātum ſed in quolibet, non autem vt in aliquo eorum poſſet non ſolum diſponere & illud ſemel alienare, ſed vinculo fideicōmiſſi alienare paſſim, ac ſæpius diſponendo: quia ſtricta interpretatio quam in hoc caſu fieri debere probatum eſt, non patitur ita hāc poteſtatem dilatari, nec in quæſtione illa, indefinita an ęquipolleat uniuerſali, ſi rectè cōſideremus, reperitur quòd ita æquipolleat vniuerſali, vt non ſolum omnia includat, ſed eandem rem ſæpius. nam ſat eſt, quòd vniuerſalis oratio includat omnia, quaſi ſingula eſſent narrata, vt in l.ſi chorus ff.de leg.3.non autem ita includit ea, vt ſæpius eadem res ex ipſis videatur legata, cum per primā eius ſolutionem conſumpta ſit diſpoſitio:nec bis idem ſolui debeat, vt in iuribus notiſſimis, & per complemētum ſeu celebrationem alienationis vnius feudi conſumpta ſit illa facultas. argu. etiam eius quod dicitur in l. apud Aufi-
55 dium ff.de optio.lega.& † id quod dicitur, quòd lex ſemper loquitur; verum eſt, ſed loquitur in ſuo caſu per ſe diſpoſito & deciſo, & non propterea de ſuo ad aliud trahenda & maximè in correctorijs & ſtricti iuris.

56 ¶ Nec † etiam obſtat id quod dicitur de lege: vt illa non ſit contēta vnico actu, ſecundum quòd Iaſ. dicit in d.§.ſi ei qui, nā (ſalua eius pace) illud non eſt ſimpliciter verum, eò quòd ſit illa diſpoſitio legis, vt eius exempla de faciēdo com promiſſo demōſtrant, ſed eſt ideo: quia lex non eſt contenta de actu imperfecto, & debitum finem non dum conſequuto, ſed loquitur de perfecto & habente ſuum finem, vt optimè declarat vir ille acutiſſimus D. Barthol. Soc.in l.hæc conditio.in 3.col.ff.de condi.& demō. dum tradit differentiam inter actū inductum ordinatione legis, & inductum ordinatione hominis. Nā in primo caſu etiā quòd fiat actus validus, ſi tamen non ſit ſortitus effectum, non cōtentatur de vno: ſed de pluribus quouſque ſequatur effectus: Secundo verò caſu intelligatur actū de primo actu valido, licèt non ſit ſequutus effectus: ſed nos ſumus in actu, quem præſuppoſimus validum, & quòd effectum ſit conſequutum. ergo &c.

57 ¶ Nec † etiam obſtat illud quod dicitur de re prius nō licita alienari, quæ ſi ſemel ſit alienata, poſſit ſemper alienari, iuxta d. §.quindecim. Nam ſi ſumus in feudis vel re eccleſiæ, requiruntur triginta vel quadraginta

draginta anni, vt dicit Andre. de Iſer. in cap. j. de his qui feud. dar. poſſ. & in cap. j. in princ. de prohibi. feud. aliena. per Fede. Martin. & Præpoſit. in ca. primo. Epiſcopum vel Abba. & Alex. in conſil. 5. in 5. volum. & Iaſ. in authen. res quæ C. commu. de lega. & in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de lega. j. cap. 2. de feu. extra, & Bar. in l. prima. C. de impo. lucrati. deſcript. lib. 10. & Claud. in tit. de his qui feud. dar. poſſunt. col. 16. in princ. Nos verò loquimur in fideicommiſſo relicto, non ex interuallo poſt inſtitutioné. ergo &c.

¶ Secundò intellige & limita, vt ſit alienabilis per eundem modum non per aliũ, & vt fiat cum eiſdem qualitatibus. Alexan. in conſil. 9. 2. & 3. colum. vol. 3. l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. ff. de reb. eor. l. ſicut. §. ſi debitor. verſ. ſed ſi permiſit. ff. quibus mod. pignus vel hypote. ſolui. Felyn. in ca. cum dilecta. ſecunda. & ſexta col. de reſcript. Cardin. Zabar. in conſ. 34. in primo dub. arg. l. filium. §. Sabinus. vbi Bartol. ff. ad Trebell. Areti. in l. quod dicitur. ff. de verbor. obliga. & Iaſ. in d. auth. qui rem. in vltima col. C. de ſacroſanct. eccle. ſed nos præſupponimus diuerſum modum fideicommiſſi, cum prima diſpoſitio facta ſit titulo inſtitutionis. Ergo non procedit d. §. quindecim.

¶ Tertiò limitatur, vt non procedat, quando alienationis prohibitio erat non in perſonam ſed in rem, vt dicit Bar. in d. l. peto. §. fratre. Doct. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. & Paul. de Caſt. in conſil. 17. in cauſa quæ vertitur. col. 7. in verſ. item allegatur, ſed, ut dictũ eſt, prohibitio alienationis feudi erat in rem, ergo non eſt locus d. §. quindecim.

¶ Ad id autem quod dicitur de le-
58 ge, quòd † mitius agitur cum ea quàm cum homine. Reſpondetur quòd illud nõ procedit in his, quæ ſunt ſtricti iuris & ſtrictè interpretanda, vt in conditione quę in diſpoſitione legis debet magis formaliter impleri quàm in diſpoſitione hominis. l. prętor. ff. de colla. bono. & dixit Bal. in aucten. matri & auiæ. C. quando mul. tutel. offic. fun. pot. & ſequitur Alexan. in l. ij. §. prius. ff. de vulga. & pupilla. & dicitur in cap. pia. de except. lib. 6. Innocen. in cap. fin. qui matri. accu. poſſ. & Doct. in c. gratum. de offic. delega. dum loquuntur de termino dato à lege. Et quoniam lex communis feudorum, alienationẽ feudi factam ſine conſenſu Domini reddit nullam, vt in d. cap. Imperialem. Meritò per eam dicendum videtur, vt ſuperueniente alia lege concedente alienationem, illa intelligatur de prima tantum, & reddat nullam alienationem ſecundam & vlteriores factas per fideicõmiſ-
59 ſum. Quia † quò ad reddendum actum nullum, durius agitur cum lege quàm cum homine, vt dixit Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. Abb. in c. dilectus. lo ſecũdo. in fin. de præben. & Felyn. in c. paſtoralis. de offic. delega. Et propterea

pterea cum ſimus in materia ſtrictè interpretanda & ob redditioné actus nulli non procedunt dicta, in d.l.Celius. Ad quod accedit.Ná
60 † diſpoſitio per quam actus redditur nullus, vt eſt in ca. ſtatutum.§. fina.de reſcript. lib.6. eſt pœnalis, vt dicit Rot.in antiq. 165. vtrum. in tit.de exequu. gra.& in c.decet. de immu. eccle. iuncta gloſ. ſuper verbo proceſſus. & in regul. Cancella.14.vbi gloſ.& 28.& 43.& ideo lex, quæ prohibet alienationé feudi durius & magis exactè intelligéda eſt, vt per cap.volentes. quanto minus fieri poteſt lædatur, & ad priora iura porrigatur. cap. cum dilectus. de conſuetu. Nec quiſquã conetur hanc rationem retorquere, dicens quòd cum prohibitio alienationis feudi inducat actus nullitatem: ideo dici debeat quòd reſtringatur. Nam ſi quis reſpiciat rationem prohibitiuam alienationis feudi, de qua per Lotha. in ca. primo, de prohibi.feudi aliena.per Lothar.& ibi Andr. & per Federic. in cap. Imperialem. in princip. de prohibi.feud. aliena.per Federic.vi
61 debit, prohibitionem † ipſam reſpicere publicam vtilitaté, & ideo licèt pœnalis ſit non eſſe eam odioſam, ſed fauorabilem, & propterea generaliter eſſe intelligendam. l. ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil. & Bartol. in l. quemadmodum. C.de agricol.& cenſit. lib. 11. Prout etiã conſtitutio, conſtitutionem diuæ memoriæ. ad idem tendens dicit Andre. de Iſer.in cap.j.§.prærea. in ij. colum. de cap. Corra. Quæ conſtitutio ſi non eſſet nouata in dicto Regno vlterioris Siciliȩ per d.cap.volentes. ſuum vigorem obtineret.Et propterea (vt ſuperius dictum eſt) concluditur, cõſenſum Domini, alienationi feudi præſtitum, eſſe ſtrictè intelligendum ſi à lege præſtetur eſſe interpretandũ.
62 Ad † illud, quod dicebatur, de dictis per Bartol. in d.l.prima. ff.de vulga. & pupilla. Reſpondetur, ꝙ Bart. loquitur in ſubſtitutione pupillari, quæ continebat materiam fauorabilem, vt filij eſſent hæredes teſtatori, & pupillo filio etiam cõſtitueretur hȩres, vnde ſi ſubſtitutus eſſet extraneus ſecundum Aret. in d.l.ij. non haberet locum dictũ Bart. vt ipſemet dicit: quia non militaret idem fauor.Præterea Bar. loquitur ĩ ſubſtitutione pupillari, quæ continet fauorem eius cui fit. Caſus autem noſter ponitur in fideicõmiſſaria, quæ continet onus & non dicitur propriè ſubſtitutio. l.cohȩredi.§.cum filiæ.ff.de vulga. & pupilla.& dicunt Paul. de Caſtr. Alexan.& alij in rubri. ff.de vulga. & pupilla. Et per hoc etiam reſtat reſolutum illud, quod faciebat dubitationem in argumento illo ſequenti. Nam vt dicit Bart. in d. l.
63 à filia.ff.ad Trebell. verum eſt † ꝙ res prohibita alienari, põt ex cauſa dotis alienari, vt in auth. Res quæ C. commu. de lega. & illud procedit, ſiue in actu inter viuos, ſiue in vltima voluntate, ſed eſt illud verum propter fauorem vltimæ volun-

voluntatis, vt dicit Bart. in d. l. à filia, in prin. Quæ plenius accipitur, quàm contractus inter viuos. l. ius noſtrum. ff. de regul. iur. Nos verò (vt probatum eſt) ſumus in materia, in qua fit ſtricta interpretatio, & non quærimus, an ca. volentes. procedat in vltima volũtate. Nam id ex eius verbis fit clarum, ſed quę rimus an vltra primam diſpoſitionem liceat fideicommittere. Ergo dictum argumentum non procedit in hoc caſu.

64 Nec † etiam obſtat d. §. ſi duos. iuncta doctri. Bart. in d. §. ſi fundum, quia ibi ideo potuit grauare paupe rem primo loco electum, quia à principio potuit eligere plures, quod non eſt in caſu noſtro, quia feudatarius non poteſt diuidere feudum inter plures perſonas, cum ex forma ſeu natura feudi, ſi erat iuris Francorum illud ſit indiuiſibile. c. Imperialem. §. prǽterea ducatus. de prohibi. feud. aliena. per Federi. & ex diſpoſitione. c. volentes, colligitur, ibi, feudo ipſo integro & indiuiſo perdurante. Ergo nimirum ſi poſſit ſecundum deciſionem Bart. diuidere non ſolum per portiones, ſed per tempora, poſtquam equè potuiſſet diuiderė per partes: arguendo de re ad tempus. l. miles ita. §. & quia. ff. de teſta. milit. Et hanc ſolutionem in eiſdẽ ferè terminis poſuit Bald. in ſuo conſil. 456. incip. quidam Franc. in ſecundo vol. ſed in caſu noſtro diuiſio rei per teſtamentum non poterat fieri per portiones, vt dixi. Ergo nec diuiſio temporis quæ induceretur per fideicommiſſum.

65 quia † dictum argumentum de re ad tempus procedit etiam negatiuè, vt dixerunt Bal. & Ange. in d. l. miles ita, Bal. Ang. & Imol. in l. qui plures. ff. de vulga. & pupilla. propter quæ clariſſima remanet dicta concluſio, vt diſpoſitio. c. volẽtes. non trahatur ad ſecundam diſpoſitionem per fideicõmiſſum. Quãuis enim loquatur de quolibet titulo, intelligitur ſtrictè & de primo tantum, per ſupradicta, iunctis dictis per Bar. in l. j. C. de ſacroſanct. eccle. & in l. j. §. nunciatio. ff. de operis no. nuncia. Dum loquitur de re ſtrictione orationis vniuerſalis. Et ne videar velut in meſſem alienam irruiſſe, cum hęc diſputatio iuſtius pertinuiſſet ad acutiſſimos Siculos Iuriſconſultos, quorum nonnullos vidi eruditiſſimos, & aliorum ſubtilia ſcripta perlegi, eorum iudicio hæc ſubijcio.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 Pretij quantitas demonſtrat num ſit venditio.

2 Venditum illud cenſetur, quod eccleſia habebat iuxta ſuam aſſertionem.

3 Tractatus declarat mentem contrahentium.

4 Actus agentium non poſſunt operari vltra eorum intentionem.

5 Conſenſui nil tam contrarium quàm error.

Factum

6 Factum intelligi non debet, quod factum non valeret.

7 Diſpoſitione in generali nunquam uenit id, quod ſpecialiter diſponens non feciſſet.

8 Voluntas intrinſeca demonſtratur per actus extrinſecos.

9 Venditio non ſeruata forma eſt nulla. num. 10.

11 Probatio per rei euidentiam nunquã cenſetur excluſa.

12 Pretium eſt de ſubſtantia venditionis.

13 Venditio perficitur ex pretio ſeu æſtimatione rei.

CONSILIVM IX.

DIcèt per Magnificum Cõſulentem pleniſſimè videatur conſultationi ſatisfactum. Quò tamen Sanctæ Trinitatis iuſtitia latius cõprobetur. Dicendum eſt vẽditionem, de qua agitur, ad partem illam territorij ſeu nemoris, de qua diſceptatur non extendi. Vel ſi quo modo illa pars in venditione prædicta comprehenderetur vẽditionem ipſam annullandam.

¶ Ad primum adduco in primis,
1 ꝙ † prætij quantitas demonſtrat, an ſit venditio, vel aliquid in venditione comprehenſum. glo. in l. j. §. 1. ff. de ſuperfi. in verbo agendo. Moder. in l. ex conuentione. C. de pact. per Alexan. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſol. matr. col. 2. And. Sicul. in conſ. 19. incip. clementiſſime. in 4. vol. Franc. de Aret. in cõſ. 84. incip. diligenter ponderatis. colum. 2. volentes, quòd ſi prętium reſpectu rei ſit modicum, non cẽſeatur ipſius rei facta vẽditio: quia non præſumitur in tantum lædi voluiſſe, declarat Aretin. in conſil. 60. incip. viſo inſtrumento, diuiſionis col. 4. Alexan. in conſ. 28. incipien. viſo libello. vol. primo. Et in re data in dotem declarat Bal. nouell. in tracta. dot. in 6. part. priuileg. 48. Moder. in l. ij. C. de reſcinden. vendi. & Taurinen. in d. l. ex conuentione. col. 9. Sed pretium in d. venditione conuentum eſt ſatis modicum reſpectu totius cum illa parte, eſſetque eccleſia (ſi illa pars cenſeretur incluſa) enormiter læſa, ergo non cenſetur ſub venditione incluſa, etiam ex tacita mente ipſorum contrahentium, vt eſt text. in l. ſeruos. ff. famil. erciſ. l. iure ſuccurſum. §. ſi in dote. ff. de iur. dot.

¶ Secundò pro hoc adducitur, ꝙ
2 † illud videtur venditum ſeu vendi voluiſſe, quod Eccleſia habebat & poſſidebat iuxta ſuam aſſertionem. Patet ex præfationibus ſeu aſſertionibus factis in dicto contractu venditionis, iuxta tex. in l. fin. ff. de hære. inſti. l. j. C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 10. & de iure nõ aliter factum præſumitur. l. ij. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loc. publi. l. nec auus. C. de emancip. libero. l. quod impuberi. ff. de adminiſtra. tutor. not. in l. quoties. C. de precib. Imperato. offer. per Felyn. in ca. quæ in eccleſiarũ. de cõſtitu.

l. traditio.

l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. Sed dicta pars, de qua modo agitur, erat iam alteri conceſſa, & alienata, ac ſolummodo cẽſus monaſterio debebatur, ergo in dicta venditione comprehendi non poteſt.

3 ¶ Tertiò, Tractatus † declarat mẽtem contrahentium. l. Labeo. ff. de ſuppellecti. lega. in cap. quia propter. de electio. in ca. 2. de reb. eccleſ. non alienan. ca. illud. de præſumptio. l. fina. ff. de proba. cum ſimilib. Sed de illa parte numquam fuit tractatum, neque habita mentio, ergo in venditione non comprehenditur, cum actus † agentiũ
4 non poſſint operari vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi cert. peta.

5 ¶ Quartò. Nil † tam contrarium conſenſui quàm error. l. ſi per errorem. ff. de condi. indeb. l. error. C. de iur. & facti igno. cum vulga. ſed in deſignatione confinium apparet error, vt conſtat ex antiquis documentis & deſcriptione cõfiniũ, vt in c. cauſam. de proba. gloſ. in cap. quia indicante. de præſcrip. Ergo quò ad illã eccleſia non conſenſit, & conſequenter ſine conſenſu venditio eſt nulla. l. conuentionũ. ff. de pact. l. j. ff. de contrahen. emp. in cap. ad noſtram. de emptio. & venditio. l. ij. C. de reſcinden. vendi. l. in bonefidei. C. de pact.

6 Quintò † nõ debet intelligi factũ, quod factum non valeret. c. in his. de priuile. bonus text. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthu. in l. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. per Deci. in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtitu. cum vulga. ſed ſi intelligeretur facta venditio illius partis, talis venditio non teneret, vt infra demonſtrabo, conſequenter dicendum eſt, illam partẽ non intelligi venditam.

7 Sextò † in generali diſpoſitione numquam venit id quod ſpecialiter diſponens non feciſſet. c. in generali. de regul. iur. in 6. Abb. in cap. j. de reſcript. c. j. de procurato. in 6. Sed dicta eccleſia dictam partem pro dicto pretio conuento nõ vendidiſſet, ſi ei ſpecialiter dictum fuiſſet, neque vendere potuiſſet propter non euidentem eccleſiæ vtilitatem, immo iacturam. ca. nulli liceat. cum ſequen. de reb. eccleſ. nõ alien. & in conſtitu. extrauagan. Pauli ſecundi. Ergo in dicta venditione comprehenſa intelligi nõ debet.

8 Septimò & vltimò † per extrinſecos actus demonſtratur actus ſeu voluntas intrinſeca. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſ. l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. 11. not. in l. conditionibus. ff. de condi. & demonſtratio. l. quoties. ff. de verb. obliga. cum ſimilibus. Sed per extrinſecos actus apparet, ꝙ dicta pars nõ includitur in venditione, nam nõ fuit appretiata ſicuti totum territorium, nec fuit menſurata, non fuit per commiſſarios viſa ſicuti reliquum, quod verè vendebatur, ergo in venditione non includitur: fuiſſet enim viſa, menſurata & appretiata,

pretiata, quod cum factum non fuerit, conſultò videtur omiſſa, tãquam in venditione non compre- henſa, l. comodiſſimè. ff. de liber. & poſthum. l. tractabatur. de milita. teſta. l. prima. §. cum autem. C. de cadu. tollen.

¶ Ad ſecundum moueor ex infra-
9 ſcriptis. Primò † quoniam in d. vẽditione quatenus facta intelligeretur, non fuit ſeruata forma, & conſequenter eſt nulla, cap. j. de rebus eccle. non alien. lib. 6. in clemẽti. j. eo. tit. Abb. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Calderi. in c. j. de in integr. reſtitu. per Claudi. in tracta. feudo in tit. ſecund. Et ꝙ forma ſeruata non fuerit, apparet: quia tractatus aliquis non interuenit, nec fuit illa pars viſa & cognita per cõmiſſarios, nec (vt debuit) menſurata, vel appretiata, & conſequenter dici non poteſt formam aliquam ſeruatam fuiſſe. Sed quòd commiſſarij fines mandati nõ ſeruantes. l. diligenter. ff. manda. nulliter confirmauerunt actam venditionẽ, quatenus facta dici poſſet.

10 ¶ Secundò dicta † venditio non cedit in euidentem Eccleſiæ vtilitatem ſed in detrimentum atque iacturam, contra Pauli ſecundi conſtitutionẽ ſupra allegatam. Et per omnia iura ſuperius adducta talis venditio eſt nulla & de damno eccleſiæ prędictæ ſatis conſtat per rei
11 euidentiam † quæ nunquam cenſetur excluſa. l. qui ſeruum. ff. de interrogato. actio. l. qui bona. §. qui damnũ, & ibi Ale. ff. de dam. infec.

12 ¶ Tertiò & vltimò, prætiũ † eſt de ſubſtantia venditionis. §. pretium. inſtitu. de emp. & vendi. cum ſimi lib. Abb. in c. cum M. de conſtitu.
13 Et † ex pretio ſeu æſtimatione rei venditio perficitur. l. plerunq;. ff. de iur. do. & in l. ſi æſtimatis. ff. ſol. matr. l. vetuſtiſſimam. C. de iur. do mi. impetr. Sed quò ad illam partem nullum pretium fuit neq; æſtimatio facta, vt prædixi, neq; ad illam partem modicitas pretij totius referri poteſt, iuxta allegata in prima parte. Ergo venditio illius partis eſt nulla. Et ita iuris eſſe cenſeo.

Ego Ioan. Th. Minadous. V. I. D. ordinariam iur. canonici. Legens.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum in dubio an præſumatur ex prouidentia, vel hæreditarium.*
2 *Principem in dubio putamus id voluiſſe, quod ius vult.*
3 *Jus feudorum inſpici debet ex ſubiecta materia.*
4 *Hæredem in feudis intelligi filiũ. nu. 6*
5 *Qualitas hæreditaria niſi appareat in conceſſione feudorum, non cenſetur appoſita.*
7 *Feuda omnia in Regno ex communi forma inueſtituræ hæreditaria ſunt.*
8 *Rex quoties donat alicui feudum non expreſſo ſibi etc. intelligitur feudum ex pacto.*
9 *Verba expreſſa debẽt aliquid operari.*
10 *Feudum in dubio, quando non expreſſum de liberis vel hæredibus, intelligitur ex prouidentia.*

T *Feudis*

11 *Feudis in antiquis ſæpe alia determinatio fieri ſolet quàm in nouis.*
12 *Temporis ex nimia antiquitate præſumitur variatio eorum, quæ antiquitus fuerunt.*
13 *Feuda dignitatum differunt à cæteris.*
14 *Feudum ſemel factum hæreditarium nunquam deſinit eſſe hæreditarium.*
15 *Qualitas originalis eſt attendenda.*
16 *Statuitur cum aliquid, cenſetur ſtatutum perpetuum.*
17 *Stare nō prohibetur, qđ non mutatur.*
18 *Qualitas hæreditarij feudi non tollitur ex eo, quod eſt antiquum.*
19 *Mutatio qualitatis feudi fieri non debet ex perſona hæredum.*
20 *Hæredem vltimi morientis an oporteat eſſe in feudis hæreditarijs.*
21 *Feudum hæreditarium aliquando peti poteſt abſque hæreditate.*
22 *Filius poteſt eſſe hæres tantum in legitima.*
23 *Teſtatus pro parte & pro parte inteſtatus ex poſt facto quis decedere poteſt.*
24 *Feudum alienatum cum aſſenſu quando eſt hæreditarium reuocari non poteſt.*
25 *Pater poteſt titulo oneroſo priuare filios legitima.*
26 *Hæres hæredis teſtatoris hæres.*
27 *Feudum cum ſit hæreditarium, præſumitur hæres qui tenuit.*
28 *Factum præſumitur, quod fieri debuit.*
29 *Præſcriptio vtrum obſtet non natis in feudo ex pacto & prouidentia.*
30 *Præſcriptio 30. vel 40. ann. tollit omne ius aduerſus ignorantem.*
31 *Negligentia vnius alteri nocere non poteſt.*
32 *Alienando ſi non præiudicatur, ita nec patiendo labi tempus.*
33 *Præſcriptio tricennalis habet locum in feudis.*
34 *Reſtitutioni quæ ſubiacent poſt mortem tenentis, non poſſunt alienari.*
35 *Alienationis verbo etiam præſcriptio continetur.*
36 *Præſcriptio 30. an. currit contra ignorantes, intellige vt nu. 37.*
38 *Alienandi facultas ſi in inueſtitura fuerit conceſſa, an requiratur nouus aſſenſus in alienatione.*
39 *Aſſenſus domini in alienatione feudi ad quid requiratur.*
40 *Dominus ſcire debet, quem habeat in vaſallum.*
41 *Emphyteuta etſi poſſit alienare, tenetur requirere dominum in alienatione.*
42 *Alienādi poteſtas videtur data prout ius vult.*
43 *Dominus potuit rei ſuæ in traditione legem imponere, quam voluit.*
44 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt ex natura actus, nihil operatur.*
45 *Intellectus. cap. 1. de feu. non ha. propna. feu.*
46 *Diſtinctio quædam ponitur.*
47 *Feudum conceſſum ante tempora Corradi an præſumatur perſonale, vel ex pacto & prouidentia, aut hæreditarium.*

CON-

CONSILIVM X.

¶ *Recepi nudius tertius literas tuas quas decimoquarto Kalendas Octobris ad me dederas, fueruntque mihi pergratiſſimæ. Primùm ea de cauſa, quòd optimam valetudinem tuam ſignificaueris. Deinde, quòd quæ iudicio veſtro Cæſar (nec immerito) decidenda mandauerit, intellexerim. Quod autem ſcribis deſiderare ſententiam in illis meam, recuſaſſem omnino idonus, ſi vel minus ego deberem tibi, vel nō putarem, quæcumque dicturus eſſem, te legente, apud quem noſcuntur fieri meliora, nec arbitror futurum, vt ſus (quod aiunt) Mineruam doceat. Sed ingenuus tuus erga me Amor plus ſperat ex ingenio proficiſci meo quàm poſſit. Cum verò ita iuſſeris, vel, ſi cum Icaro volandum eſſet, obſequar, atque breui cōpendio quid ſentiā ſignificabo.*

1 DVbitatur itaq; in primis, an † nulla apparente inueſtitura, ſeu probatione, feudum in deſcendentibus præſumatur, ex pacto & prouidentia, vel hæreditarium. Et ſecundum opinionem Modernorum, quam Andre. recitat in c.j. de ſucceſſ. feu. quando datur ſimpliciter feudum Titio. videtur per conſequens acceptum pro filijs & hęredibus. l. ſi pactum. ff. de ꝓba. & in c. j. de duob. fratr. à ca. inueſti. & ideo ita demū ſuccedent ſi ſint hæredes. l. cum patronus. §. j. ff. de oper. liber. & iſtam opinionem videtur ſequi Andre. in c. j. de aliena. feud. pater. & Præpoſit. ibi, & ita de filio Andre. intelligit in c. j. an agna. col. pen. & fi. in fin. & ideo Bal. in d. c. j. an agna. vult, ꝙ præſumatur hęreditarium feudum. Idem tenet Raph. Cuma. in conſ. 166. col. 2. vol. 5. refert ac ſe quitur Curt. Iun. in conſil. 3. col. 2. poſt tracta. feudo.

¶ Sed cū hanc hæſitationē Excell. Sigiſmundus Loffredus ampliore tractatu diſſeruerit, probauit apertè, feudum iure communi feudorum in dubio hæreditarium non cenſeri. Eam ego opinionē non auctoritate ſolum deuictus ſed rōne per eundē adducta, dico (mea ſnīa)

2 veriorē. Vbi † enim de interpretatione cōceſſionis eſt dubiū, vel cū Principis exquirimus iure dubiam voluntatē, id putamus voluiſſe atq; diſpoſuiſſe, quod ius vult. Ita dicit And. ī c. j. de benefi. fœmi. & in c. j. §. huius generis. ex quib. cau. feud. amitta. c. cum dilectus. de cōſuetu. in c. 2. de feud. dat. in vim. l. cōmiſſ. p Bal. in c. j. de aliena. iud. mut. cau. fact. gl. in c. cupiētes. §. ꝙ ſi per xx. de ele. in 6. Bartho. de Cap. in cōſti. Regni. poſt mortem in additio. p l, ex facto. ij. rñſo. ff. de vulg. & pupi. l. hęredes mei. §. cū ita. ff. ad Trebel, cū infinitis ſimilib. ius † igitur feu

3 dorū quod inſpici ex ſubiecta materia debet, in c. j. de feu. cogno. filio feudū defert. nō hæredi, vt apertè colligit ex c. j. §. cū verò Corradus,

4 q feu. da. poſſ. & † hæredē, nō veluti iure ciuili, ſed filiū intelligit., c. j. §. & ſi clientulus. de aliena. feu. ca. j. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feu. cap. j. §. profecto, de l. Corra. cenſebitur ergo, ꝙ ſcdm iuris feudorū diſpoſi

 tionem,

tionem, non hæreditarium ſit feudum, ſed ex pacto & prouidentia, cum iure feudorum, niſi noīatim dictum eſſet, feudum ad hæredem non tranſire. Dum igitur tranſitū fecit ad filium, alio non apparēte, oportet ex pacto & prouidentia legis factum aſſerere. d. §. cum verò, ibi nominatim, & in c. huius autē generis, ex quib. cau. feud. amitta.

5 Qualitas † quoque hæreditaria, niſi appareat in cōceſſione feudorū, non cenſetur appoſita, quia extranea eſt à ſimplici conſuetudine feudorum. d. §. & ſi clientulus. & d. §. cum verò, vnde niſi de illa conſtiterit, non præſumetur, ita in ſimili conſiderat Andre. in cap. Imperialem. §. præterea ducatus, colum. 4. de prohibi. feud. aliena. per Federi. l. denique. ex quib. cau. maio. in l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. in c. ſi cautio. de fide inſtru. conſuluit in

6 ſimil. Signor. conſi. 10. Et † quamuis in vtroque caſu pactum verſari videatur, ſiue ꝙ ad filium, ſiue ꝙ ad hæredem tranſeat, tamen magiſtrali nomine, vt And. dicit ī d. c. j. an agna. ex pacto & prouidentia dicitur, in quo etiam nō hæres ſuccedit. Hoc autem eſt ſecundum feudorum conſuetudines, non autem vt ſit hæres, ergo iſtud, quod eſt, ſecundum conſuetudines feudorum præſumi oportet, ita in ſimili Inno. in c. olim. de verb. ſigni. Abb. in c. certificari. de ſepult. Felyn. in c. cum M. de conſtitu. Deci. in regul. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur.

¶ Nec refragatur, quæ ex aduerſo aliorum ſententiam tutari videbātur. Quoniam ſecundum iura ciuilia rectè procedunt, vt in l. ſi tibi. §. pactus. ff. de pact. vti etiā in hoc

7 Regno, vbi † omnia feuda ex communi forma inueſtiturę hęreditaria ſunt, ita conceſſa præſumūtur, vt per Andre. in §. & ſi libellus. de aliena. feud. pater. Neap. in conſuetu. noſtra. & ſi teſtator. in verbo diſponat, non obſtat c. primum. de duobus fratribus à capit. inueſtitu. Quoniam ex eo demonſtratur, ſine pacto expreſſo non ſubintelligi, pro hęrede, & ideo dicit Andre. in capit. primo. ex quibus cau. feu. amitta. tertia colum. quòd

8 † quoties Rex donat alicui feudū, non expreſſo ſibi & liberis ſuis ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, quod ſolet communiter in priuilegijs Baronū apponi, intelligetur dictum & erit feudū ex pacto & prouidētia, & in eo. c. 4. col. verſ. ſi ergo vult, ꝙ præſumatur datum ſecundum ius intelligit, ſibi & hæredibus ſuis, intelligo filijs: quia, ſubdit, hoc ex iuris interpretatione, non autem tranſmiſſione in hęredem, per quę verba demōſtratur velle, quòd non pręſumatur hęreditarium, ſicuti quando eſſet expreſsè datum pro hęredibus, quia

9 † expreſſa verba, ſecundum eum, debent aliquid operari, allegat l. ſi quando. ff. de lega. primò. & ideo Andre. in d. cap. primo. an agna. declarando quod ſit feudum ex pacto & prouidentia, & quod hęredita-

hæreditarium dixit. Quando cōceditur Titio, intelligitur & hæredibus eius,& hoc caſu And.intelligit feudum eſſe ex pacto & prouidentia. Quia, ibi ſubdit, ſi dixit Titio & hæredibus, tunc eſt feudum hæreditariū. Et ſic apertè demōſtrat,
10 ꝙ † in dubio, quando non eſt expreſſum de liberis vel hæredibus, intelligetur eſſe feudū ex pacto & prouidentia, & prędicta procedūt in mero dubio, vbi verò loci conſuetudo (vt dixi) vel inueſtientis aliter demonſtraret, poſſet contraria ſententia vires obtinere. Quæ omnia cum ſatis copiosè dictus excellens vir declarauerit,ꝓbaueritq́;, ſat mihi erit paucula hęc attigiſſe.

¶ Secunda dubitatio eſt. vtrum feuda Ducatus, Marchiæ ac Comitatus conceſſa pro ſe & hęredibus iā annis quingentis: retineant naturam feudi hæreditarij, vel iudicetur de eis ſicut de feudis ex pacto & prouidentia. Dubium poſſet ex
11 duobus fieri. Primò, quòd † in feudis antiquis ſæpe alia determinatio fieri ſolet quàm in nouis, vti conſtat ex his quæ dicuntur in d. ca. j. an agna.& in ca. Titius.ſi de feud. defunct.milit.& in cap.j. de vaſall. decrep.ęta. & in c.j.§.hoc quoque. de ſucc.feud.c.j.de grad.& ca.j. de not.feu. c.j.ex quib. cau. & in ca.j. ſi vaſall.feud.priuet.cum ſimil. Declarant ſummiſtæ in diuiſione feu
12 dorum. Et † aliquando ex nimia tpis antiquitate præſumitur variatio & mutatio eorum,quæ antiquitus fuerunt, vt in authen. ſed quāuis.C.de rei vxo.actio.Bal.in l.2.C. de reſcin. ven. Areti.in l.decem.ff. de verbor.oblig. Ang.in conſ.299.
13 Secundò iſta † feuda dignitatum differunt à cæteris, vt patet in ca. j. de feud.Marchię.in prin.& in ca.j. de aliena.feud.in fin.& in c.Imperialem.§.præterea ducatus.de prohi. feud.aliena.per Federi. & ponit quaſdam differentias Iacobi.in ſua inueſti.in verbo Comes,& quā plures Afflict.in deciſ.265. vbi tenuit, ꝙ iſta feuda titulata non veniunt in generali obligatione feudorum cum aſſenſu, cuius tamen contrarium in ſacro Regio conſilio ſæpe iudicauimus. Vnde cum antiqtas & dignitas ī hmōi feudis cōcurrāt, dubitari potuit, an eodem iure cū cæteris cenſerentur. Sed quod ad punctum quæſtionis attinet, cum
14 † fuerit ſemel factum feudum hæreditarium, etiā poſt mille annos non deſinet eſſe hæreditarium, nec poterit ex ſolo curſu tpis in alte-
15 rius naturam tranſire: quia † qualitas originalis eſt attendenda, quando non eſt variabilis ex ſolo tempore ſed requiritur aliud factū extrinſecum, ita declarat Bal. in c. cū oēs.in 11.col.C.de conſti.& in ca.j. ſi de feud.fuer.controuer.inter Domi.& agna.& in c.j.vlt.col.de controuer.inueſtit.probatur in l. circa.ibi gl.ff.de prob.l.ſi minorē. ibi gl.ff.de in integr.reſti.mino.& latè per Bar.Imol.& Alc.in l.ſi prius.ff. de oper.no.nuntia. Bart. in l.ſi cui ff. de accuſa. Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſar. non poſſ.

& in ſimilibus terminis dicit And. in d.cap.j.Imperator Lotha.col.fi.
16 in princ. quòd † cum ſtatuitur aliquid, cenſetur ſtatutum in perpetuum, ſi in eadem cauſa permaneat.l.prima.ff.ſi ex noxa.cau.aga. & in cap. j. de eo qui fi. fec. agna. & ita intelliguntur quæ ſuperius allegabantur. Nec obſtant differentiæ inter feuda noua & feuda antiqua: quoniam in hoc non eſt differentia: nam conſtat de qualitate hæreditaria ſemel poſita in cō ceſſione, quæ præſumitur durare, l.ſiue poſſidetis.C.vti poſſidetis, &
17 † quod non mutatur, cur ſtare prohibetur.l.præcipimus.C.de appell. l.ſancimus.C.de teſt. & dicit And. in d.cap.j. §.& ſi libellus.de aliena. feud.pater.col.2.poſt Iacob. de Ardiz.in ſumma, quòd idem iuris eſt de nouo & veteri, niſi aliquid ſpeciale reperiatur conſtitutum, argu. inſtitu. quod cum eo, qui in alie. j.reſponſo.& dicit Andre. in d.c.j. an agna.in verſ. & licet col.ij. ibi. Alij voluerunt, quòd in feudo hæreditario nulla eſt differentia inter filium & agnatum, & idem in c. j.
18 de natu. ſucc.feud. & ſic ex eo † ꝙ eſt antiquum, non tollitur qualitas hæreditarij feudi. Et pro hoc faciunt ea quæ dicuntur in l. obligationum ferè.§.placet.ff. de actio. & obliga. & in regul. non firmatur. de regul.iur. in 6. & in l.quod ab initio. ff. eo.tit.cum ſimil. Nec † ex perſona hæredum debet fieri mutatio qualitatis feudi, ſicuti ius
19 obligationum non mutatur, l.2.§. ex his.ff.de verbo.obliga.l.ij. §.j.ff. de præto.ſtipul. per Andre. in cap. omnes filij.col.2.ſi de feu.defunct. milit.

20 ¶ Tertia quæſtio eſt. An † in feudis hæreditarijs oporteat eſſe hæredem vltimi morientis. Ita ꝙ ſi hæreditas non ſit delata huic agenti excludatur à feudo? Et ſi oportet eſſe hęredem primi inueſtiti, quomodo probabitur ſtante lapſu tēporis annorum quingentorum ab initio inueſtituræ. Et nemini dubium eſt, oportere eum qui vult conſequi feudum hæreditarium eſſe hæredem vltimi morientis, ita dicit Andre.in cap.j.in fi.qui ſucc. tene.ibi. Filius non hæres non veniret.& in ca.j.de ſucc. feud. §.hoc quoque, col.2.& in d.ca.j.an agna. in princ.ibi. Quia in hæreditario. in 3.col.ibi. Hæc poſitio, l. j. & ij. ff.de peti.hæredi.& in l.non tantū. in glo.eo.tit. Alexan.in conſil. 10. vol.3. & in conſil. 28. volu.5. Curt. Seni.in conſi.82.col.3. Deci.in con
21 ſil. 185. † Si tamen hæreditas ſine aſſenſu ſit alteri delata ex teſtamēto: poſſet hoc caſu peti feudum hęreditarium abſq; hæreditate. Quoniam ita demum filius vel agnatus cogitur hæres eſſe, quando poteſt habere hæreditatem, nec ſtat per ipſum. Ita determinat glo. in conſtitu. Regni, vt de ſucceſſionibus. In verbo, ex vtroq; parente. Iaco. de Beluiſ.poſt Ardizo. in d. cap. j. an agna. ita etiam tenet Bal. in l. 3. circa fi. C. de fideicommiſſ. Bald. & Aluarot. in d. ca. an agna.in 4. col.

colum. & Iacobi. in ſua inueſtitu. in verſ. itaque ipſi. & Curt. in ſuo tracta.de feud.ſucc.in 3.q.in fin.& Afflict. in conſtitu. Regni. ſiquis poſt litem.& probatur in c.j.de eo qui interfe. fratrem domini, vt per eundem Afflict. in deciſio.385.Nō tamen propterea non dicetur hæreditarium feudum, ſtante alio hęrede in allodijs. Nam † filius poteſt
22 eſſe hæres tantum in legitima, vt in §.aliud quoque capitulum. in authen.vt cum de appella. cogno. & alius hæres vniuerſalis. Nec eſt inconueniens, vt vnus ſit hæres vniuerſalis & alius particularis, vt in l.j.ff.ſi pars hæred.petat. Nec eſt
23 inconueniens, quòd † ex poſt facto vnus decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. not. in l.ius noſtrum. de reg. iur. & l. circa. ff. de inoffi. teſta. Et ſic non bene dicunt, qui hoc caſu dicunt non hæredem ſimpliciter habere feudum hæreditarium. Quinimmo nec opinio Iacob. de Beluis. in d. cap. Titius. videtur poſſe ſubſtineri, quia
24 † feudum alienatum cum aſſenſu poſſit reuocari, quando eſt hæreditarium, quoniā obſtat diſpoſitio l.cum à matre. C. de rei vindica. l. venditrici. C. de reb.alien.l.vnum ex familia. §.ſed ſi viuo. ff. de lega. ſecundò. & quò ad ea quæ ſunt hęreditaria etiam inuentarium non prodeſt, ut in l.fi.C.de iur.delib.& per Andre.in d.c.an agnatus, & in cap. Imperialem. in ſecunda additio. de prohibi.feud.aliena.per Federi.Imol. in c.ex parte, de feud. & in cap.j.de aliena.feud.pater.§.& ſi libellus.col.4.Andr.dicit, ita demū habebit ſucceſſor ſi non ſit alienatum. argu. l.cum quis. ff. de ſolutio. Nec obſtat quòd nihil habeat
25 ex hæreditate † quoniam pater poteſt titulo oneroſo priuare filios legitima, & nō reuocabunt alienationes, quia nihil habeant, ſecundum Bar.in l.hæreditarium. ff. de bon.auto.iud. poſſi. Bal.in l.Papinianus.§.quarta. ff.de inoffic.teſta. Docto.in authen. vnde ſi parens. C.eo.tit.Et dum Iacob.de Belui.in d.cap.Titius. circa hanc quęſtionē facit differentiam inter filium & agnatum, non bene dicit, cum in feudo hæreditario, vt ſupra retuli, nulla eſt differentia inter filium & agnatum ſecundum Andre. in d. cap. j.an agna.col.2.ibi, alij voluerunt. Ergo ſicuti non reuocat filius ita nec agnatus. Niſi forte ſaluetur opinio Iacob. de Belui.quando in fraudem fuiſſet facta alienatio, quo caſu nec in totum filius reuocaret, vt ipſe dicit in l. prima. & in l.ſi totas.C. de reuocan.dona. & C. de inoffi. dot. Et ita intelligi debet quod dicit Bald. in conſil. 215.volu.2. per l.primam. & ſecundam. C.ſi in fraud. patro. Et iſtud videtur verum, quicquid dicat Afflict. in d. conſtitu. ſi quis poſt litē & Ioan.Rey. in ca.Imperialem. §. præterea.& Iaſ.in conſ.ſuo 168.volum.4. & ex hoc ſequitur, quòd is qui agit erit etiam hæres primi, prout dicit Andr.in d.c.j.an agna.
26 in princ. Quia † hæres hæredis &c. allegat.

allegat.l.quoties. C.de hęred.inſtitu.l.ſciendum. ff. de verbor. ſigni. & ex diuturnitate temporis ac poſſeſſione cum præſtatione ſeruicij induci aliam probationem, quod primus habuerit hæredem. argu. cap. ſi quis per triginta, ſi de feud.
27 fuer.controuer. Et † cum feudum ſit hæreditarium præſumitur hæres qui tenuit: quia non potuiſſet citra ius & nomen hæredis.l.gerit.
28 ff.de acqui. hæredi. Et † præſumitur factum, quod fieri debuit l. cũ ſeruus.ff.de verbo.obliga. Et ex antiquitate præſumuntur omnia ſollenniter adimpleta. l.qui in aliena. ff.de acquir. hæred.l.ſi filius.C.de peti.hæredi.cum ſimilibus. Anch. in conſil.135.Alexan. in conſil. 79. col.3.vol.j. Et ita videtur breuibus huic quæſtioni fore reſponſum.
29 ¶ Dubitatur quartò. vtrum † obſtet præſcriptio, non natis in feudo ex pacto & prouidentia? Et quod obſtet præſcriptio nititur probare Franc.Cur.Sen.in conſil. pe. col.3.
30 Nam † pręſcriptio 30.vel 40. ann. ſecundum terminos.ca.primi. §.ſi quis per triginta, ſi de feud. fuer. contro. tollit omne ius aduerſus ignorantem. per gloſſ.ſingula. in l.fina.in fi.C.de edict. Diui Adria. toll.gloſ.in c.j.§.porrò. qual. olim feud. aliena.pot.glo.in c.j. §.præterea. de capi. Corra. Et ita videntur tenere omnes ſcribẽ.in d.§. porrò. & in §.præterea, maximè Aluarot. & Nic.de Neap.in l.fina.C.de fundis patrimo.lib.11. Andre. in d. §. ſiquis per triginta. Vnde non natis, ſicuti & ignorantibus præiudicari poterit ex præſcriptione. Sed miror ego, virum illum tam recti iudicij ita ſenſiſſe, ſi loquitur in feudo ex pacto & prouidẽtia, prout videtur loqui, allegando l. ſecundã & tertiã, de dona quę ſub mod. Andre. in d.§.hoc quoque. Nam cum feudum cẽſeatur hoc caſu datum æquè principaliter omnibus ordine ſucceſſiuo, ut in l.quod dicitur. ff. de verbo. obliga. declarat Andre.in c. primo. col.2. ſi vaſall.
31 feud. priuet. non † poteſt negligentia vnius alteri nocere, & ſic ex perſona natorum negligentium non poteſt fieri præiudicium non natis, ex perſona verò propria eorum nulla conſideratur negligentia vel culpa.l.fi.C.de anna.except. Ergo oportet dicere, huiuſmodi præſcriptionem ceſſare, quæ odio negligentiæ inducta eſt, vt in l. ſi quis emptionis, & in l. omnis. C. de præſcript. 30. anno. in rubri. extra de præſcript.& gloſ.in d.l.fi.
32 de edict. Diui Adria. & † ſiquid alienando non præiudicatur, ita nec patiendo labi tempus ad præſcribendum.l.vbi lex. ibi Bart. &
33 alij.ff.de vſucapio. Nec † obſtat quod in feudis locum habet præſcriptio tricennalis. d.§.ſiquis per triginta, quoniam loquitur in feudis, quę poſſent in præiudicium alienantis & ſucceſſorum alienari, non in feudo ex pacto & prouidentia. Ita latè declarat & firmat Andre. in cap. j. §.quid ergo. de inueſti.de re alien.
34 fact. Nam † quæ ſubiacent reſtitutioni

tioni poſt mortem tenentis, non poſſunt alienari, l.fi. & authen. res quæ.C.cōmu.de lega. nec poſſunt præſcribi contra eos, quibus debét
35 reſtitui: quia † alienationis verbo etiam præſcriptio continetur, authen. niſi tricennalis.C.de bo.mater.l.alienationis.ff.de verb.ſignifi. niſi eſſemus in primo acquirente, qui poſſet alienare, vel in feudo paterno ſeu antiquo, & filij eſſent hæredes abſq; inuentario, vt in d.c.j. an agna.in quibus tantum caſibus Curt.bene ſentit. Et pro hac etiam opinione faciūt ea quæ latè diſputat Andre.in c.ſi vaſallus, ſi de feu. defunct.milit.vbi de ſententia & trāſactione an noceat agnatis ignorantibus,vel non natis, in feudo ex pacto & prouidentia, & concludit neque fraudem, neque negligentiá aliorum nocere,per veras rationes, & eandem opinionem in effectu tenent idem Andre. & Aluar.in ca.j. §.hoc quoque.in fin.de ſucc. feud. & videtur ſequi Franc. Balb.in tracta. præſcript. 4. part.q.9. Nec ob-
36 ſtat, quòd † illa præſcriptio currit contra ignorantes. Quoniam procedit quando ignorantia cauſatur ex culpa,aut negligétia,vt in ſimil. allegat Roma.in conſ.9. aliàs præſcriptio non currit. l.prima. C.de annali except. l.contra maiores. C. de tranſactio.l.fi.in fi. C. qui bon. cede.poſſ. gloſ. not.in l.ſed & ſi ff. de bon.poſſeſſio. contra tab. quam ad hoc not.Areti.in fortioribus terminis in l.ventre. col.4. poſt med. ff.de acquir. hæredi. faciunt nota. per canoniſtas in c. quia diuerſitatem.de conceſſ.præben.& in ca. fi. de electio.& in c.trāſmiſſa.de præſcript.Alex.in conſ.58. vol.5. Deci. in conſ.187.col.fi.& ex hoc rectè in-
37 fertur, quòd † ſi fuerit præſcriptū contra aliquem, & per lineam finitam eius qui præſcripſit, feudum domino aperitur, non excludūtur illi qui ex pacto & prouidentia ſuccedere debuiſſent, vt præferantur Domino, cum præſcriptio illi minimè obſtare potuerit, per prædicta, cum nulla ſit differentia inter Dominum & alium,in quem feudum fuiſſet alienatum, per d.ca. ſi vaſallus,& ibi per Andre. & Dominus pretēdit ius ex linea finita eius qui non potuit excludere non natos,ergo nec dominus excludit,argum.l. lex vectigali. ff. de pigno. Andre.in d.cap.primo. §. quid ergo,& in cap. j. qui ſucc.tene. & in conſtitu.Regni. ſi quis poſt litem. Et ſicuti hi poterant excludere illum qui præſcripſerat contra alios, ita etiam poſſint excludere dominum, argu. l. Pomponius. §. cum quis.ff.de acqui. poſſ. l.ex qua perſona.ff.de regul. iur.faciunt quæ dicuntur in cap. j. §. item ſi fuerint. quib.mod.feud.amitta.& in ca.j.ſi vaſ.feu.priuc.
38 ¶ Sequens eſt quæſtio. An † ſi conceſſa fuerit alienandi facultas in inueſtitura, requiratur nouus aſſenſus in ipſa alienatione. Et dubium facit id quod dicitur in cap. j. de feud.non habente propri.natur.& quæ ibi per Andr.& in cap.j. §.donare,

nare, qualit. olim feud. alie. in l. cũ
eſſent. ff. de ſeruitu. ruſti. prędi. aliàs
talis facultas nihil operaretur. l. ſi
quando. ff. de lega. j. Sed ex diuerſo
39 videtur, quòd † ratio, ob quam re-
quiritur aſſenſus in alienatione, ea
ſit, vt vltra honorem Domini is
qui recipit feudum cum aſſenſu, re
maneat fidelitati & ſeruitio obliga
gatus alius Dominus non haberet
à quo peteret ſeruitium, à primo
non, cum non poſſideat feudum,
ab emptore non: quia non pro-
miſit, ita declarat Andre. in c. Impe
rialem. §. ſcriba verò. col. ij. ibi, à
quo ergo, de prohibi. feud. aliena.
per Federi. Et ibi dicit, ꝙ ex hoc in
ductum eſt, vt perdat, & idem di-
cit Andre. in ca. j. in ver. facit com
mentum, & in verſ. commercium
excogitare, de prohibi. feud. alie-
na. per Lotha. Iſta ratio ſubeſt etiá,
conceſſa facultate alienandi, ergo
etiam data huiuſmodi licentiá re-
quiri debet nouus aſſenſus Domi-
40 ni, pro hoc facit, quòd † Dominus
ſcire debet, quem habeat in vaſal-
lum, ne ſit ſibi odioſus vel non ſit
acceptabilis, vt in §. firmiter. d. ca.
Imperialem, vt ſit de genere fideli.
l. quòd ſi nolit. §. mancipium. ff. de
ędilit. edict. l. quiſquis. C. ad leg. Iul.
maieſta. ſecundum Andre. in d. ca.
Imperialem. col. 3. circa fin. Præte-
41 rea † patet ex emphyteuta, qui li-
cet habeat poteſtatem alienandi,
nihilominus tenetur de nouo re-
quirere Dominum in alienatione,
vt tenet Specu. in tit. de loca. §. nũc
aliqua. in verſ. 94. vel ſaltem in tra
dițione & in inductione emptoris
in poſſeſſionem debebit dominũ
requirere ſecundum Ioan. de Imol.
in d. cap. potuit. col. 48. quem ſequi
tur Iaſ. in l. 3. col. 3. C. de iu. emphy.
42 Præterea † poteſtas alienandi vide
tur data prout ius vult, per ea quæ
in prima quæſtione dicta ſunt, ſci-
licet cum aſſenſu. argu. d. l. ſi quan
dò. C. de inoffi. teſta. l. ſi vno. ff. lo-
ca. l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſ.
ſicuti in Regno intelligitur, vt alie
net vt feudum: quia aliàs feudata-
rius nõ poſſet dare in feudum, ita
determinat Ancha. in d. c. j. de feu.
non haben. propriam natu. feud.
ergo intelligetur data licentia alie-
nandi ſaluo aſſenſu. Nec obſtat ꝙ
nihil operaretur, nam poteſt re-
ſpondere dupliciter. Primò, ꝙ for-
te, ſecundum aliquos, operaretur
in feudo ex pacto & prouidentia:
vt poſſet alienare feudum, qui nõ
potuiſſet ſine aſſenſu agnatorum:
43 quia † potuit Dominus in tradi-
tione rei ſuæ legem imponere,
quam voluit. l. in re mandata. C.
manda. & ita conſiderat Calca. in
conſil. 50. licèt contrarium ſentiat
Alexan. in conſil. 106. volu. 4. & ve
tius. Secundò operabitur, vt Do-
minus teneatur aſſentire, ſicuti in
ſimili dicitur in aliquibus caſibus
comprehenſis in conſtitu. Regni,
ſi quis poſt litem. Et ita determi-
nat dictus excellens Sigiſmundus,
in extricationibus ſuis ad commẽ-
tum Andre. d. §. donare, etiam ꝙ
data poteſtate alienãdi ſubijciatur
clauſula, ſaluo aſſenſu, nam Dñs
debet

debet aſſentire.per not. in l. ſi cum dotem.§.eo autem tempore. ff. ſolut.matr. aut habebitur aſſenſus pro præſtito ſi non iuſtè abneget,vt late ac ſubtiliter ſuo more per eundẽ comprobatur, & conſuluit antea cum Franc.de Aret. Par. de Put. & D.Mathe. in cauſa Iulij de Capua. Quòd ſi dicatur, nihil operari illã clauſulam ſaluo aſſenſu, ſi etiã non expreſsè requireretur aſſenſus, dici
44 poteſt non eſſe inconueniens † vt quæ tacitè inſunt ex natura actus, ſi exprimantur nihil operentur, quò ad hoc vt ſint maioris effectus, l.iij.ff.de lega.j. quia operãtur rei declarationem quamuis nõ augeant effectum, vt declarat Fulgo. in conſ.147.Bald.in l. ex verbis. C. de dona.inter vir. & vxo. Areti.in conſil.8.col.2.glo.not.in l. ſi pupillus, in ver. ſuperflua. ff. de noua. Paul.de Caſt.in l.ſtipulatio.§.j. in fin.ff.de oper. no.nuntia. bona gl. in l.vtimur.in fi.ff.de ſepulchr.violat.glo.in c.j.in verbo filio,de ſumma trinita.& fide catho. in 6.cum
45 ſimilib. Non † obſtat d. c. primũ de feud. non haben. propri. natu. quod pro priore opinione ponderat Bal. & Aluar. in ca.feudum, ſi de feud.fuer.controuer.Roma. in conſil. 493. & Alex. in conſil.174. volu.ij. & Curt.d.tracta.4.par.q.5. Nam procedit quando alienatio eſſet permiſſa veluti de re propria, vel non eſſet in feudum apud emptorem ſeu accipientem,ſed quòd eſſet libera: quo caſu ceſſarent ea quæ proximè cõſiderabantur. Nos verò loquimur quando remanet feudum, vt aliàs conſiderat Andr. & Alua. in d. cap. Imperialem.in princ. Bal.& Marti.de Laud.in c.2. quo tempo. mil. poſt Ardizo. in ſumma quib.mod.feud. amitta.in rubri.an emptor qui emit.& And. in d.ca.j.de feud. non haben. pro-
46 pri.natu.feud.in fi.Vnde † ego puto in hoc articulo poſſe diſtingui, ꝙ aut alienatio permittitur in inueſtitura, remanente iure feudi, prout communiter intelligitur,ſecundum proximè allegata,& tunc aut quæritur utrũ alienatio teneat ſine nouo aſſenſu, aut quæritur vtrum euitetur caducitas ex illa ſola licentia: primo caſu dico, quòd alienatio non tenet, nam licentia cenſetur data ſecundum naturam actus, ſcilicet cum aſſenſu, & ita in proprijs terminis decidit Alex. in conſ.106.in 4.volu.& Afflict.de ciſ.307.l.ſi ſtipulatus. ff.de vſu. l. j. §.ſi ſub conditione.ff.vt lega. not. caue. & facit deciſ. Specu. & Ioan. Andr.in d.§.nunc aliqua, à quibus Ioan.de Imol.in d.ca. potuit. dicit durum eſſe recedere, & ita latè probat Calca.in conſ.50.prim.dub.Secundo verò caſu, dico quòd caducitas euitatur, nam (vt prædixi) dominus aſſentire teneretur, vel pro aſſentiente haberetur, quando non poſſet iuſtè beneplacitum abnegare, vnde videtur facta alienatio ſub ſpe futuri aſſenſus, qui poteſt ſubſequi. vt no.in l.qui in aliena.§.iuſſum. ff.de acqui. hæredita. per Andr.in d.cap.Imperialem.

Vnde

Vnde ſaltem excuſaretur à cõtemptu & dolo, vt in ſimili tenet Bald. in l. deberi. C. de fideicommiſſ. liber. glo. in l. vnic. §. qui iudicium. in fi. glo. magnæ. ff. ſiquis ius dicẽti non obtempe. Areti. in l. fi. C. de Carbo. edict. Pau. de Caſt. in conſ. ij. col. ij. & vlti. vol. 2. in nouis. Et circa amiſſionẽ feudi determinat glo. in c. j. quib. mod. feud. amitta. c. conſuetudo. 8. diſtinctio. And. in c. j. §. aut ſi libellario. & ibi Mathe. in 6. not. & in §. itẽ ſi fidelis, quib. mod. feud. amitta. maximè ſtante dubietate quæſtionis, de qua agitur, glo. in ca. cum dilectus. in verbo conſtitutum. ibi Abb. de cõſuetu. Cardi. in clem. fi. 4. q. de regul. Bal. in rubr. de iuſti. codi. confir. prima col. maximè in milite. l. j. C. de iur. & fact. igno. Ludo. Roma. in conſ. 506. Imol. in ca. ij. vlti. col. de conſtitu. Bald. in quæſtione incip. accuſatus. col. 20. maximè cum tractetur de damno euitando, vt in d. l. j. & in l. regula. & in l. error. ff. eo. tit. Areti. in conſ. 33. pen. & vlt. col. aut conceſſio erit adeo libera, vt conſideratur in d. §. j. & tunc procedat prior opinio, vt ſupra dicebam. Et per hoc videtur ſatisfactum & domino & feudatario, debet enim vtrique parti conſultum eſſe in quãtum potuit, l. ex his, ibi. Quia ea ratione nemo fraudatur. ff. de his quæ in fraud. credi. Pau. de Caſtr. & Iaſo. in l. j. ff. ſi quis cautio. ibi, vtriq; litigatorum. Et iſta videtur melior diſtinctio quàm ea quę fit per Ioa. Rey. in d. c. Imperialem. relata per Curt. in d. tracta. 4. part. q. 5. licèt Calcan. in d. cõſ. 50. teneat ꝗ caducitas non euitatur, cuius cõtrarium ſentio per prædicta.

¶ Supereſt poſtremò vt dicam, an
47 † feudum cõceſſum ante tempora Corradi præſumatur perſonale, vel ex pacto & prouidentia, aut hęreditarium, maximè in feudo Marchiæ? Et ex his quæ dicta ſunt in priore dubio, ſatis poteſt colligi, feudum præſumi ex pacto & prouidentia. Nam licèt ante tempora Corradi feuda eſſent perſonalia, fuit tamen per Corradum facta extenſio ad filios. d. §. cum verò Conradus, & ſimiliter fuit vſurpata ſucceſſio per deſcendentes in feudo Marchiæ, vt in d. c. j. de aliena. feu. in fi. Et ſic attenta conſuetudine feudorum pręſumetur ex pacto & prouidentia, & pro deſcẽdentibus acquiſitum, ſeu vſurpatum. Ita declarant Docto. in d. c. j. de feu. Marchiæ. glo. in conſti. Regni vt de ſucceſſionibus. not. in d. c. Imperialē. §. præterea ducatus. Afflict. in prælud. in vlti. q. Curt. in 5. par. col. 3.

¶ *Dixi breuibus, quod longa diſputatione agendum erat, mi Bernarde. Sed cum noluiſſem Epiſtolæ modum nimis tranſgredi fui fortaſſe breuior quàm res ipſa exegerit, pudutque Athenas, quod aiunt, noctuas mittere, tu boni conſulas, & pro tuo caſtigatiſſimo iudicio corrigas. Vale Neap. X. Kalen. Octobr. M D X X X V I.*

Ioan. Tho. Minadous.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Vaſallus relinquens ciuitatem, quam ab hoſtibus tutari debebat, facit contra fidelitatis iuramentum.
2 Feloniæ ac proditionis crimen eſt tempore neceſſitatis dominum deſerere.
3 Paria ſunt dominum dereliquiſſe, aut eius ſtatum periclitantem.
4 Ciuis derelinquens ciuitatem periclitãtem perdit omnia priuilegia ciuitatis.
5 Paria ſunt eſſe, vel eſſe poſſe.
6 Paria ſunt, ſcire vel ſcire debere.
7 Ignorantia craſſa non excuſat.
8 Turpe eſt dicere, non putaram.
9 Negligentia ſufficit quò ad feudi amiſſionem.
10 Parcendum non eſt, qui ſe in periculo poſuit.
11 Præcedentia declarantur ex factis ſequentibus.
12 Acceſſus ad hoſtes quando permitti poſſet.
13 Limitatà cauſa effectũ debet limitare.
14 Imputatur ei, qui potuit procuratorem mittere & non miſit.
15 Excuſatio non præſtatur, qui debuit prouidere.
16 Hoſtes voluntariè uidetur expectaſſe, cum potuiſſet fugere & nõn fecit.
17 Paria ſunt, hoſtem in dominum recepiſſe, vel permittere, quòd ab hoſtibus dominetur.
18 Fugere quis tenetur, cum nullum ſit periculum neque uerecundia fugienti.
19 Vaſallus pro ſeruitio præſtando tenetur abſentem dominum perquirere.
20 Vaſallus debet dominum adiuuare clamoribus, nu. 29.
21 Socium facere audaciorem & timidiorem aduerſarium, in criminibus ſæpè conſideratur.
22 Pęna mortis in atrocioribus eſt non reuelantibus, cum proditores iudicent.
23 Vaſallus incurrit crimen læſę maieſtatis propter tria criminis capita. 24. 30.
25 Aſſentit tacitè, qui negligit obuiare peruerſo.
26 Vaſallus debet facere reſiſtentiam aduerſus hoſtes domini.
27 Proditor dicitur permittens gentem inimicam in territorium domini intrare.
28 Permiſſio ſola tranſitus inimicorum eſt ſufficiens ad priuationem.
31 Vaſallus debet offerre ſeruitium, quando domino imminet magnum periculum.
32 Amicitia cum inimicis domini felloniam & crimen læſæ Maieſtatis inducit.
33 Salutatio tria ſignificat.
34 Collocatio maximam demonſtrat delicti conſcientiam.
35 Præſumptione ſola hoc caſu ad priuationem procedi poteſt.
36 Teſtis approbatus à parte facit plenam fidem.
37 Teſtes ſingulares ſufficiunt in crimine læſæ Maieſtatis & rebellionis.
38 Teſti vni creditur in crimine læſæ Maieſtatis, licet regulariter contra.
39 Vaſalli patientia ſola & tacitus conſenſus inducit feloniam.
40 Mandatum homicidij ex eo probari, quòd aliquis cum eo locutus eſt, qui incontinenti homicidium commiſit.
41 Senis vmbra plus valet quàm gladius iuuenis.

42 *Aduerſarius fit timidior ex ſola aſſociatione, aſſociatus audacior.*
43 *Proditor appellatur, qui à domini poteſtate ſe ſubtrahit.*
44 *Vaſallo non licet remanere in loco rebellato.*
45 *Vaſallus hoſtibus domini ſe ſubijciens cæteris malum exemplum præbuit.*
46 *Probatio per coniecturas ſufficit in occultis.*
47 *Tyranni metus, domino fugiente, excuſat à rebellione.*
48 *Metus non excuſat, quando quis periculo voluntariè ſe expoſuit. nu. 53.*
49 *Caſus ſi ſuperuenit culpa præcedente, non præſtatur excuſatio.*
50 *Metus non excuſat, quando non eſt periculi vitæ vel honoris.*
51 *Vaſallus non priuatur feudo propter leuem domini iacturam.*
52 *Dominus & vaſallus iudicantur ad paria.*
54 *Metus vana allegatio non excuſat.*
55 *Cauſa qualibet excuſat à delicto, quando pœna eſt corporalis.*
56 *Coniecturis non eſt locus in claris.*
57 *Principis placitum habet vim legis.*

CONSILIVM XI.

EX his quæ in proceſſu aduerſus Iacobummariá Franconũ deducta ſunt, videtur abſq; difficultate taliter de liquiſſe, quòd veniat feudo priuandus. Et omiſſis multiloquijs ex ipſo facto ipſius fellonia, ac læſę Maieſtatis crimen per infra demonſtrãtur. In primis quoniam dictus Iacobuſmaria, inuaſa per hoſtẽ prouincia terræ Ydrunti, habens eius familiam intus ciuitatem Litij, in qua omnes Barones conuenerant, vt in tuto eſſent, ex ipſam ciuitatem tuerentur, ea relicta ad caſale acceſſit, ex quo duo reſultant. Primum, dereliquiſſe ciuitatem, quã debebat tutari ab hoſtibus, quorum incurſus iamiam timebatur,
1 & † hoc eſt contra fidelitatis iuramentum, vt in c. j. de nou. form. fidelit. & in cap. primo. de for. fidelit. ibi tutum, & ibi in bonis, &c.
2 † eſt proditionis ac felloniæ crimẽ tempore neceſſitatis dominum de ſerere. c. primo. in princ. ex quibus
3 cau. feu. amitta. & † paria ſunt dominum dereliquiſſe, vel eius bona, aut ſtatum periclitantem, per text. in d. c. j. de forma fidelita. & in ca. de forma. 22. q. 5. vbi eorũ fit ęquiparatio, & de iure ciuili eſt text. in l. iij. §. quod ſtationis. ff. de re milit. & l. omne. §. quod in acie. eo. titul. probatur per tex. in c. j. §. præterea. quæ ſit prim. cauſſ. benefi. amitten.
4 & in c. j. hic finitur lex. Et † ſi ciuis relinquens ciuitatem fluctuantem perdit omnia priuilegia ciuitatis, vt notabiliter dixit Bald. in l. ij. C. de infan. & languid. Bartol. in l. 2. ff. de publi. iudi. Quanto fortius puniri debet is qui ex iuramento fidelitatis Regiæ obligabatur nequid contra ſtatum Cæſaris fieret. argum. cap. 2. extra de pactis & ca. cum contingat. de iureiuran. cap. vbi periculum. de elect. in ſexto. Secundum reſultat ex eo quòd iuit ad caſa iuiſſe ad hoſtes. Nam licèt

licèt tunc temporis ſub hoſtiũ poteſtate caſale adhuc non deueniſſet, nihilominus ſciebat vel ſcire debebat, ꝙ prout ipſemet Iacobuſmaria ponit, erat caſale locus aper tus non aptus ad reſiſtendum, ac conſequenter tale, quod ſine dubio in hoſtium manus perueniſſet. Vn
5 de † de eo ita iudicari debet ac ſi tunc cum acceſſit ab hoſtibus tene retur, per ea quæ notabiliter determinat Bald. in l. in bello. in fi. ff. de excu. tutor. de ſuſpenſo ante mor tem percuſſi. facit tex. in l. ſi pro ea. C. mãda. & in l. qui pupillam. ff. de adulte. faciunt ea quæ determinan tur per Imol. de notario aſſerente aliquid eſſe, quod proximè futurũ ſperatur, in conſ. 31. & per Doct. in c. eam te, & in c. cũ adeo, de reſcrip. Nec admitti debet ſi diceretur id
6 non putaſſe vel ignoraſſe † quia ſci re & cogitare debuit. iuxta tex. in l. quiſquis. C. de inceſt. nupt. ibi gl. in verbo, Affectato. c. cum inhibitio. de clandeſti. deſponſa. c. 2. de tẽ po. ordinãdo. l. ij. C. de falſ. mone. l. ſi tutor petitus. ibi gl. & Bal. C. de
7 pericul. tuto. & † craſſa ignorantia non excuſat. c. j. de poſtulatio. prælat. & in l. regula. ff. de iur. & facti
8 igno. & † turpe eſt dicere non puta
9 ram. c. qui dicitis. 16. diſtin. Et † quò ad feudi amiſſionem etiam negligentia ſufficit, vt in cap. primo. §. eſt & alia. Quæ fuit prima cau. benefi. amitten. & in c. licèt. de con trouer. inueſtitu. & in cap. primo. de controuer. inter domi. & empto. & not. in d. cap. primo. de for. fideli. ibi, poſſibile. Et prædicta apertiſſimè comprobantur ex eo, quòd in caſale veniens ac ibidem commorans periculo ſe expoſuit, vt in hoſtium poteſtatem deueniſſet prout deuenit. Quo caſu non modo in culpa, ſed etiam in dolo fuiſſe dicendum eſt, per text. in ca. imputari. de reg. iur. in l. ij. §. quod diximus, ibi gloſſ. ff. ſiquis cautio. & caſus in l. . . ff. de re milita. Et
10 † ei qui ſe in neceſſitatem & periculum poſuit non eſt parcendum. l. ſi fideiuſſor. §. primo. verſic. ſin autem. ff. qui ſatiſdare cogant. l. ſicut. C. de action. & obligatio. l. penult. C. quibus ad liber. proclama. non lic. l. autem. §. finali. ff. quod vi aut clam. l. cũ poſtulaſſem. in prin. ff. de damn. infect. facit text. in l. nemo arbitrorum. C. de tempo. appella. & in l. petendæ. C. de tempo. in integr. reſtit. l. properandum. §. ſed ſiquidem. C. de iudi. vnde neceſſariò concludendum videtur ex iſto capite ſubſequutis poſtea, quæ infra dicentur, iuxta text. in l. Iulianus. §. proinde.
11 ff. ad Macedo. quòd † ex factis ſubſequentib. præcedentia declarãtur. l. vxori. ff. de lega. tertiò. l. ſi ſeruus plurium. §. finali. ff. de lega. primò. Et ex facto ſubſequenti præcedens declaratur intentio & cauſa. l. ſi filius. §. quamquam. ff. ad Macedonia. quem text. facit notab. Romanus in conſil. 510. De recipiente pecuniam mutuò, quam poſtea conuertit in negotiationem, quòd talis acceſſus

ad caſale fuerit ac ſit punibilis & ex eo malus animus fuerit demonſtratus.

¶ Non obſtat quòd ex aduerſo dicatur, quòd propter viuendi neceſſitatem in caſale veniſſet ciuitate relicta, quoniam hæc ſatis friuola excuſatio videri debet. Primò, quoniam in dicto caſali inſpecto tempore, videlicet de mẽſe Martij ſeu Aprilis nulli erant fructus, quos exigere fortaſſe valuiſſet. vt inde potuiſſet viuere, nec verificatum eſt, quòd ibi eſſent aliqui fructus ſeu
12 debitores † quo caſu aliàs etiam acceſſus ad hoſtes permitti poſſet, ſecundum Andr. in c. j. §. porrò. quæ ſit prim. cau. benefi. amitten. & ſic ceſſabat illo tempore cauſa & ratio prædictæ excuſationis, & conſequẽter remanet culpa & delictum. l. iij. §. quamuis. ff. de adminiſtra. tuto. l. vxor. & latè ibi Bald. C. famil.
13 erciſcun. cum † limitata cauſa effectum debeat limitare. l. in agris. ff. de acqui. rer. domi. l. age cum Geminiano. C. de tranſact. l. pacto ſucceſſorum. C. de pact.

¶ Præterea iſtud fieri poterat per alium: non enim aderat neceſſitas in perſonali acceſſu & habitatione, habebat plures liberos, procuratores & ærarios, poterat in ciuitatem deferre, non erat aſtrictus vt perſonaliter intereſſet, nec oportebat vt ibi commoraretur. Et proptèrea non eſt excuſandus, facit quaſi in proprijs terminis tex. in d. l. ſecunda. §. quod diximus, verſ. quod enim, ibi nulla neceſſitate vrgente. ff. ſi quis cautio. faciunt in argum. ea quæ in ſimili dicuntur in l. Papinianus exuli. ff. de minor.
14 Imputatur † ei qui potuit mittere procuratorem & non miſit. per Bart. in l. fina. ff. de in integr. reſtitu. per Docto. in c. paſtoralis. de re iudi. Bal. in ti. de pace Conſtan. verſic. huic ſententiæ. eo maximè ꝙ in ciuitate Licij domum habebat, quam veriſimiliter inſtruxerat, vt diligens paterfamilias. argu. l. meritò. ff. ꝓ ſocio, vel inſtruere debuit omnibus neceſſarijs, ne in periculum incideret, per iura præallega.
15 Et aliàs non ſuccurritur ei, nec † excuſatio præſtatur, qui debuit prouidere & inſtruere & nõ fecit. l. qui accuſare, cum ibi not. C. de eden. l. iij. C. de inoffi. teſta. l. tractabatur, ibi glo. ff. de milita. teſta. glo. in l. atletæ. §. dat remiſſionem. ff. de excuſa. tuto. l. filio. §. Seya. ibi Bart. ff. de alimen. & ciba. lega. vnde clarè patet ꝙ illa excuſatio nullo modo debet admitti.

¶ Secundò principaliter eius crimen demonſtratur ex eò, quòd in caſali prædicto exiſtens Iacobuſmaria prędictus, audito quòd iam prope erat Gabriel Baronus, quem ſciebat (vt ipſemet principalis in ſua depoſitione fatetur) pro hoſtium Vicerege in illa prouincia deſignatum, tripliciter deliquit. Primò, quòd conſiderata loci qualitate ac temporis, potuiſſet & poterat ad ſuos ſe recipere, ſiue in ciuitatem Licienſem, quæ pro Cæſare tenebatur, ſiue

ſiue ad alia loca & conuicina oppida, quæ ſemper in fidelitate perſtiterunt, quod cum nõ fecerit eius malus animus demonſtratur, & dignus eſt feudi priuatione, pro hoc rectè facit tex. in l. iij. §. in bello. ibi qui vallum, & in §. is qui ff. de re milit. & ibidem permanẽdo ac non fugiendo, dedit ac fecit ſe hoſtium poteſtati ſubiectũ, quod eſt graue crimen. per tex. in l. ij. eo.
16 tit. ibi. Dare † ſe militem cui non decet, & cum potuiſſet fugere & non fecit, videtur voluntariè hoſtes expectaſſe. argu. l. cõmodiſſimè. ff. de liber. & poſthum. l. tractabatur. ff. de milita. teſta. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. & conſequenter contrauenit iuramento fidelitatis, quo alterum in dominum non recognoſcere promiſit. d. c. j. de for. fidelita. faciunt not. per Abba. in conſil. 3.
17 vol. 1. & † paria ſunt hoſtem in dominum recepiſſe, vel permittere q ab hoſtibus dominaretur, cũ poſſet aufugere. c. literas, ibi. Anto. de Butr. de ſupplen. negli. prælato. ca. quod ſuper his, de conſangui. & affini. l. j. in prin. ibi Bart. in ij. col. ff. de oper. nou. nuntia. l. nec non. §. j. ff. ex quib. cau. maio. l. prętor ex prouincia. ff. de manumiſſ. vindict. gl. in c. omnes leges. j. diſtinctio, ibi late Felyn. & † abſque dubio in hoc
18 caſu fugere tenebatur, cum nullũ fuiſſet periculum fugienti neq; verecundia, ſecundum diſtinctionẽ Bal. in l. j. C. vnde vi. & in c. j. §. j. de pace tenen. & in l. j. colum. 3. de ędi li. acti. & habito reſpectu ad cauſam fugæ & qualitatem perſonæ fuiſſet illi reputatum ad virtutem, & conſequenter fugere tenebatur. Ita limitat & declarat Claud. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. per iura per ipſum allegata. Et † ſi pro ſeruitio
19 præſtando tenetur vaſallus abſentẽ Dominum perquirere, & ad eundẽ accedere, vt tenet Iacob. de Ardizo. in cap. j. quæ fuit prim. cau. benefi. amitten. & ibi Aluarot. in 3. col. Quanto fortius dicendum eſt ad euitandum domini iniuriam, ac (vt ita dicam) diſſeruitium, recedere debuit à loco per hoſtes occupato ſeu tunc occupando, & ad Dominum accedere, ſ. ad loca Domino fidelia, in quibus etiam ſeruire potuiſſet. Et meo quidem iudicio ita in hoc eius dolus arguitur, vt nulla tergiuerſatione poſſit occultari, cum in rei veritate nullum fuerit probatum nec ſuberat impedimentum vel excuſandi ratio.

¶ Secundò ex eodem capite reſultat aliud, propter quod ſimiliter lęſę maieſtatis ac fellonię crimen incurriſſe apparet. Quòd audiens aduentum Gabrielis Baroni, qui aduerſus patriam veniebat, quò illam poteſtati hoſtium ſubijceret non certiorauit, contra id quod facere debuiſſet. cap. primo. §. præterea. & §. item ſi dominum quæ ſit prim. cau. benefi. amitten. maximè in tam graui iactura, iuxta textus in §. ſed quia eodem titul. & in cap. j. poſt princ. Hic finitur
20 lex. Et ſi † clamoribus dẽt vaſallus

dominum adiuuare, quãdo aliter nequiret, vt per gl. in d. §. prætereà. ibi Bal. & Alua. Franc. Curt. in tracta. feudo. 4. par. 26. cauſa. Quanto fortius debuit & debebat Iacobuſmaria ſignificare ciuibus Licienſibus, & illos reddere certiores, quòd hoſtis iam aderat, quo prouideret, ne imparati offenderentur, ac ꝙ Gabriel Baro penè ſolus erat, quò ciues fuiſſent audaciores & magis instructi. argu. eorum quæ dicuntur in l. denuntiare, in princ. in §. quid ergo. ff. de adulte. & in l. qui abſentem. ff. de procura. in c. conſtitutus. per Abba. col. pen. de appella. & in cap. pen. de elect. in 6. &

21 † facere ſocium audaciorem & timidiorem aduerſarium in criminibus ſæpe conſideratur. gloſ. iuncto text. in clemen. ne in agro. de ſtat. monaco. in verbo Adfuerunt. l. cum Dominus. ff. ad Syllania. argu. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio. Bal. declarat in l. nõ ideo minus. ff. de accuſa. Et vltra id quod de iure feudorum allegatũ eſt cercioratione m ſeu reuelationem fieri debuiſſe, probatur ex l. ciuili. per tex. in l. j. §. ſi ſeruus. ff. ad Syllania. not. in l. 2. ff. ad leg. Pompe. de parrici. Et de turbatione ciuitatis & de his quæ fiunt cõtra Dominum not. Bar. in l. vtrum. ad leg. Pompeiam de parrici. & Angel. in tracta. malefi. ver. che hai tradito. 3. col. latè per Felyn. & Deci. in cap. j. de offic. delega. not. in ca. quantæ. de ſenten. excom. & in c. j. ibi Abb. de reſti. ſpoliato. Bart. in extrauagan.

qui ſint rebell. Pau. de Caſtr. in l. fi. C. de his quib. vt indign. & faciunt nota. in l. ij. & iij. ff. de noxal. Et per

22 omnes videtur concludi, quòd † in atrocioribus ſit pœna mortis, & ꝙ non reuelantes, proditores iudicentur, proptereaq; ſine dubio ex hoc capite dictum Iacobummariam feudo priuandum eſſe iudicari debet.

¶ Tertiò ex hoc eodem principali capite reſultat aliud, videlicet. Reſiſtentiam aliquã non feciſſe, quod ſimiliter ſufficere debet ad læſę maieſtatis & felloniæ crimen inducẽdum. Fatetur enim ipſe Iacobuſmaria in ſua depoſitione, ꝙ potuiſſet capere dictum Gabrielem Baronũ, & hoc apertè demonſtratur: quia mulam equitabat, & tres vel quatuor ſecum habebat, & ſine dubio ſi Iacobuſmaria illum capere voluiſſet, cępiſſet, & potuiſſet facile captiuum in ciuitatem Licienſem in continenti conducere. Et per dictum Gabrielem ſenem mulæ inſidentem & cum tribus tantummò do ſocijs, vt dictum eſt, aliquo pacto reſiſti non potuiſſet. Et hoc ſatis probatur, vt dixi, ex confeſſione Iacobimariæ, iuxta tex. in c. j. de cõfeſſ. l. proinde. §. interdũ. ff. ad leg. Aquil. & per rei euidentiam: quia hoc patet ad ſenſum poſitis qualitatibus prædictis, vt in l. qui ſeruũ. ff. de interrogato. actio. & in l. qui bona. §. qui damnum, ibi Alexan. in 4. col. ff. de damno infect. in authen. vt differ. iudi. in prin. Et iſtud non feciſſe tria criminis capita cõtinet,

tinet, ex quibus felloniç ac læſç ma
ieſtatis crimen incurrit. Primùm
23 quia † non fecit poſſibile, prout in
iuramento fidelitatis continetur,
d.ca.j.de for. fidelita. cum ſimilib.
24 Secundum: quia † permiſit hoſtẽ
pertranſire ad inuadendum terrã
Domini ſui, & ſic non reſiſtendo
iter præſtitit. Iuxta text.in ca.3. di-
25 ſtinctio.36. quòd † ille tacitè aſſen
tit, qui negligit obuiare peruerſo,
quem text. allegant Docto. in d. §.
præterea. & Curt. in loc. præallega.
26 Quòd † debet vaſallus facere reſi-
ſtentiam aduerſus hoſtes Domini,
per text. in l.ij. C.de cõmer. & mer.
l.item quæritur. §.exercitum. ff.lo-
27 ca. Et † dicitur proditor ac prodi
tionis eſt crimen, permittere gentẽ
inimicam intrare in territorium
Domini. text. eſt in l.ſi quis Barba-
rum. C.de re milita. tenet Bald. in
ca.j. quib. mod. feud. amitta. Guid.
Pap. in deciſ. ſuis. nu.191. Et quòd
28 † ſola permiſſio trãſitus inimico-
rum etiam per loca non feudalia
ſit ſufficiens ad priuationem, con-
ſuluit optimè Cuma. in conſ. 161.
colum.4. Quia tenetur ad damnũ
non dandum: & curandum ne
per alios detur. d. c. j. de for. fidel.
& permiſſio tranſitus opratur dam
num. l.ſi amicis. C.in quibus caſib.
ſola negli. Et diſſimulatio ac non
obuiatio punitur, ſecundum Bart.
in d. extrauagan. qui ſint rebell.
Abb. in d.cap.j.de reſtitu.ſpol. Ge-
mi.in c.negligere.2.q.7. Abb.in ca.
primo.de treuga & pace. Alex.in l.
poſthumo.col.5.C.de bon.poſſeſ-
ſio.contra tabul. Et propterea quã
29 do aliter non poteſt † debet vaſal
lus clamore Dominum adiuuare,
vt prædictũ eſt. Tertium eſt, quod
30 ex hoc eodem reſultat, ꝙ † iſtud
omittendo facere, fecit ne hoſtis
Regius in poteſtatem fidelium de-
ueniret, idque eſt læſæ maieſtatis
crimen. tex. eſt in l.iij. ff.ad leg.Iul.
maieſta. ibi. Ne in poteſtatem po-
puli Romani deueniſſet, & certè, vt
ipſemet Iacobuſmaria in ſuamet
depoſitione fatetur, magnum fuiſ
ſet ſeruicium, ſi Gabrielem cœpiſ-
ſet, non fuiſſet ciuitas Licij dedita
hoſtibus, & capto duce hoſtium
& gubernatore illi prouinciç con-
ſtituto, quis dubitat vniuerſa prô-
uincia in fidelitate perſtitiſſet. Et
hoc etiam non requiſitus facere
debebat. Nam vera & communis
31 eſt concluſio, ꝙ † licet vaſallus nõ
debeat offerre ſeruitium, ſed requi
ſitus illud facere debeat, hoc non
habet locum, quando videt Domi
no magnum periculum immine-
re. Quia tunc etiam non requiſi-
tus vltro Dominum iuuare debet,
tex. eſt in c. ad hæc. in titul. hic fi-
nit. l. & in c.licet. ſi de feud. fuer. cõ
trouer. per quæ iura ita voluit ex-
preſsè Andre.in c.j.in ver. requiſi-
tus. de no.for. fidel. Nec obſtat ꝙ
de metu pileatorum militum equi
tum, qui vulgò Cappelletti dicun-
tur, ad excuſandum adducitur,
nam ad id ſufficienter inferius re-
ſpondebo, vt nihil obſtare poſſit,
quin poſita firma remaneant.

¶ Tertiò principaliter contra di-
ctum

ctum Iacobummariam, qꝫ ſeſe ma
ieſtatis crimen ac felloniæ commi-
32 ſerit, adducitur quòd † amicitiam
cum inimicis contraxerit in Domi
ni perniciem atque iniuriam, ac
quòd illis adhæſerit & ſe participé
fecerit, vtrũque l. feudorum & l. Iu
lia prohibitum tex. eſt in cap. j. §. j.
quib. mod. feu. amitta. glo. & And.
in c. j. §. porrò. quæ ſit prim. cauſ.
ben. facit tex. in l. liberi. C. de inoffi.
teſta. l. j. §. cum patronus. ff. de offi.
præfect. vrb. c. repellantur. extra de
accu. eſt tex. in l. j. & in l. ij. ff. ad leg.
Iul. maieſta. Et ad particularia de-
ſcendendo, iſtud in facto, per ſe-
ptem media, clariſſimè demon-
ſtratur.

¶ Primò, dictus Iacobuſmaria au
diẽs dicti Gabrielis aduentũ (vt pꝛ
dixi) exiuit de caſali ac ſe in viam,
quæ ſecus caſale eſt, contulit, qua
Licium itur, ibiq; ſe obuium fecit
dicto Gabrieli Barono, aduẽtanti,
hæc obuiatio quid aliud eſt quàm
ire ad hoſtem, quod cauere debẽt
ſubditi, ſecundum Andre. in d. §.
porrò. & amicitiam inire ac præſta
re obſequium, vt apud omnes no-
tum eſt & fieri ſolitum à commu-
niter accidentibus inter amicos,
text. eſt in l. qui probabilem. C. de
epiſcop. & cleri. l. neque natales. C.
de probat. Bal. in l. conuenticulam.
iij. col. C. de epiſcop. & cler. Et hoc
nulla alia ratione fiebat: niſi quia
gubernator prouinciæ erat conſti
tutus, & ſic velut ad hoſtem, cum
in ſua depoſitione Iacobuſmaria
fateatur, illum nec aliàs vidiſſe nec
agnouiſſe vnquam.

¶ Secundò, ex proceſſu probatur
etiam per teſtes ex aduerſo produ-
ctos, quòd Iacobuſmaria dictum
Gabrielem aduentantem ſalutauit
33 † quæ ſalutatio ſecundum Ludo.
de Roma. in oratione habita in
concilio Baſilienſi, ſignificat tria.
Primò velle ſe facere in operibus
ſalutati participem, vt eſt tex. in c.
omnes. 24. q. j. qui Aue dicit, in ope
ribus communicare intelligitur.
Secundò ſignificat conſenſus præ-
ſtationem per text. in c. ſi aliquan
do. de ſenten. excommu. & in cle-
men. ſi ſummus. eo. ti. Tertiò, ami
citiæ & dilectionis eſt ſignum, per
tex. in ca. cum Adrianus. ibi gloſſ.
43. diſtinct. not. in c. cum ſuper, de
offi. deleg. faciunt ea quæ dicuntur
cõmuniter per Docto. in proœm.
Gregor.

¶ Tertiò, fuit cum eo ſecretè lo-
34 quutus, quæ † colloquutio maxi-
mam demonſtrat delicti conſcien
tiam, & præſumptionem commu
nicationis in delicto inducit, iuxta
ea quæ dicuntur in c. accedens. ſ. lo
ſecundò. ibi Abb. Butr. & Imol. vt
lit. non conteſta. facit tex. in c. cum
ex iniuncto, de hæret. Bald. in l. j.
C. de ſeruis fugiti. & in l. multum.
35 C. ſi quis alteri vel ſibi. Et † ex ſo-
la præſumptione hoc caſu procedi
poteſt etiam ad priuationem. Ita
dicit gl. in c. j. §. j. quib. mod. feud.
amitta. eſt tex. in d. cap. j. quot teſt.
ſunt neceſſa.

¶ Quartò eleuari vexilla inimico-
rum in caſali ordinauit, & in hoc
eſt

eſt vnus teſtis, licet eius dictum reperiatur falſificatũ, vt apertè ap-
36 paret † qui teſtis cum ſit approbatus à parte videtur ꝙ eius dictum plenam fidem inducat. iuxta tex. in l. Teopompus ff. de dot. prælega. not. in l. 1. § fin. ff. de verbor. obliga. in l. magis puto. §. illud ff. de reb. eor. cum ſimilib. quinim-
37 mo † in crimine læſæ maieſtatis & rebellionis, de quo agitur, ſufficiunt teſtes ſingulares, ita quòd vnus teſtis deponens de vno actu rebellionis, quò ad illum actum facit plenam fidem & iungitur cum alijs dependentibus de alio actu ad faciendum plenam probationem rebellionis, ita per multa quæ allegat, conſuluit Petr. de Anchara. in con. 177. col. 4. & 5. & conſi. 439.
38 quinimmo † licet aliàs regulariter in quacumque cauſa requiratur numerus duorum vel trium teſtium. l. vbi numerus. de teſtib. in c. in nomine Domini. extra de teſti. cum ſimilib. tamen hoc non habet locum in crimine læſæ maieſtatis, in quo eſt ſpeciale, vt vni teſti credatur. Ita ſingulariter voluit Specul. in titulo de teſtamen. in §. reſtat. in verſ. j. nu. 21.

¶ Nec obſtat ſi diceretur, id fuiſſe mandato Gabrielis Baroni, quia verba illius, vti per teſtes referuntur, non erant præceptiua, ſed conſiliatiua, & conſilium non erat tale quod ſequi debuiſſet ipſe Iacobuſmaria, cum ille actus erat de genere prohibitorũ in l. . . . §. ſi mãdato. ff. de furt. Nec cauſa conſilij erat talis, quæ potuiſſet aut debuiſſet metum incutere ipſi Iacobomariæ, per ea quæ dicuntur in l. iij. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de oper. noui nuntia. in cap. ſi iuſtus de appella. prout infra reſpondendo contrarijs latius deducam. Et dato quòd ipſe Iacobuſmaria non ordinaſſet eleuari inſignia inimicorum, tamẽ negari non poteſt, quòd tolerauerit & fuerit paſſus. Quod quidem
39 cauſat felloniam, nam † ſola patientia & tacitus cõſenſus vaſalli, qui patitur aliquid fieri contra Dominum inducit felloniã, per quam feudo priuatur. tex. eſt formalis in ca. j. in ver. conſentiendo, & ibi expreſsè Andre. de Iſernia, de forma fidelitatis, & idem in d. ca. j. & dominus quoque debebat ſaltem precibus impetrare, aut ſaluã guardiam obtinere & ſic euitare, & conſequenter facere quod poſſibile erat, iuxta tex. in d. c. j. de forma fidel. nam ſatis profuit hoſtibus propter loca conuicina, quæ per eos tenebantur, ꝙ hic locus haberet hoſtium inſignia, ad terrorem fidelium, & illorum augendos animos. Quinimmo ex quo (vt in precedenti capite dictum eſt) dictus Iacobuſmaria colloquutus fuit cũ dicto Gabriele, & incontinenti dictus Gabriel erexit vexilla, pſumẽdum eſt, quòd ipſe Iacobuſmaria hoc ſibi dixit, vt ipſe Gabriel ordinare deberet. Pro hoc adduco notabilem doctrinam Bart. & Angel. in l. ſi ventri. §. fi. ff. de priuileg. cre
40 dito. vbi volunt † probari mãdatum

tum homicidij ex eo, ꝙ aliquis cũ illo loquutus eſt, qui homicidium incontinenti patrauit. Et in ſimilibus terminis idem conſuluit Alc. in conſ. 69. 2. volu. vbi in ij. col. in prin. allegat Bar. in loc. præalleg. & alia, vt per eum.

¶ Quintò. Et in hoc quidẽ reſponſum non video, dictus Iacobuſmaria cum ſuis vaſallis aſſociare voluit dictum Gabrielem prætereuntẽ, vt ipſe confitetur & per aliquot paſſus aſſociauit, ad obtinendum deditionem ciuitatis Licij, & conſequenter præſtitit opem & fauorẽ hoſti, & ſic incidit in caput legis Iul. l. j. & ij. ff. ad l. Iul. maieſt. & licèt non probetur, ꝙ iuiſſet armatus, ſatis eſt eius præſentia, & magis ipſe inermis, ac eius nomine mouere poterat ciuitatem & populos tãquã vnus è nobilibus & principalibus, quàm ſi dictus Gabriel plures equites ſecum adduxiſſet, iuxta ea quæ dicuntur per Bald. in l. ſeruum. C. qui teſtam. facer. poſſ. † plus valet vmbra ſenis quàm gladius iuuenis.
41 Inno. in c. j. de renuncia. & † ex ſola aſſociatione fit aduerſarius timidior & audacior aſſociatus, dicit
42 Bald. in l. vnic. per illum tex. in ij. colum. in medio. C. de raptu. virgi. Bald. in l. raptores. C. de epiſcop. & cleri. & in d. l. non ideo minus. pe. colum. C. de accuſa. & certè in hoc nulla vis nec metus illatus, immo præter Gabrielis voluntatem id faciebat, vt eius animum erga hoſtes promptiſſimum demonſtraret.

¶ Sextò, ad mandatum dicti Gabrielis cum noluiſſet amplius aſſociari, ad caſale redijt dictus Iacobuſmaria. Hoc ipſe fatetur & teſtes per eundem producti ac per regiũ fiſcum, ex hoc duo reſultant. Primum, quòd per eum non ſtetit amplius aſſociare, & ſic præcedens caput confirmatur. Secundum, quòd quaſi ex confirmatione hoſtium redijt in caſale, illum in ſuperiorẽ recognoſcendo, quaſi ex ipſius per miſſu & licẽtia caſale tenuit, quod fieri non debebat, per id quod determinatur per Abb. in c. cũ olim, de re iudi. per Iacobi. de S. Geor. in tracta. feud. verſ. dictiq; vaſalli, facit tex. in d. l. ij. C. de re milita. arg. l. fin. C. de reuocan. dona. c. fi. extra de dona. Et quia illo tempore quo redijt iam erat caſale ſub hoſtium vexillis, accedere ad illud amplius non debebat: quia ex hoc eximebat ſe à poteſtate & iuriſdictione Cæſaris non accedendo ad loca fi-
43 delia. Et † qui ſe à Domini poteſtate ſubtrahit, proditor appellatur, ſecundum Angel. in l. prima. ff. de pact. eſt text. in l. proditores. ff. de re milita. & in l. fina. C. de delato. lib. 11. Luc. de Penn. in l. deuotum. C. de met. libro 12. & tanquam proditor debet feudo priuari, ſecundum gloſſ. communiter approbatam in capit. primo. §. item ſi fratrem. quibus mod. feu. amitta. Alexand. in conſil. 13. volum. ſexto. Quinimmo redeundo ad caſale, vbi erant hoſtium vexilla, abſq; dubio ratam videbatur habere deditionem, ac ſe ſubijci hoſtib.

iuxta tex.in l.ædibus.§.quod filius. ff.de dona.facit tex.in l.j.C.de plus peti.l.Iulianus.§.ſi quis colludente. ff.de actio.empt. l.qui in aliena, verſic.ſed ſi nõ adierit.ff.de acquir. hæredi. facit text. in authen.ſiue à me.C.ad Velleia.& not.in c.ſi cautio, extra de fide inſtru. & ad propoſitum etiam facit text.in §.Pauo num. verſic. his autem. inſtitu. de rer. diuiſ. Ad quorum confirma-
44 tionem bene facit. Nam † non licèt permanere vaſallo in loco rebellato, & ſi permanet incurrit crimen læſæ maieſtatis, vt eſt text.in c.Regni. Nuper apud Tranum.
45 ¶ Septimò & vltimò † dictus Iacobuſmaria tanquam primus è Baronibus Licienſibus, qui hoſtibus ſe ſubieciſſet,cæteris omnibus malum exemplũ præſtitit, quòd eius exemplo & ciuitas & pene omnes, applicato Gabri. Baro. in ciuitate Licienſe, ac audito quòd Iacobuſmaria iam defeciſſet,ſe dediderũt. Et hoc ſolum ſufficiens eſt ad feudi priuationem, prout notabiliter determinat Bal.in ca.j. q.4. quibus mod.feud.amitta. per tex.in l.Cicero.ff.de pœn.& in proprijs terminis eſt tex. in l.omne. §. qui in acie fugam prior fecit. ff.de re milita. ibi, ſpectantibus militibus propter exẽplum. Et ſentit Luc. de Penn. in l. certa forma.C.de iur.fiſci.lib.10.& Aluar.in d. c.j. & Curt.d.tracta.4. par. cauſa 15. Atque ad hoc comprobãdum debet ſatis animaduerti, quòd per teſtes ipſius Iacobimariæ deponitur, quòd eo tempore, quo ciuitas Licij erexit vexilla inimicorum,Gabriele Barono ingrediente ciuitatem,ibi ſimiliter viſus eſt dictus Iacobuſmaria. Nam ex prædictis videtur maximè præſumendum,quòd etiam ipſe deditionem fieri in ciuitate perſuaſiſſet atque tractaſſet, cum iam prius in caſali ſe illi amicum feciſſet per præallega.argum.c.ſemel malus.de regul.iur.in 6.glo.in §.pen.in authẽ. de tabellio.l.non omnes. §.à barbaris.ff.de re milita.Bal.ĩ l.ij.§.miles. ff.de infamibus.in l.iubemus. §.ſanè.C.de ſacroſanct.eccle.in ca.j.de. leg.Corra.in l.militibus. ibi Alexã.
46 C.de milit. teſtam. ex † quo iſta ſecretè pertractari ſolent & cum magna difficultate teſtes reperiuntur, qui in ſimilibus cauſis pro fiſco deponant, ſufficere debet probatio per coniecturas, vt dixi ſuperius, in l.ſi quando.C.vnde vi.Bald. in l.quicumq;. col.pen.C.de ſeru.fugiti. per Federic. de Sen. in conſil. 119.incip.nullum dubiũ. Hoſtien. in c.fi.quod met.cau. Alex.latè in d.conſ.62.col.j. volu.2. Ex quibus omnibus videtur intrepidè concludendum,dictum Iacobummariã, tum ex capite felloniæ, tum etiam læſæ maieſtatis crimine priuandũ fore.

¶ Non obſtant ea, quæ in contrarium ex aduerſo adducuntur, & meo quidem iudicio omnes eius defenſiones duo habent capita. Primum quòd totum id quod fecerit iuſto metu,& vi adductus patrauerit, deuicto per hoſtes exerci-

tu

tu Marchionis Atripaldæ, ne à pileatis militibus prædam pateretur. Secundò, quòd fuerit in generali indulto Cæſareæ maieſtatis comprehenſus.

¶ Circa prædicta conſiderari debet, quòd plures ex deductis cōtra dictum Iacobummariā ſunt actus merè voluntarij & ſpontanei, reſpectu quorum, nullus fuit illatus, nec allegari poteſt metus, videlicet: diſceſſiſſe à ciuitate, iuiſſe in caſale, expectaſſe Gabrielem Baronū, non cercioraſſe Licienſes, iuiſſe illi obuiam, ſecretè colloquutum, voluiſſe comitari, ac aſſociaſſe, rediſſe in caſale, ac illud ſub inimicorū vexillis poſſediſſe. Et ꝓpterea quò ad iſtos actus non oportere de metu diſputare. Remanent alia quæ modo dixi de non facta reſiſtētia, ac de erectione vexillorum, pro quibus excuſandis videtur ꝙ poſſit metus allegari exiguò exercitus Marchionis Atripaldæ erat fugatus & fractus. Et quòd Gabriel Baro dicebat quòd dicti milites veniebant, iuxta ea quæ dicuntur in l. ex hoc iure. ibi Pau. de Ca. ff. de iuſti. & iur. Petr. de Ancha. in c. ad Apoſtolicæ. de re iudi. in 6. in 15. not. Martin. de Laud. in c. j. §. item ſi fidelis. qui. mod. feud. amitta. metus

47 † tyranni, Domino fugiente excuſat à rebellione. Abb. in conſ. 3. volu. 2. Socyn. in conſil. 39. pen. col. & Ioan. de Imol. in conſil. 34. incip. viſis & ponderatis. Sed ad hoc breuiter & multipliciter reſpondetur.

48 Primò, quòd † hic metus & cauſa non debet excuſare ipſum Iacobūmariam, ex quo huic periculo ſe voluntariè expoſuit permanendo in dicto caſali, expectando dictū Gabrielem Baronum & illi obuiāeundo, debebat enim vel ſe incolumen ſeruare, vel reſiſtere, vt decebat, & ſaltem eo modo quo poſſibile erat. iuxta tex. in d. c. j. de forma fideli. Vnde cum ſe incolumē ſeruare noluerit, & aufugere in ciuitatem, vt dixi, ac ita ab hoc periculo ſe eximere, non debet per me tū excuſari, ſed præſumi ꝙ omnia voluntariè fecerit. Et vltra ſuperius allegata in primo capite, pro hoc allego tex. in d. l. omne. §. per

49 vinum. ff. de re milita. vbi † ſi caſus ſuperueniet culpa præcedente, nō præſtatur excuſatio, quę aliàs præſtaretur. Et bene dicit text. in d. §. quod diximus, ibi. nulla neceſſitate vrgente. Hic nullà vrgebat neceſſitas ad faciendum ea quæ fecit, ideo nullatenus excuſari debet ab eo quod non fecit. faciunt nota. in l. quod te. ff. ſi cert. peta. in l. quod Nerua. ff. depoſiti. cum ſimilib. Se-

50 cundò reſpondetur, quòd † talis metus non erat metus periculi vitæ aut honoris ipſius Iacobimariæ, vel maioris partis bonorum, qui aliàs excuſaret. l. metus. ff. ex quib. cau. maio. l. j. ibi gloſ. ff. vnde vi. l. iij. §. quicquam. ff. de vi & vi arma. Bald. in rubr. quod met. cau. cū ſimilib. Sed tantummodo erat, ne caſale prædā pateretur, vt ipſemet Iacobuſmaria in ſua depoſitione fatetur, & omnes teſtes deponunt:

Sed

Sed hæc non erat grauis iactura ipſius Iacobimariæ, nec in hoc vitæ aut honoris periculum vertebatur, ergo talis cauſa & metus nō excuſat. Et pro hoc facit: quia † ſicut
51 non priuatur feudo vaſallus propter leuem Domini iacturam, ſecundum gl. in d. §. præterea. argu. l. fi. C. de reuocan. dona: l. ſcio. ff. de in integr. reſtitu. ita nec debet vaſallus Domini honorem atque ſeruitium omittere propter leuem
52 iacturam, cum † Dominus & vaſallus iudicentur ad paria. Et certè ſatis videtur iniquum, vt vaſallus timens, ne ſui ſubditi prædam patiantur, debeat ipſe inimicis domini adhærere. Poterát, vt dixi, aufugere, & vaſalli ſibiipſis prouidiſſent, iuxta ea quę dicuntur per Bal. in ca. j. 4. col. de allod. Tertiò reſpōdetur, quòd quamuis fuiſſet verum de Capellettis, prout non fuit, & ſic vanus fuit metus, nihilominus in illo inſtanti potuiſſet capi dictus Gabriel Baro, & in aliquam ciuitatem fidelem adduci, nec metus alicuis in hoc erat. Nam ſiue conſideremus ex perſona Gabrielis, & nullam poterat facere reſiſtentiam dicto Iacobomariæ, qui erat quaſi cum triginta, vt teſtes deponunt, ſiue conſideremus ex perſona illorum pileatorū, & nequaquā: quia non aderant. Et conſiderata vicinitate locorum fidelium, antea dictum Gabrielem captiuum duxiſſent quàm dicti milites aduentaſſent. Et conſequenter dicendū eſt, quòd non propter metum id obuenerit, ſed potius ex affectu. Stantibus dictis actibus voluntarijs, iuxta ea quæ dicūtur in l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turpem cau. not. in c. cum contingat. de iur. iuran. faciunt dicta per Inno. in c. cū locum. de ſponſ. & in ca. accedens.
53 de conuerſ. coniug. ceſſat † excuſatio metus per actus volūtarios ſubſequutos, & quando actus ipſe poſſit euitari metu non obſtante. per Bar. in d. l. ſi ob turpem. deciſ. conſilij numero. 246. Socyn. in conſil. 59. colum. antepenul. volu. 3. l. ſi per impreſſionem. C. quod metus cau. c. perlatum. extra eo. tit. latè Deci. in l. pacta nouiſſima. col. fina. C. de pact. vnde concludendum eſt meritò, quòd hæc metus allegatio
54 vana eſt & iniuſta. Et † iniuſtus metus & vanus quò ad feudi priuationē non excuſat. Ita apertè ſentit Abb. in d. conſ. 3. & Docto. in d. l. ex hoc iure. & locis prææallegatis, cum nec locum habeat illa regula,
55 quòd † quælibet cauſa excuſet, per ea quæ dicta ſunt ſuperius, ſecundum Bartol. & alios in l. iuſtè poſſidet. ff. de acqui. poſſeſſio. quia nō tractatur de pœna corporali, prout etiam tenet gloſſ. in cap. grauis. de ſenten. excommuni. & in cap. prohibemus. §. inquiſitionis. de hæret. in 6.

¶ Circa ſecundum breuiter replicatur, q̄ licèt dubitari poſſet, an indultus Regiæ Maieſtatis ſe extendi debeat, ſeu complecti bona conceſſa, iuxta ea quæ relata dicūtur in l. Gallus. in §. & quid ſi tantū. ff. de

liber. & poſthum. cum ſimilibus ibidem allegatis. Nihilominus ea omnia ceſſare videntur, cum clarè conſtet de voluntate ſuæ Cæſareæ
56 Maieſtatis, & † ſic in claris non eſt locus coniecturis. l. continuus. ff. de verb. obliga. fuit enim præſentata conſultatio ſuæ Maieſtati, per quã
57 id clarè decernitur, † & habet vim legis. inſtit. de iur. natu. §. ſed quod principi. l. quiſquis. C. de legib. l. fi. ff. de conſtitu. Princip. cum ſimil. Et propterea cõtra ſuæ Maieſtatis intentionem operari indultus non poteſt l. non omnis. ff. ſi cert. peta. c. intelligentia. extra de verb. ſigni. not. in ca. primo. de inſcript. & in l. j. per Imol. ff. ad leg. Falci.

¶ Nec obſtat capitulum nouiter expeditum, quòd fiat quid iuris. Nam adhoc dupliciter reſpondetur. Primò, ꝙ illud capitulum fuit ſubreptitiè obtentũ non facta mẽtione huius cõſultationis & declarationis iam factæ, & expreſſum fuit, ꝙ nulla erat facta deciſio ſeu declaratio, cum ex dicta conſultatione contrarium appareat, de qua ſi mentionem feciſſet dictum capitulum, non fuiſſet taliter expeditũ. c. poſtulaſti. de reſcrip. c. ſuper literis. eod. tit. Secundò reſpondetur, ꝙ iſtud eſt iuris, videlicet vt lex ac ſuę Maieſtatis voluntas ſeruetur, ne ad conceſſa, vel in quibus quomodolibet alteri ius eſt quæſitum, indultus extendatur. Et ſic ſatiſfactũ eſt dictæ decretationi factæ in ca. prædicto, & conſequenter remanet conſultatio prædicta & intentio Regij fiſci ſalua.

¶ Sunt & alia contra dictum Iacobummariam & Franciſcum Antonium filiũ, videlicet fuiſſe captiuũ tanquam rebellem, Iacobummariam prædictum ſoluiſſe taleam, aufugiſſe à capiente, ac dictum Frãciſcum Antonium filium quęſiuiſſe panem per caſale & illum ad hoſtes miſiſſe, ac ſimiliter vinum. l. prima. ff. ad legem Iul. maieſta. & albam crucem pro inimicorum inſigni detuliſſe. Quæ omnia ex proceſſu patent, & allegationibus non indigent, per quę meritò priuandos eſſe eorum feudis iudicari debet.

¶ Et ita ſentio iuris eſſe. Ego Ioan. Thomas Minadous. V. I. D. ſalua correctione melius ſentientis.

SVMMARIVM.

1 Filij renunciantis excluſæ ac præmortuæ poſſunt admitti ad ſucceſſionem auunculi vel materteræ.

2 Feudum ex facto & prouidentia iure proprio non hæreditario competit.

3 Ius ſuccedendi habetur à primo acquirente.

4 Liberis incolumia manere debẽt, quæ ſunt à genere.

5 Inuentarium non prodeſt in his, quæ habentur à patre.

6 Renunciatio habet tacitam clauſulam ex mente renunciantis, ſi ſibi deferatur ſucceſſio. num. 8.

7 Præfatione omnia regulantur.

9 Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius.

Filius

10 Filius ſubingreditur in locum matris.
11 Succedendi gradum in alium poſſe trãſferri.
12 Renunciatio quando non eſt gratuita, filij nec etiam ex propria perſona poſſunt ſuccedere in renunciatis.
13 Statutum excludens fœminas ſtãtibus maſculis extenditur ad bona extra territorium.14.
15 Jus Longobardum in Regno cẽſetur ius commune.
16 Conſuetudo non excuſat quin obſeruari debeat.
17 Subingreſſio non habet locum de iure Longobardo.
18 Dotata à patre communi excluditur à ſucceſſione fratrum.
19 Inteſtati in ſucceſſione attẽditur illud ius, quod uiget in loco, vbi res hæreditaria ſita eſt.
20 Renunciatio non extenditur ad iura de futuro fallit, vt nu. 21.

CONSILIVM XII.

¶ *Quoniam omnis difficultas huius cauſæ in eo conſiſtit. An filij Magnificæ Caterinæ Ferrellæ, qui ſunt Antonius & fratres de Jeſualdo debeant admitti ad ſucceſſionem Magnificæ quondam eorum matertera Lucretiæ defunctæ poſt mortem dictæ eorum matris unà cum ex^te^. quon. Comite Muri eorum auunculo: qui tempore mortis dictæ Lucretiæ ſuperuiuebat. Et dubium ſit ex eo quòd renũciauerit dicta mater iſtorum fratrum de Jeſualdo, in ampliſſima forma, habita dote ſibi competente.*

¶ *Et reaſſumendo breuibus, apertiſſimè demonſtratur. Primùm iure communi, ſubſequenter iure conſuetudinario, poſtremò iure Longobardo, dictos de Jeſualdo in ſucceſſione prædicta non eſſe admittendos, etiam quò ad gabellam Molæ, de qua fuit iudicatum.*

QVò igitur ad ius commune, licèt Docto. in l. qui ſuperſtitis.ff.de acqui. hęredi.in l.pactũ quod dotali. C.de colla.& in l.pactum.C.de pact. in l.liberorum.per Bar.ff.de ver.ſign. in c.quamuis.extra de pact. videantur quaſi communiter tenere, q; † filij renunciantis excluſæ ac pręmortuæ poſſint admitti ad ſucceſſionẽ auunculi, ſeu materteræ ex eorum propria perſona: quia licèt tertio gradu ſint, ſuccedunt tamen in gradum & locũ patris ſeu matris per text. in §. reliquum.in authen. de hæredi. ab inteſta. veni. in §.ita demum.inſtitu.eod.titul. in l.Gallus.§.nunc de lege. ff. de lib. & poſthum. & ſic ex própria perſona non iure tranſmiſſo cum auunculo poſſunt concurrere, vt eſt tex. in l.vt inteſtati.C.de legit. hęred.Hoc tamen caſu, de quo agimus, alia debet eſſe determinatio, & ſecundum prædictas determinationes decidi nõ põt. Primò, qm̃ iſti de Ieſualdo ſunt & fuerunt hæredes matris ſine beneficio legis & inuentarij. Cumq; eorum mater renunciauerit, & ſe pacto excluſerit, ſicuti ipſa ſuccedere non potuiſſet, ita nec iſti filij hæredes ipſius. Ita in proprijs terminis determinat Bald. in l.qui ſe patris. in antepen. colum.

C.vnde libe.Philipp. de Peruſio in d.c.quamuis.col.pen. in fi.& Neapod.in conſuetu. ſi moriatur. in ver.ipſi ſucceſſores, in fi.

¶ Nec obſtat, ꝙ ex propria perſona ſuccedere intendunt (vt prædictum fuit) quia cum non confecerint inuentarium etiam ea quæ iure proprio competerent, non poſſunt acquirere, obſtante facto & renunciatione defunctæ, l. cum à matre.C.de rei vindica. Et propterea optimè Neapoda. in loco prægalle. adducebat text.in cap.j.an agna.ꝙ

2 † quamuis feudũ ex pacto & prouidentia iure proprio, non hæreditario competat, tñ filius hæres nõ confecto inuẽtario ab illo excluditur per pris alienationẽ, vt p And. ibi in c.j.q ſucceſſ. tene. & in c.j.de aliena. feud. pater. cum ſimil. Et propterea licèt poſſent iſti Mag[ci] de Geſualdo ex propria perſona concurrere cum auunculo ad ſucceſſionem materteræ, non obſtante renunciatione matris. Quia tamen ſunt hæredes ſine inuentario, vt probatum eſt in proceſſu, propterea omnino ſunt excludendi. Et licèt Robertus Maranta in ſua decima diſputatione nuper ædita conetur ad hoc reſpondere, quòd alia ratio eſt in feudo quàm in hac ſucceſſione, de qua agitur, ex quo ſecundum id feudum habetur immediate à patre, cui ſucceditur, & erat res quæſita patri, & ab eo tranſit in filium, & propterea in eo nõ poteſt contrauenire facto per defunctum. vt not.in d.cap.an agnatus, mihi tamen videtur hæc ſolutio ſatis abſurda & inconueniens. Primò, quoniam ratio conſiderata per Napoda.in loc. prægallega. & p Andre.& alios in d.c.j.eſt ea: quia non confecto inuentario, hæres nõ poteſt contrauenire facto per defunctum, etiam in his quæ nullo modo habentur à patre, & ſunt penitus à iure hæreditario ſeparatæ, vt in l.fi.C.de iu. delibe. l. Vranius. ff.de fideiuſſo.cum ſimilibus, & ſic non habetur ratio prætenſæ cõnexitatis, & quòd immediate in feudo filius patri ſuccedat, ſed propter illam rationẽ generaliter militantem. Secundò non eſt verum, quòd filius habeat feudum ex pacto & prouidentia à patre: quia prout declarat Andre. & alij in d.

3 ca. primo. † ius ſuccedendi habetur à primo acquirente, vt in cap. primo.de eo qui ſibi & hæred. Et

4 propterea dicitur, quòd † ea quæ ſunt à genere debent manere liberis incolumia. l.iij. ff. de interdict. & releg. Et propterea non cogitur eo caſu filius eſſe hæres patris: quia non à patre habetur ius ſuccedendi in dicto feudo. Tertiò, ſi vera eſſet ratio Roberti, ſequeretur, quòd etiam confecto inuentario

5 filio præiudicaretur, quia † in his quæ habetur à patre inuentarium non prodeſt, dicta l. finali. & in d. cap. primo. Et ratio connexitatis per ipſum conſiderata etiam confecto inuentario locum obtinet. capitul. translato. de conſtitu. capit. inter corporalia, de translat.

tranſlat.prælato.ſed hoc eſt falſum ex doctri. Andre. & omnium in d. cap.j.& per Napoda. in loc.præallega.idcirco dicendum eſt intrepidè firmam manere opinionẽ Neapod. & aliorum tenentium hanc opinionem, quòd filius hæres excludatur.

6 ¶ Nec obſtat ſi diceretur, ꝙ † illa renunciatio matris habet tacitam clauſulam ex mente renunciantis, ſi ſibi deferatur ſucceſſio, & ſic ſtrictè interpretetur, vt ſibi tantũ præiudicare voluerit, non hæredibus, prout aliqui voluerunt in d. l. qui ſuperſtitis.& in d. l.pactum, quod dotali. Nam ad hoc reſpondetur, ꝙ ex tenore inſtrumenti apparet euidẽter, ꝙ interuenit dicta Mag^ca renuncians pro ſe & hęredibus & ſucceſſoribus ſuis, vnde dum facit pactum de non habendo amplius recurſum, & renunciat quibuſcunque ſucceſſionibus deuoluendis, debet intelligi, non pro ſe tantũ, ſed etiam pro ſuis hæredibus & ſucceſſoribus: quia in principio & præfatione ipſius renunciationis declarat ſe ad omnia & ſingula ibidem aſcripta interuenire pro ſe & hære-

7 dibus, vt dictum eſt † & ſic omnia ibidem contenta debent declarari, iuxta tex.in l.fi.ff.de hær.inſti. l.Titia.§.idem rñdeo.ff.de verbo.obli. l.j.C.de impo.lucra. deſcript.li. 10. aliàs fruſtratoria fuiſſet mentio hęredum per nota.in l.tale pactũ. ff. de pact. l.ſtipulatio iſta habere licere.ff.de ver.obli.l.quia tale.ff.ſolut. matr. in l.in omnib.ff. de reg. iur.

Et per hoc tollitur ſolutio Roberti

8 in prçallega.diſputa. ꝙ † ēt promiſſio pro hæredibus recipit illã cõditionẽ, ſi ſibi ſucceſſio deferatur: vt non præiudicetur hæredibus, niſi in his, quæ habent vt hæredes: quoniam (vt prædixi) etiam ꝙ non fuiſſet facta promiſſio pro ſe & hæredibus, fuiſſent hæredes excluſi, vt habere ab eo quod defunctus habere nõ potuiſſet, cum † hæreditas

9 ſit ſucceſsio ĩ vniuerſum ius quod defunctus habet.l.j. ff.de hęr.inſti. l.hæredibus.ff.de ver.ſigni.cũ ſimilib. & ſic promiſsio ꝓ hæredibus eſſet vana, & nihil operaretur, contra tex.& ibi no.in l.fi. j.reſponſo. ff.ſi cert.peta.cum ſimilib.

¶ Secundò, ꝙ iure cõi ſolus dictus excellẽs Comes ſuccedere debuerit excluſis dictis nepotibus dẽmõſtratur aperta ratione.Nam ratio qua mouentur Docto. in præallega.iuribus ꝙ nepotes ex ꝓpria perſona concurrant cum auunculis eſt ea :

10 quia † filius ſubingreditur in locũ & gradum matris, quem reperit vacantem, ſed vbicunq; locus reperitur occupatus, tunc nõ poteſt fieri ſubingreſsio. vt eſt tex. in d. §. ita demum.inſtit. de hæredita. quę ab inteſta.no.in d.§.nunc de lege,& in §.ſui, inſtitu.de hæred.qualit. & diffe. In caſu autẽ nr̃o dicta Mag^ca renuncians ceſsit locum & gradũ ſuum dicto Comiti ſeu eius patri, cuius ipſe Comes eſt hęres propter quod duo reſultant.Primum, ꝙ locus nõ reperitur vacãs ſed occupatus per ceſsionẽ, & ſic impeditur

 & tol-

& tollitur ſubingreſſio. Secūdùm, ꝙ ſicuti ipſa mater dictorum de Ieſualdo ſi viueret obſtaret ipſis filijs, & ſic ſine dubio eſſent excluſi, prout concludunt omnes in d. l. pactum quod dotali. & in d. cap. quamuis. ita eodem modo dictus Comes obſtat & excludit dictos de Geſualdo nepotes, vt ſolus admittatur ad ſucceſſionem ſororis, argu. l. æquiſſimum. ff. ad Tertullia. in l. vſucapio. C. de pigno. in authen. licèt, de natur. liber. cum ſimilibus.

11 Nec inconuenit, quòd † locus & gradus in ſuccedendo in alium cédatur & transferatur, vt patet ex his quæ dicuntur in l. prima. & fin. C. de pact. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. in d. l. qui ſuperſtitis, & in c. licèt. de vot. & per Marti. de Laude in tracta. primogenituræ. col. 2.

¶ Tertiò principaliter de iure communi hocidem demonſtratur, per illud quod tenuit Raphael & Pau. de Caſtr. quos latè ſequitur & defendit Deci. in d. l. pactum, quod

12 dotali, quòd † vbicunque renunciatio non eſt gratuita ſed eſt facta dote recepta, tunc filij nec etiam ex propria perſona poſſunt ſuccedere in renunciatis, & tali caſu nō fit illa interpretatio ſubintelligendi clauſulam, ſi ſibi ſucceſſio deferatur: quia tunc cenſetur perpetuò & pro omnibus renunciaſſe, & ita in facto conſuluit idem Deci. in conſil. 181. col. pen. vol. j. ſed ſic eſt in caſu noſtro, quòd cum mater iſtorum de Geſualdo propter doté receptam renunciauerit, vt ex tenore ipſius renūciationis appatet, idcirco dicendum eſt ipſos ex dicta renūciatione cenſeri excluſos, & pro hac parte dicit fuiſſe bis iudicatum. Bartholo. Caſſane. in conſil. . . licèt ipſe aliter dixerit in conſil. . . & hęc quò ad ius commune ſufficiant.

¶ Quò ad ius conſuetudinarium, non eſt dubium aliquod reſpectu bonorum, quæ ſunt ſita in diſtrictu ciuitatis, ſed tantummodo dubitatur quò ad dictam gabellám Molæ, de qua tantummodo eſt iudicatum contra dictum Comitem. Et in hoc ſimiliter dico conſuetudinem habere effectum, vt deſcendentes ex fœmina ſtantibus maſculis excludantur.

¶ Nam vt determinat notabiliter Calde. in conſil. 34. in tit. de teſta.

13 ſtante † ſtatuto excludente fœminas, ſtantibus maſculis, fœminæ excluduntur etiam à ſucceſſione bonorum ſitorum extra diſtrictum:

14 quia † cum excludantur à potētia conſequendi vniuerſale, priuantur etiam potentia conſequendi particularia. argu. l. ſiquis cum totum. ff. de except. rei iudi. Bald. in l. cunctos populos. col. 30. de ſumma trinita. & fide catho. maximè cum ſtatutum loquitur inhabilitādo perſonas, iuxta no. per Bar. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendi. in l. is cui boni. ff. de verbo. obliga. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. Abb. & alij in cap. cum contingat. extra de iureiur. ſi igitur

tur fœminæ & deſcendentes ex eis excluduntur ſtantibus maſculis. Hæc excluſio ſub vniuerſali concludit etiam particularia, quamuis non ſita in territorio ſeu diſtrictu huius ciuitatis, & per conſequens operabitur effectum etiam quò ad dictam gabellã Molæ, de qua agitur. Præterea alia ratione conſuetudo dictam gabellam includit. Nã introitus ipſius gabellæ fuerunt vẽditi dictæ defunctæ, de cuius ſucceſſione tractatur, cum pacto de retrouẽdendo in hac ciuitate Neap. & in hac ciuitate debet fieri ſolutio & aſſignatio ipſorũ introituũ, & hic etiam debet fieri reſtitutio pretij, caſu quo fieret redemptio dictæ gabellæ, ex quibus dicti introitus debent cenſeri & iudicari, prout res ſita in ciuitate, ita in ſimili determinat Petr. & Angel. in l. ex facto. ff. de hæred. inſti. & Salyce. in l. multum intereſt. C. ſiquis alteri, vel ſibi, & conſuluit Alexan. in conſil. 16. j. volu. Socy. in conſil. 36. & 176. ex quibus ſimiliter concluditur, dictos nepotes non eſſe admittendos cum auunculo ẽt in gabella prædicta.

¶ Supereſt modo, vt etiam iure Lõgobardo hoc firmetur. Nam in proceſſu clarè probatum eſt, quòd hoc iure viuitur in dicta terra Molæ, vbi eſt gabella prædicta de qua
15 agitur, vltra quòd † ius Longobardum in Regno ius commune cenſetur, vt in conſtitu. Regni incip. puritatem. vbi Andr. dicit, quòd
16 † conſuetudo nõ excuſat quin obſeruari debeat, & in cõſtitu. Regni, vt vniuerſis. & in l. Imperialem. §. præterea ducatus. & in prælud. feu.
17 3. q. principali. Sed † de iure Longobardo in linea collaterali non habet locũ ſubingreſſio, ut filius ſuccedendo in locum matris obtineat ſucceſſionem materteræ, vt in l. ſi ſororis, & in l. ſi quis habuerit. de ſucceſſio. in Longobarda, & attenditur agnatio & non cognatio, vt declarat Carol. in prællegã.
18 iuribus. Et propterea † dotata à patre communi, excluditur à ſucceſſione fratrum, & etiam deſcendentes ab ea, vt l. ſi pater filium. eod. tit. de ſucceſſio. ſentit gloſ. in conſtitu. Regni, vt de ſucceſſionibus, in verbo cõiugata. Ergo ſequitur, quòd attento iure Longobardo ſolus Comes tanquam Aquarus ſorori ſuccedat excluſis nepotibus, qui ſunt cognati, maximè cum à communi patre mater illorum fuerit dotata, iuxta ea quæ dicuntur in Filingeria.

¶ Non obſtat quòd tam defuncta quàm iſti qui ſuccedere prætendũt vixerint & viuant iure communi, prout ex ipſorum parte in proceſſu deducitur, tanto fortius quòd Neap. mortua fuerit ea de cuius hæreditate agitur. Nam ad hoc breui-
19 ter reſpondetur, quòd † in ſucceſſione inteſtati attenditur illud ius, quod viget in loco vbi res hæreditaria ſita eſt, non attento iure quo perſona hæredis, vel defuncti ligaretur. Ita determinat Petr. de Anchara. in c. Canonum ſtatuta 12. q.

de con-

de conſtitu. Iaſ. in d. l. cunctos populos. col. 11. Et conſuluit Petr. Philipp. Cor. in conſil. 147. Et hanc opinionẽ per multa latè comprobat, dicens eſſe veram & communẽ Alber. Brun. in tracta. de ſtatu. exclud. fęmi. artic. 6. prima quæſtio. col. iij. & vij.

¶ Si igitur dicta gabella Molæ iudicatur, vt de re ibi ſita, atque in dicta terra Molæ ſeruatur & ſeruari debet ius Longobardum, ſequitur neceſſariò dicendum, dictos de Geſualdo, quantumcunque iure communi viuentes vel ciues Neapolitanos eſſe à prætenſa ſucceſsione excludendos.

¶ Nec obſtat ſi fortaſſe diceretur;
20 q † hæc renunciatio non ſe extendit ad iura ſeu ſucceſsiones de futuro, cum nec renunciari poſsit iuri de futuro, vt per Bar. in l. poſt emãcipationem. in princ. de liber. lega.
21 cum ſimil. Nam † quotieſcunque renunciatio eſt facta in forma pacti, per verba expreſsè in futurum concepta, tunc ad ius de futuro renunciatio extenditur, & iura de futuro complectitur, ita Bart. in l. j. col. 2. C. de pact. glo. in l. fi. ibi Bar. C. de hæred. vel actio. ven. Iaſo. in d. l. j. colum. 7. C. de pact. ibi Areti. & Ant. de Ale. Etiã ſi nec re nec ſpe ius illud præſens fuiſſet tempore renunciationis, maximè cum pactũ ſit reale, vt in ca. j. §. tres erant, de eo qui fin. fecit agna. Et Neapoda. in conſue. prima. in verbo ipſi ſucceſſores, per Socy. in conſil. 183. colum. 4. Et ſine dubio non poteſt intelligi dicta renunciatio, niſi de iure futuro, non habente de præſenti ſpem, nec cauſam aliquam, dum renũciatur ſucceſsionibus ab inteſtato deuoluendis, cum ſucceſſio ab inteſtato nõ habeat cauſam de præſenti. Et ita videtur firmaſſe Socy. in conſ. 288. Ludo. de Roma in conſi. 22. in ſecundo dubio, & conſuluit Angel. in conſil. 52. incip. Dominus Syluius. in fi. Et per conſequens, Excell. Iſabellam Ferrellam, hæredem dicti quodã Comitis poſsidentem gabellam prædictam debere abſolui ab impetitione dictorum de Geſualdo, & ita iuris eſſe ſentio ſalua correctione melius ſentientis.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 Rebellio facta à ciuitate rata habetur à vaſallo in ea permanente: quia ſubtraxit ſe à ſeruitio Cæſaris. num. 2. & fecit difficiliorem eius recuperationẽ. num. 3. & fecit ſe hoſtium ſubditũ. num. 5.

4 Feudo priuari debet, qui nõ facit, quod conuenit.

6 Vaſallus tenetur perquirere dominũ.

7 Cap. generaliter loquens generaliter debet intelligi.

8 Cauſa defenſionis patriæ excuſat vaſallum ab omiſſo ſeruitio præſtando.

9 Nemo liberalis exiſtit in neceſſitatibus.

10 Sciens qui potuit & non curauit, conſultò prætermiſiſſe videtur.

11 Podagræ morbo quis non excuſatur.

Infirmitas

12 *Infirmitas debet eſſe grauis, vt quem excuſet.*
13 *Probatio non concludens non releuat.*
14 *Illatio non fit ex diuerſis.*
15 *Crimen læſæ Maieſtatis & feloniæ eſt eſſe in conſilio aduerſus Cæſarem.*
16 *Geminatio actus tollit metus coniecturas.*
17 *Animus declaratur ex præcedentibus & ſequentibus.*
18 *Præſumptio ſola ſufficit in crimine læſæ Maieſtatis.*
19 *Subiecta talia præſumuntur qualia prædicata.*
20 *Patientia ſola cauſat delictum.*
21 *Crimen læſæ Maieſtatis eſt mittere nũcium ad hoſtes. & iuuare. nu.24.*
22 *Crimen receptationis.*
23 *Filijs delinquentibus qui non reſiſtit, videtur conſenſiſſe.*
25 *Parẽtibus parere eſt de iure naturali.*
26 *Cauſa conſanguinitatis & amicitiæ in dubio præſumitur quid factum.*

CONSILIVM XIII.

Aduerſus Magnificum Pyrrhum de Falconibus agentem ad reſtitutionẽ Caſalis Turchiaroli & aliorum feudorum contra Magnificum Galeottum Fonſecam & Regium fiſcum, oppoſita fuit rebellionis exceptio, quæ an ſit taliter verificata, quòd dictus Magnificus Galeottus abſolui debeat, demonſtratur ex infraſcriptis.

IN primis. Dictus Pyrrhus toto inuaſionis tempore ſtetit in ciuitate Neritoni, quæ ſub hoſtium dominio tenebatur, iſtud eſſe crimen rebellionis, ſatis videtur fundari per capitulum Regni, nuper apud Tranũ & probatur pluribus rationibus &
1 cauſis. Primò † quia permanendo in dicta ciuitate, ratam habuiſſe videtur rebellionem factam per dictam ciuitatem, argu. eorum quæ dicuntur in cap. j. de cohabi. cler. & mulier. in c. accedens. il ſecũdo. ibi Abb. & Imol. vt lit. non conteſta. in c. cum ex iniuncto. de hære. Bald. in l. j. C. de ſer. fugi. in l. multum. C. ſiquis alteri vel ſibi. Secũdò
2 † quia ibidem permanendo ſubtraxit ſe à ſeruitio Cæſ. quod facere potuiſſet ſi in locis fidelibus perſtitiſſet opera vel conſilio, contra id quod tenetur. ca. j. de form. fidel. c. adhæc. Hic finit lex in c. licèt. ſi de feud. fuer. cõtrouer. c. j. §. præterea. & §. item ſi dominũ, quę ſit prim.
3 cau. benefi. amitten. Tertiò † quia in dicta ciuitate Neritoni perſiſtẽs, difficiliorem fecit eius ciuitatis recuperationem, quæ vel nunquam rebellaſſet, vel facilius ſe dediſſet ad fidelitatem, ſi ipſe Pyrrhus vir primarius in fide perſtitiſſet extra ciuitatem prædictam, & hoc eſt contra fidelitatis iuramentum. c. j. de nou. form. fidel. ibi facile, vt quæ fuiſſent facilia, non feciſſet diffici-
4 liora. Et † qui non facit quod conuenit debet priuari feudo. l. penul. §. j. C. de digni. de cap. extra. §. vt inter. l. 4. ff. de his quæ in fraud. Iacob. de Ardizo. in ſumma. c. vaſal-
5 lus amittit feudum. Quartò † permanendo in ciuitate prædicta, fecit

cit ſe de facto ſubditum hoſtibus voluntariè in dicta ciuitate remanens, contra id quod tenebatur, text. eſt in l. ij. ff. de re milita. ibi, dare ſe militem cui non licèt, & non fugiendo à ciuitate prædicta hoſtibus aduenientibus, illos in ſuperiorem voluntariè videtur recognouiſſe. arg. c. 3. 86. diſtin. quem allegant Docto. in d. §. prætereà, & hoc ad priuationem ſufficit, cũ alterum in Dominum non recognoſcere promiſerit. ca. j. de form. fideli. faciũt quæ dicũtur per Abb. in conſil. 3. vol. 2. Cuma. in conſil. 161. col. 4. Per quæ omnia apertè fundatur, quòd diſcedere debuit & non permanere in dicta ciuitate Neritoni. Pro quibus etiã facit, quod dicit Iacob. de Ardizo. in cap. primo. quæ ſit prim. cau. &
6 aliàs. 3. col. ꝙ † tenetur vaſallus perquirere Dominum & ad illum accedere, & ſic pro ſeruitio Domini tenetur vaſallus recedere à ꝓprijs iuribus, & accedere ad Dominum ad adiuuandum per iura vulgaria.

¶ Non obſtat quædam conſideratio, quæ ex aduerſo fiebat, ꝙ iſte Pyrrhus non tenebatur propriam patriam relinquere. Quia talis conſideratio in terminis, de quibus agitur, nullo iure videtur ſubſtineri, aut ſubſiſtere. Primò quia † di-
7 ctum capitulũ generaliter loquẽs, generaliter debet intelligi, etiam in ſtatutis odioſis. c. ſi Romanorũ. 19. diſtin. c. ſolitæ. de maior. & obe. not. in l. prima. C. de ſumma trini. & fide catho. & in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri. Roma. in conſil. 126. & 448. Secundò quia rationes prædictæ habent locum etiã in eo, qui in propria patria perſiſteret, quòd ad prædicta teneretur, ſicuti ſi in aliena patria perſiſteret, ergo idem ius l. illud. ad leg. Aquil. Et iſta eſt extenſio paſſiua ſeu potius comprehenſio, vt per Bald. in l. de quibus. ff. de legib. in authen. poſt fratres. C. de legi. hæred. Iaſ. in l. prima. §. item acquirimus. ff. de acqui. poſſ. Deci. in cap. 2. requiris. de appella. Paul. de Caſt. in conſil. 334. incipien. præſens caſus. Tertiò reſpõdetur, quòd illud procederet quando tractaremus de adiuuando Dominum contra patriam, vel de derelinquendo patriam in periculũ pro Domino: quia tunc fateor, ꝙ patria deberet præferri, vt in cap. Imperialẽ. §. fi. de prohibi. feu. alie. l. honor. §. plebei. ff. de munc. & hono. in authen. vt cum de appella. cogno. §. cauſas. verſic. ſi eorum. l. fina. C. de lati. liberta. tollen. &
8 † talis cauſa excuſat ab omiſſo ſeruitio præſtando Domino ſecundũ Iacob. de Ardiz. in tit. quib. ex cau. excuſat. in fi. & eſt communis concluſio. Sed in caſu iſto non tractabatur de adiuuando Dominum contra patriam, vel quòd diſcedẽs à Neritono dereliquiſſet illam periclitantem, taliter quòd reſpectu patriæ aliqua iuſta ratio aſſignari poſſet, quare non diſcedere debuiſſet, & propterea illa conſideratio videtur inutilis.

¶ Non obſtant allegata impedimenta.

menta. Primò paupertatis. Secundò infirmitatis. Tertiò periculi, qđ imminebat in exeũdo. Quoad primum reſpondetur, ꝙ in facto verificata ſunt plura, ex quibus talis allegatio penitus ceſſat. Primò ꝙ hic erat diues habens caſale & oliueta, ac aliud feudum, & bona Burgenſatica, itaque veriſimiliter potuiſſet ſibi de quantitate aliqua prouidere, ꝙ ingredi potuiſſet loca tuta. Secundò, ꝙ dum exiſteret intus dictam ciuitatem alijs pecuniam mutuabat, & in non modica quantitate, & conſequenter ipſe cõmodè habebat vnde viuere potuiſ
9 ſet, quia † in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. l. cum de indebito. de proba. & omnis perfecta charitas incipit à ſeipſo. glo. in l. præſes: ff. de ſeruit. l. vel hæreditas. ibi Bal. ff. de procurato. l. Thais. §. j. ff. de fideicommiſſa. liberta. l. & magis. ff. de ſolut. Tertiò dicitur, ꝙ intus ciuitatem Neritoni nil plus habebat vnde viuere potuiſſet quàm in ciuitate Gallipolis, vel Hydrunti. Quinimmo caſale ipſius erat magis prope Gallipolim, adeo quòd ex inde facilius viuere potuiſſet, authen. multomagis. C. de ſacroſanct. eccle. & ſicuti intus ciuitatẽ Neritoni poſt habitam à Ceſare victoriam per multos menſes vixit, nil ex bonis quæ extra ciuitatem habebat poſſidens, ita viuere potuiſſet in dicta ciuitate Gallipolis, vel in alijs locis fidelibus, ſi acceſ-
10 ſiſſet. Si † igitur ſciens potuit & non curauit, conſultè ergo prætermiſiſſe videtur. l. comodiſſimè. ff. de lib. & poſthum. l. tractabatur. ff. de milit. teſta. l. vnic. §. ſin autem. C. de cadu. toll. cum ſimil. Accedat prædictis, quòd filij ipſius Pyrrhi ſunt viri apti ad arma, quibus alimenta non defuiſſent, ſi in locis fidelibus pro tuendis ipſis locis cum alijs militibus extitiſſent, & ſic one re præſtandorum alimentorum grauatus non fuiſſet, argum. ca. cũ ſecundum Apoſtolum. de pręben. in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. l. fi. de libe. agnoſcen.

¶ Circa ſecundum de infirmitate reſpondetur, quòd ex probationibus factis pro parte Regij fiſci & dicti Mag^ci Galeotti ſatis conſtat, quòd infirmitas non erat talis, ꝙ non potuiſſet ire ad loca fidelia, ac diſcedere à dicta ciuitate Neritoni. Quinimmo teſtes ipſius Pyrrhi hoc ingenuè fatentur, & propterea
11 à morbo † podagræ quis non excuſatur. l. à muneribus. C. de decurio. & in l. podagræ. C. qui morbo.
12 lib. 10. & † debet eſſe grauis infirmitas, quæ excuſet. l. ſiquis in graui. ff. ad Sylle. l. j. §. primo. ff. de ope. ſeru. & ita firmat Iaco. in d. titulo, quib. ex cau. excuſ. in prin.

¶ Circa tertium ſimiliter reſpondetur, ꝙ nullum erat nec imminebat periculum. Non obſtant ea quæ in contrariũ aliqui teſtes partis aduerſæ deponũt. Nam loquuntur de tempore quo ciuitas erat obſeſſa ab Imperialibus poſt victoriam, & erant ſub ipſorum ciuiũ cuſtodia,

cuſtodia, quód fuit poſt deditionẽ hoſtibus iam diu factam, non aũt loquuntur, ꝙ à principio exire nõ
13 potuiſſet. Et † propterea ad intentum dicti Pyrrhi eius teſtes non cõcludunt.c.in præſentia. de probat. l.non hoc. C.vnde cogna.cum ſimilibus.

¶ Secundò reſpondetur, ꝙ teſtes deponentes de damnis illatis his, qui diſceſſiſſent, loquuntur de his qui iuerunt ad ducem, non autem de tranſeuntibus ad loca fidelia, extra Ducis conſortium. Et propterea non probatur ꝙ periculum aliquod inſtetiſſet dicto Pyrrho ſeu eius bonis, ſi ad loca fidelia pertrã-
14 ſiuiſſet. Quia † ex diuerſis non fit illatio. l.inter ſtipulantem.§.ſacrã. ff. de verb. obliga. Et prædicta tanto fortius procedunt, ꝙ dictus Pyrrhus præſtitit iter alijs fugiendi. Ergo ipſe poterat, argumento d.authen. multò magis & l.forma.C.de offi.præfect.præto. Item dictus Pyrrhus nunquam aliquando hoc tentauit, quod facere debebat, arg.d.l. ſiquis in graui. §. ſubuenitur. & §. ignoſcitur. Iacob. de Ardiz.in loc. præallega.col.2.poſt medium. ibi. Data opera rumpere vincula non poſſit.

¶ Secundò principaliter ipſius Pyr
15 rhi rebellio demonſtratur, ex † quo fuit in conſilio aduerſus Cæſarem, & hoc bis fuiſſe etiam teſtes per ipſum producti deponunt, quod eſt crimẽ læſæ Maieſtatis & Feloniæ. l.prima ibi. Concilium intumerit & ibi, conſilio iuuentur. ff. ad leg. Iul. Maieſta. eſt text. in ca. primo. ex quibus cau.feu.amitta.

¶ Non obſtant duo, quæ huic capiti obijciũtur ex aduerſo. Primò, ꝙ metu, ſeu per vim in Concilium iuerit, vti videtur probari per aliquos, qui dicunt, vidiſſe illum cum comitiua armatorũ. Nam talis probatio non concludit, quòd erant cauſa vim inferendi, iuxta not. per Innocen. in c.accedens. de conuerſa. cõiuga. per Bar. in l.ſi ob turpẽ. ff. de condi. ob turpem cauſ. & per Dominum Mathe. in deciſ. 246. & ſtante temporum qualitate, ac etiã conditione perſonæ, veriſimile eſt, ꝙ potius illum aſſociabant, honoremq́; præſtabant, quàm vt vim inferrent. argu. l. meritò. ff. pro ſocio, & tales probationes ſunt de vna vice. Probatio acceſſus ad Cõcilium eſt de geminato actu, quæ
16 † geminatio tollit metus coniecturas, & animum patefacit. §.pauonum. inſtitu. de rer. diuiſio. l.in criminali. ibi gl. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Bald. in titul. de pace Coſtan.
17 verſ. priuilegia omnia, & † ex præcedentibus & ſequentibus apparet nihil vi ſed ſponte patraſſe, arg. eorum quæ notantur in l.j.C.de libe. præterit. l.fi. ibi Bart. ff. de reb. dub. l.Titia ff. de verb. obliga. l.talis ſcriptura. ff. de lega.j. Præterea, talis vis aut metus non debet excuſare, cũ ipſemet Pyrrhus cauſam dederit, permanendo in dicta ciuitate, tex. eſt in ſimil. terminis in l.omne. §. per vinum. ff. de re milita. Et non eſt parcendum ei, qui ſe in periculum

lum poſuit l.ſi fideiuſſor. §.1.verſi. ſi autem ff. qui ſatiſda.cogan.l.ſicut ff. de actio. & obliga. l.pen. C. quib. ad liberta. proclama. non licèt l. cum poſtulaſſent. in prin. ff. de dãno infect. & propterea non habita ratione huius prætenſæ excuſationis remanet firma concluſiò ſupradicta.

¶ Secundò obijcitur, quòd non ſit verificatum quid in conſilio vniuerſitatis tractaretur, & conſequenter non eſt probata qualitas, quæ fuerit contra dominum. Quia ad hoc reſpondetur, quòd immo ex eo quod fiebat in vniuerſitate reſultat clara iuris præſumptio eorum, quæ fiebant in conſilio. l.fina.§.proinde, ibi glo.in verbo oriri, ff. de diuort. Alex.in l.ſi procuratori.col.pen.ff.de condi. ob cauſam, pręterea ſatis in conſilio fuit malè actum, dum non apparet ꝙ bonum feciſſet, hoc probatur duplici ratione. Primò, ex quo hi qui conueniebãt in dicto conſilio erãt hoſtes ac rebelles Cæſareæ Maieſtatis, cum quibus conuerſando reſultat iuris præſumptio contra ipſum. Cum ſancto.n.ſanctus eris.c. omnes 24.q.j. in cap.accedẽs. lo. 2. vt lit. non conteſta. cap. cum ex iniuncto.de hęret.Bald. in leg.j.C.
18 de ſeruis fugiti. Et † in hac materia ſola pręſumptio ſufficit, vt per Andre.in d.ca.1.§.porrò, quę ſit prim. cau. in cap. 1. quot teſtes ſint ne-
19 ceſſa. & † talia præſumuntur ſubiecta qualia prædicata, propterea cum rebellibus quid aliud poteſt præſumi actum, & ex qualitate tẽporis & facti, iuxta tex.in l.ſi vno. C. loca. l. plenum §. equitij. ff. de vſu & habita. niſi quod fidelitati eſſet contrarium. Secundò iſtud
20 probatur, ꝙ † ex quo ſola patientia cauſat delictum. ſ.bonum non feciſſe, nec reſtitiſſe in quantum poterat aliorum rebellioni, tex.eſt in d.c.1.ibi Andr.de form.fidelita. Bart.in extrauagan.qui ſint rebell. Abb.in cap.primo. de reſtitu. ſpoliato. Geminia. in cap. negligere. ſecunda. quæſt. 7.in cap.primo.de treug.& pace. Vnde nõ probato ex aduerſo, ꝙ in dicto conſilio dediſſet operam rei licitæ, manet intentio Regij fiſci contra dictum Pyrrhũ fundata, quòd læſę Maieſtatis & felloniæ crimen commiſerit.

¶ Tertiò principaliter de rebellione ipſius Pyrrhi demonſtratur, ꝙ dum ciuitas fuiſſet requiſita, quòd ad fidelitatem rediret à dicto Pyrrho reſpõſum fuit, quòd expectabant nuntios ad hoſtes, tranſmiſſos, propterea que nolebant interea redire ad Cęſarem, ex quo multipliciter eius malus animus ac infedelitas demonſtratur. Primò, quòd tranſmiſiſſet cum cæteris nũtium
21 ad hoſtes † quod eſt læſæ Maieſtatis crimen. l. prima. ff. ad leg. Iul. maieſta. Secundò, quòd ipſe erat capax & conſcius conſiliorum dictæ ciuitatis contra Dominum, cum ita factum dicat. l. labeo.ff. de ſuppel. lega. Tertiò, ꝙ ipſe concurrerat cum alijs, neciuitas redderetur, & ſic quatenus

in ſe fuit ciuitatem retinuit, quod eſt crimen læſæ Maieſtatis. l.ſi ibi arcem tenuerit.ff.ad leg.Iuli.maie. & certè ſi aliter voluiſſet dixiſſet, aut quod dixit tacuiſſet.l. vnic.§. cum autem C.de cadu.tollen.l.tractabatur. ff.de milit. teſta. Quartò non fecit illud, quod ſibi facere fuiſſet poſſibile, neque facere tentauit, per tex.in d. c.1.de forma fidelita. per ea quæ ſuperius dicta ſunt & fecit difficiliorem illius ciuitatis recuperationem, dum ipſe conſenſit malis illorum conſilijs.neq; in hoc aliqua vis aut metus conſiderari poteſt, cum non probetur, neque ex natura actus veriſimiliter fuit aſtrictus iuxta ea quæ dicũtur in l. interpoſitas. C. de tranſactio. in cap. primo quod met.cau. & ex his firmantur ſupradicta in duobus capitibus præcedentibus, cum per verba ipſius Pyrrhi fuit eius intentio declarata.l.in conditionibus. ff.de conditionibus & demonſtratio.l.quoties. ff.de verbor.obliga.l.quoties.ff.de regul.iur.

¶ Quartò principaliter dicti Pyrrhi infidelitas demonſtratur, ex quo habẽs eius filios intus dictam ciuitatem Neritoni, qui contra fideles prædam faciebant, illos recettabat conſcius infidelitatis & rebellionis illorum, ex quo ſimi-
22 liter plura eliciuntur. Primò † crimen receptationis. iuxta text. in l. prima. ff. de recepta. in conſtitu. Regni foriudicatorum, ibi per Andre. Secundò quia non reſtitit filijs neque coercuit illos & conſequenter videtur conſenſiſſe, per ea quæ dicuntur per Bartol.in l.vtrum.ff.ad leg.Pompe. de parrici. Angel.in tracta.malefi.in verbo che hai tradito. Felyn. & Deci. in cap. primo. de offic. delega. Bartol. in extrauagan. qui ſint rebell. Iacob. de Ardiz. in d. ſumma. titulo quibus ex cau. l. ſecunda & tertia. ff. de noxal. Tertiò: quia per hoc adducebantur victualia in ciuitatem, & ſic hoſtes
23 iuuabantur † quod eſt crimen læſæ Maieſtatis. l. iij. & l. iiij. ff. ad leg. Iul. maieſta. Quartò, quòd
24 † eius culpa fideles impotentiores efficiebantur, dum à filijs Pyrrhi ab eodem receptati inuadebantur, quod eſt contra fidelitatis iuramẽtum, dicto cap. primo. & cap. de forma.

¶ Nec videtur obſtare, quòd filij ab hoc non deſtitiſſent: quoniam hoc non præſumitur, argu.l.meri-
25 to.ff.pro ſocio. & † parere parentibus eſt de iure naturali.l.prima. ff. de iuſti. & iur. & propterea tanquam qualitas naturalis debet præſumi. cap. afferte. de præſumptio. Secundò, non ſufficit iſtud, quòd non deſtitiſſent, niſi probatum fuiſſet, quòd quatenus in ſe fuit, mãdaſſet & coercuiſſet, quod cum factum non fuerit, excuſandus nõ eſt, per iura præallegata, in j. capite, facit tex.in l.j. ad Syllen.

¶ Nec videtur proficere dicto Pyrrho, ꝙ aliquos fideles captiuos adiuuiſſet, vt fugerent à ciuitate Neritoni. Quia hoc non apparet factum,

ctum, vt erga fideles Ceſareæ maieſtatis vel contemplatione fidelitatis, ſed potius amicitia & cōſangui
16 nitate † quæ cauſa in dubio præſumitur, ita Alex. in l. ſi donatione. C. de colla. Et ex his remanent firma oppoſita pro parte Regij fiſci.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio in vtilitatem eccleſiæ cedens non eſt annullanda.*
2 *Decretum interuenire debet in actibus vniuerſitatis.*
3 *Exactio terragiorum eſt de regalibus.*
4 *Compoſitio ſuper decimis fieri poteſt.*
5 *Decimæ eccleſijs omni iure debentur.*
6 *Decimarum ſolutio concernit actum pium & animarum ſalutem.*
7 *Tutor poteſt præiudicare pupillo in decimis.*
8 *Syndicus poteſt bonam fidem agnoſcere.*
9 *Fructus ſunt res mobiles ſeparati à ſolo.*
10 *Aſſenſus regius non interuenit ſuper fructuum feudi diſpoſitione.*
11 *Conceſſio perſonalis ad ſucceſſores non tranſit.*
12 *Conceſſio facta dignitati cum perſona non extinguitur.*
13 *Cōceſſionis declaratio inducitur ex præſtatione facta ſucceſſoribus.*
14 *Relatio debet aliquid operari.*
15 *Priuilegium debet intelligi citra præiudicium tertij.*
16 *Nemini licet de facto ſibi ius dicere.*

CONSILIVM XIIII.

¶ *Præſuppoſita facti veritate, quòd per ſyndicum & vniuerſitatem Altamuræ fuerit facta quædam compoſitio ſuper decima ſoluenda Archipreſbytero ciuitatis prædictæ. Dubitari contingit, an talis tranſactio ſeu compoſitio poſſit per vniuerſitatem eādem retractari, & denegari decima prædicta promiſſa & in dicta compoſitione contenta Archipresbytero prædicto.*

AT euidenter prima frōte videretur dicēdum, dictam cōpoſitionē ex multis poſſe annullari ex parte Archipresbyteri:
1 ſed † quia illa in eccleſiæ fauorem rata habetur, ceditq; in vtilitatem eccleſiæ propterea hoc reſpectu non eſt annullanda: iuxta tex. in l. non ideo minus. C. de procur. per Abb. Deci. & Moder. in ca. quę in eccleſiarum. de conſtitu. Angel. in §. ſi verò. in authen. de non alieni. Archi. in cap. ſi qua. 12. q. 2. Io. de Imol. in c. cum vos, de his quæ fi. à prælat. Claud. in Specul. feud. car. 9. col. 2. in fin. ex parte verò vniuerſitatis videtur illā nō tenere, ex quo
2 in ea nō interuenit decretū † quod interuenire debuit l. 1. & 2. C. de ſer. reipublic. manumitt. ibi Gulielm. & Albe. Bart. in l. nulli ff. quòd cuiuſq; vniuerſitatis nomi. Bal. in l. j. C. ſi aduerſ. tranſactio. Canoni. in capit. Cæterum. de translatio.

Cardi.& Abb. in c. cum tempore. de arbi. Bar. in l. acta. ff. rem rat. habe. Specul. in tit. de Syndi. §. j. verſ. q; eſt conſtitutus. Socy. in conſ. 95. col. 3. vol. 3. per Moder. in rubri. C.
3 de tráſactio. Præterea, exactio † terragiorum eſt de iuribus feudi & ratione territorij, & fuit de regalibus non potuit abſque Regio aſſenſu ſuper dicta exactione componi ſeu tranſigi, vt in conſtitu. Conſtitutionem diuæ memoriæ, in l. Imperialem, de prohib. feud. aliena. per Federi. in cóſtitu. ea quæ ad decus. & in cap. j. ex quibus cauſ. feu. amitta. Bald. in c. j. de allod. in c. j. de natu. feud. maximè quia per illud ius exigendi decimam grauatur feudũ & inducitur ſeruitus ac ius in re, contra dictam conſtitutionem.

¶ His tamen non obſtantibus, cõtrariam opinionem arbitror veriorem, q; immo vniuerſitas prædicta non poſſit tranſactionem ſeu compoſitionem prædictam reſcindere.
4 In primis † quoniam compoſitio ſuper decimis fieri poteſt, vt per Abba. in ca. 2. de tranſ. in c. veniẽs. ij. not. eo. tit. Abb. & Imol. in ca. ſuper eo. & in c. ſtatuimus. de tranſactio. Archiep. Flor. in ij. par. ſum. titulo 4. c. 3. §. fin. Petr. de Anch. in cõſil. 388. Deci. in conſil. 143. incip. ad plura, & Deci. in c. venerabilis. de confirma. vtil. vel inutil. & cum ſit vtilis eccleſiæ ſuperioris auctoritas non eſt neceſſaria per præallegata.

¶ Secundò, quoniam ex dicta compoſitione ſeu tranſactione non inducitur aliqua noua obligatio circa decimarum ſolutionem, ſed modus ſoluendi id quod debetur de-
5 ſignatur, ex quo † decimæ eccleſijs omni iure debentur, c. j. & cap. tua. de decim. c. quicunq;. 16. q. 7. c. in aliquibus. Hoſti. & Abb. in c. non eſt, eo. titul. cum ſimilib. faciunt p hoc ea quæ dicuntur in l. contra iuris. in §. fina. de pa. ff. per Angel. & Salyce. Anto. de Butr. & Inno. in c. cum olim. lo primo. de offic. delega. & per talem compoſitionem ad ius diuinum & commune reditur. c. ſtatutum. de præben. in 6. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. c. cum dilectus. de conſuetu. c. ad audientiã. & c. cum dilectus. de cler. non reſiden. & conſequenter aliquod præiudicium vniuerſitati cõtra diſpoſitionem iuris non infertur.

¶ Tertiò hoc idem demonſtratur,
6 ex † quo talis decimarum ſolutio concernit actum pium & ſalutem animarum. clem. cupientes. de pę n. ca. quadrageſima. de pęniten. diſtin. quinta, & in augmentum rei eius in quo decima ſoluitur. ca. maiores. 16. q. 7. cap. in moderamine 15. q. j. Quo † caſu etiam tutor
7 vel curator poſſet præiudicare pupillo, & conſequenter etiam ſyndicus vniuerſitati. l. præſes, ibi gloſ. & alij. C. de tranſactio. ibi Bal. Salyce.
8 Pau. de Caſt. & Ale. & † potuit Syndicus bonam fidem agnoſcere & tranſigere in cauſam piam & pro vitando ſalutis ęternæ præiuditio, facit tex. in l. quoties. §. ſicut. ff. de adminiſtra. tuto. l. j. ff. de tut. & ratio. diſtrahen. & C. de alim. pupill. præſtan.

præſtan.per totum,& tenet Bal. in
l.etiam. C. de fideicōmiſſ. & quod
dicunt de tutore extendunt etiam
ad ſindicum & prælatum, vt per
Innocen.& Ioan.Andre.in c.grandi,de ſupplen.negligen. prælat. &
per Abb. in conſil. 46. incip. Satis
mihi videtur,& Iaſ.in l. pactum cu
ratoris. C.de pact.

¶ Quartò & vltimò ex tali compo
ſitione non fit alienatio rei immo
bilis, ſed tantummodo fructuum
9 pro decima parte † qui ſunt res mo
biles, prout ſeparati à ſolo conſide
rantur. glo.in c.reuertimini.in ver
bo Horrea. 15. q.1.& in c.j.in ver.
bo Horreũ.16.q.7.quo caſu abſque
decreto potuerunt Syndicus& ele-
cti in illis vniuerſitati præiudicare,
ſecundum ea quæ dicũtur per Bal.
& Salyce.in d.l.præſes, per Bald.in
l.j.C.ſi aduerſus rem iudi.per Bart.
in conſil. 15. viſa quadam conſti-
tu. Et propterea tranſactio prædi-
cta ſeu magis compoſitio non vi-
detur aliquo pacto poſſe irritari.

¶ Nec obſtant ea quæ in contrariũ
ſuperius fuerunt adducta,cum illa
ita demum procederent, ſi eſſemus
extra caſus ſupradictos, per ea quæ
fuerunt pro hac parte deducta, per
quæ contraria(vt dixi)cōiter limitã
tur &reſtringũtur. Non obſtat po
10 ſtremò, ꝙ † Regius aſſenſus nō in
teruenerit; qm̄ aliquod ius in feu-
do non eſt quæſitũ, & tantummo
do de fructibus à ſolo ſeparatis tra
ctatur,ex quibus decima debetur,
c.peruenit.& c.cum hoïes. de deci.
& ita cōiter declaratur & intelligi-
tur cōſtitutio præallegata, vt p Do.
And.& D.Maze.ibi p And.in c.Im
perialē.de prohi.feu. aliena.per Fe-
de. Et propterea vniuerſitas prohi-
bendo huiuſmodi decimæ ſolutio
nem dicitur ſpoliare,& Archipreſ-
byter ad reſtitutionē agere poſſet,
vt in c.examinata.de iudi. Bar.in l.
j.C.vnde vi.Ang.& Imol.ī l.exitus.
ff.de acq.poſſeſſio.l.fi.C.eo. & in l.
ſi coloni.C.de agricol. & cenſit. li.
xj.cum ſimilibus.

¶ Secundò principaliter dubitari
contingit,an decima Baiulationis,
quæ fuit olim conceſſa vni Archi-
preſbytero dictæ ciuitatis per Re-
gem Ferdinãdum, & demum fuit
per ſucceſſores præſtita Archipreſ-
bytero eiuſdem ciuitatis poſſit mo
do denegari per vniuerſitatem prę
dictam. Et videbatur dicendum
prima conſideratione, quòd poſ-
ſet denegari. Nam ex verbis dictæ
conceſſionis ſeu priuilegij videtur
11 apparere, † ꝙ dicta conceſſio erat
perſonalis, & ad vitæ decurſum il-
lius,cui concedebatur. Ergo ad ſuc
ceſſores nō tranſit,neq; à ſucceſſo-
rib. peti pōt.l. tale pactũ. ff.de pac.
l.ſi ſeruus hære.ff.de ſtatulibe. Ale.
in l.j. §. fina. colum.3. ff. de oper.
nou.nuntia. Bald. in ca. primo. §.
primo.de pace iur.fir.Roma.in cō
ſil.444.& Ale.in conſ.101. volu. j.
Prçterea, illa conceſſio videtur fa-
cta quatenus baiulatio p Regiam
curiam fuiſſet poſſeſſa, & rebus
in eodem ſtatu permanentibus,
l. bonorum. ff. rem ratam ha-
be. l. lex vectigali. ff. de pignor.

in ca.primo.ibi Andre.qui ſucceſſo.tene.cum ſimilib. Sed baiulatio iam deuenit ad manus vniuerſitatis,de qua non fuit cogitatum,nec in eodem ſtatu res reperitur. Ergo dicta decima amplius peti non poteſt,argu.l.in tempus.ff.de hæredi. inſtitu.l.qui Romæ. §.duo fratres. ff.de ver.oblig. l.ſi de certa. C. de tranſactio.in l.Gallus. §.nunc de lege.ff.de liber.& poſthum.

¶ Sed his minimè refragantibus cõtrariam opinionem arbitror ve-
12 riorem. Primò † quoniam illa cõceſſio eſt facta dignitati & nõ perſonæ, ibi.Tanquam Archipresbytero,& conſequenter cum perſona non extinguitur, cum dignitas nõ ſit extincta,text.eſt in l.ſi aquæductus.ff.de contrahen.empt.l.qui in aliena.§.penult.ff.de nego. geſt. & Abb.in c.quoniam. ibi glo.& Do-
13 cto.de offi.delega.Et † hoc ſatis videtur demonſtrari ex præſtatione facta ſucceſſoribus, per quam eſt inducta declaratio dictæ conceſſionis, per ea quæ dicuntur per Bald. in l.j.C.quæ ſit longa conſuetu. & per Docto.in ca.ij. de conſuetu.l.ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vindice. l.ſecunda.C.de ſeruitu.& aqua.

¶ Præterea hoc idẽ probatur ex aſſertione facta per Regem in dicto Priuilegio, ibi. Pleno iure ſpectare & pertinere ad dictum Archipresbyterum, per quæ verba demonſtratur ratio priuilegij. argu. l.fin. ff.de hæred.inſtitu.l.quia tale.ff.de pact.l.j.C.de impo.lucrati.deſcrip. lib.11. Si igitur hæc eſt ratio: quia pertinebat, conceſſio debet intelligi facta dignitati,& non perſonæ quia non ſubiunxit, & quò ad vixerit. Vnde cũ dicat pertinere ad dictum Archipresbyterum,& non quò ad vixerit tantum illi concedat, neceſſario ſequitur, quòd dignitati tributa ſit decima & non perſonæ,aliàs priuilegiũ eſſet iniuſtum, contra tex. in l. quod fauore.C.de legibus cum ſimilibus.c.in his. de priuile. & propterea relatio fit ad dignitatem, ibi. Ad dictum Archipresbyterum, & non ad no-
14 men proprium. Quæ † relatio taliter facta debet aliquid operari. l.plenum.§.equitij. ff.de vſu & habita. Et talis interpretatio eſt ſumẽda duplici de cauſa. Primò quoniã eſt fauorabilis Eccleſiæ, per ea quæ dicuntur in l.j. C.de ſacroſanct.eccle. Secundò,vt illa prouiſio ſit perpetua & non temporalis.arg.l.præcipimus.C.de appella. l.edita. C.de eden.cum ſimil.

¶ Præterea, illud priuilegium nõ minus tendit ad confirmandum illud, quòd de iure competebat: quàm quod de nouo datur,ibi cõfirmare,& ibi.de iure debitum & pro pleno iure ſpectare. Sed certũ eſt, ꝙ de iure illi non ſpectabat decima, niſi vti Archipresbytero. Ergo quicunque Archipresbyter eodem priuilegio vti & gaudere debet.l.cum qui ædes. ff. de vſu. l.j.ff. ad Trebell.l.ſi ex aſſe. l.ſi cõſtante. §.fina.& l.ſi marito. ff.ſol.matri.c. relatum.de præben. ca.quòd ſicut. de electio. Et ideo ibidem dicitur, quòd

quòd iure decimæ prædictæ vobis vti Archipresbytero contigerit & ſpectauerit. Per quæ verba luce meridiana clarius demõſtratur, quòd illud priuilegium non erat perſonale, & in fauorem perſonæ, ſed dignitatis. Et propterea cum in poſſeſſione eiuſdem decimæ prędeceſſores iſtius Archipresbyteri ac ipſe extiterint, non debet de facto priuari & ſpoliari per iura vulgaria.

¶ Non obſtant modo, quæ in contrarium adducebãtur. Nam ex prædictis ſatis apertè ſoluuntur, quòd conceſſio non fuerit perſonalis, & licet in præſentiarum nõ ſit idem ſtatus. Ex quo omnia iura ſpectantia ad vtilem dominum ſunt in vniuerſitatem translata: quia cum Archipresbytero in decima prædicta ius ſit quæſitum, ante priuilegium conceſſum vniuerſitati, non fit dicto Archipresbytero ex tali priuilegio præiudicium: quia quò ad decimam Archipresbyter præfertur, vt per Andre. in ca. j. §. quid ergo. de inueſtitu. de re alie. facta, & in c. j. qui ſucceſſo. tene. in cap. j. §. clericulus. de aliena. feud. l. ex duobus. §. & Marcellus. ff. de in diē adiectio. Pau. de Caſt. in conſil. 2. col. 2. & 3. volu. 1. per Bell. in conſ. 12. co-
15 lum. 5. cum ſequen. Et † priuilegiũ vniuerſitatis debet intelligi citra præiudicium dicti Archipresbyteri, ſeu cum onere dictę decimæ ſoluendæ vt conſueuit. l. ij. in fin. ff. de natal. reſtitu. glo. in ca. cum olim. in verbo ſine pręiuditio, ibi Dominic. de Sancto Gemi. de conſuetu. c. j. de appella. docto. in c. ſuper eo. de offic. delega. l. quoties. C. de precib. Imperato. offe. Abb. & poſt alios Deci. in c. quę in eccleſiarum. de conſtitu. cum ſimilibus. Et per hoc videtur intrepidè cõſulendũ, ꝙ vniuerſitas prædicta non poſſit nec debeat decimam prædictam dicto Archipresbytero denegare, ex his quæ hucuſque mihi demonſtrata & dicta ſunt, maximè quia
16 † nemini licet de facto ſibi ius dicere. Laus Deo.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſunt eſſe præſentem & ſcientẽ.*
2 *Conditio & forma requiſita imprimis verificari debet.*
3 *Donatio facta abſenti de iure non valet.*
4 *Vſusfructus reſeruatio operatur rei diuiſionem.*
5 *Actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem.*
6 *Præfationibus inſtrumenti de mente apparet.*
7 *Promiſſio non tenet quotieſcunque qualitas, ſub qua conceſſa eſt, verificari non poteſt.*
8 *Contractibus correſpectiuis ſi non poteſt ex parte vnius adimpleri contractus, reſoluitur in totum.*

CONSILIVM XV.

Licet diffuſè allegatũ ſit pro Margnifica Aurelia de S. Seuerino,

Seuerino, vt additione opus non ſit. Vnum tamen omittendum non putaui, quòd prętenſa donatio de iure non teneat, in qua tota difficultas verti videtur.

¶ Et in primis. Aut conſideramus donationem factam in capitulis matrimonialibus, fuit & eſt facta abſenti, & ignoranti, patet ex lectura dictorum capitulorum, cum in illis excellens quondam Iacobus non interuenerit, iuxta nota. in l. ſciendum. ff. de verbor. obligatio. in capitul. quoniam contra. de proba. per Bald. & alios
1 in l. edita. C. de eden. & † cum eſſe præſentem & ſcientem ſint facti, oportet illa probari. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & poſtlim. reuer. l.
2 verius. ff. de proba. Et † cum ſit quędam conditio & forma requiſita pro fundamento intentionis eius, qui innititur donationi, oportet illam in primis verificari. l. ſi pater. ff. de fideicommiſſa. liberta. c. cæterum, de iudi. c. cum ſit generale. de
3 foro competen. Sed † donatio facta abſenti de iure non valet. l. abſenti. ibi per Bar. & alios. ff. de donatio. l. nec ambigi. C. de dona. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccle. Ioan. Andre. in additio. Specul. in tit. de inſtrum. editio. §. nunc verò. Ludo. de Ro. in conſ. 306. Corne. in conſil. 254. volu. 3. Ergo talis donatio non tenet.

¶ Aut conſideramus donationem factam per publicum inſtrumentũ præſente & acceptante dicto Iacobo. Et dico ꝗ adhuc illa talis donatio non valet, ex quo, vt eius lectura apparet, non eſt ſimplex refutatio, neque ſimplex acceptatio prioris capitulationis, quæ ſi eſſet, valeret. vt in c. j. §. & ſi libellus. de aliena. feud. pater. Andre. in c. j. §. ſed & res, per quos fiat inueſti. ſed eſt cũ
4 reſeruatione vſufructus, quæ † reſeruatio vſufructus operatur rei diuiſioné. l. iiij. ff. de vſufru. l. qui vſufructum. ibi Bar. & Iaſ. ff. de verb. obliga. & conſequenter talis contractus eſt quoddam pactum, per quod feudum diuideretur, nõ ſimplex refutatio, quod in feudo fieri non poteſt, per conſtitu. regni, cõſtitutionem diuæ memoriæ, etiam ita ibi videtur firmare Andre. in colum. fina. dictæ conſtitutionis, & in c. j. de eo qui fi. fec. agna. & in l. Imperialem. in princip. de prohib. feu. aliena. per Federic.

¶ Nec obſtat ſi diceretur, quòd in quantum eſt refutatio tenet, inquãtum ſit vſufructus reſeruatio non teneat, & ꝗ ita intelligatur Andr. in loc. præallega. Nam in caſu, de quo agitur, nõ videtur hoc poſſe procedere ex pluribus. Primò,
5 quoniam † actus agentium nõ poteſt operari vltra eorum intentionem. l. non omnis. cum regula ſua. ff. ſi cert. peta. intãtum quòd actus vitiatur in totum, cùm menti ſatiſfieri non poteſt. l. multum intereſt. ff. ſiquis alteri vel ſibi. c. cum ſuper. de offi. delega. Angel. in conſil. 295. incip. noua forma: vbi vna apparente, eo maximè contraria, actus non vitiatur modo quo põt. Deci.

in

in regula, in contrahēda. ff. de reg.
6 iur. Sed † de mente vtriuſq; ex pręfationibus ipſius inſtrumenti, iuxta tex. in l. fin. ff. de hæred. inſtitu. l. item quia. ff. de pact. cum ſimi. donatio iſta facta in capitulis matrimonialibus non acceptatur ſimpliciter, & prout fuit facta in dictis capitulis, ſed cum impoſitione ſeruitutis, vel cum detractione vſufructus à proprietate: iſtud ꝓbatur ex eo, ꝙ quinimmo cum potuiſſet ſimpliciter acceptare illam, noluit, & ante acceptationem factam à filio pater potuit reuocare: & conſequenter ceſſante conſenſu à refutatione refutatio non tenet, per id quod dicit Andr. in d. c. j. de alien. feu. pat. allegando tex. in l. traditionib. C. de pactis. l. qui tabernam. ff. de contrahē. emp. l. ſi domus. ff. de leg. j.

¶ Præterea & ſecundò, quotieſcūq;
7 † aliquid datur vel promittitur cū aliqua qualitate, quę qualitas ſit fauorabilis agenti vel promittenti, & illa qualitas & adiectio non poteſt ſortiri effectū de iure vel de facto, tunc ea datio & promiſſio nō tenet, & ſic vitiatur in totum, tex. eſt in l. 2. de donatio. quæ ſub modo: & in l. j. & ij. & * ibi cōmuniter Docto. C. de condi. ob cauſam. Sed iſta donatio fit cum iſta qualitate & adiectione fauorabili reſpiciente ipſum donantem, ſi iſta qualitas de Iure vel de facto ſortiri effectum non poteſt, ergo donatio vitiatur in totum.

¶ Vltimò pro hoc videtur poſſe adduci, quòd hic cōtractus eſt correſpectiuus, quia ex parte Vgonis donatur cū reſeruatione vſufructus, Ex parte Iacobi: contentatur de ta-
8 li reſeruatione, ſed † in contractibus correſpectiuis ſi non poteſt ex parte vnius adimpleri contractus, reſoluitur in totū. l. qui pecuniam. ff. ſi cert. pet. l. Titius. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. cum proponas. C. de pact. Socy. in conſ. 204. Fely. in c. peruenit. de iureiur. ſed eo modo quo facta eſt illa donatio, valere non poteſt, ergo vitiatur in totum, & propterea talis donatio facta ſine aſſenſu non poteſt parare exceptionem M^cs Aureliæ petenti dotes de paragio.

Io. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Res clara non indiget demonſtratione.*
2 *Domus cum non capiat commodam diuiſionem an debeat ad licitationem deueniri.*
3 *Iura generaliter loquentia generaliter debent intelligi.*
4 *Partem maiorem habere non excludit licitationem.*
5 *Intellectus. §. ne autem. l. ſancimus. C. de dona.*
6 *Licitatio habet locum in rebus diuiduis & indiuiduis.*
7 *Argumentum, ſi de quominus videtur &c.*
8 *Licitatio fieri debet de tota domo.*

CON-

CONSILIVM XVI.

QVamuis † demonſtratione res clara nõ indigeat. Quò tamen clientis deſiderio ſatisfaciam, dicam breuibus.

2 An † cum domus Magnificorum de Brancatijs comodam diuiſioné non patiatur, debeat in licitationé deueniri? Et licèt prima facie videatur dicendum, ꝙ cum præſupponatur Magnificum Iacobum habere minorem in ea domo portionem, excluſus ſit à licitatione, debeatq; recipere partis ſuæ tantummodo æſtimationem, per tex. in l. ſancimus. §. ne autẽ. C. de donatio. l. j. C. quando & quibus quart. pars l. ij. C. de meta. lib. 12. gl. in l. ſi duobus. C. commu. de lega.

¶ His tamen non obſtantibus contraria opinio eſt de iure verior, & communiter approbata per tex. in l. j. C. commu. diuid. vbi tex. expreſsè loquitur in indiuiduis. in l. ad officium, eo. tit. gloſ. in l. Sabinus. ff. eo. tit. & licèt hæc iura non explicent, an pares vel diſpares eſſent

3 partes † tamen ex quo generaliter loquuntur generaliter debent intelligi. l. de pretio, de publi. Et ꝙ etiã ſi partes eſſent diſpares, & vnus altero maiorem partem haberet, ꝙ præferri non debet in diuiſione, ſed ꝙ nihil operetur maioritas portionis, tenet expreſsè Ange. in l. ſancimus. §. ne autem. Dicens ꝙ non obſtante ꝙ vnus habeat maiorem portionem altero, debet committi licitationi, & ꝙ ita ſeruatur de conſuetudine. Et idem Ang. in d. l. j. C. commu. diuid. non obſtante text. in d. §. ne autem. Hoc etiam firmat Bald. in l. ſi duobus. C. com

4 mu. de lega. ꝙ † habere maiorem partem nõ operatur excluſionem ſortis ſeu licitationis, idem etiam ſequitur & comprobat Salyce. in d. l. j. per rationem Bald. & ibidem Petr. Philipp. Corne. latè hanc opinionem affirmat, ꝙ maioritas portionis non operatur illum effectũ de quo ex aduerſo. Et ſecundum opinionem Salyc. dicit ita cõmuniter teneri. Et pro hac opinione reperio fuiſſe conſultum per Oldr. in conſ. 34. vbi dicit, ꝙ maioritas portionis vel modicitas non facit à iure communi recedi. l. ſi proprietarius. ff. de damno infect. l. quamuis. ff. vt in poſſ. legato. & ꝙ etiam illo caſu debet fieri rei adiudicatio, vt in l. communi diuidundo. §. j. ff. eo. & conſequenter ex maioritate portionis non ſequitur tale priuilegium. Et tandem iſtam opinionem tanquam veriſſimam, vltra præallegata ſatis latè firmat Corne. in conſil. 81. volum. ij. Non obſtat

5 † tex. in d. §. ne autem. in quo eſt totum fundamentum partis aduerſę. Nam ad illum tex. reſpondetur tripliciter. Primò, quòd ille text. loquitur in caſu ſpeciali inter donantem & donatarium, & conſequenter non eſt trahendus in conſequentiam. Ita intelligit illum tex. gloſ. ibi in verbo amplioris. in fin. & ita intelligit Angel. prout ſupra retuli,

retuli, & alij poſt ipſum, & plures rationes ſpecialitatis & differentiæ cōſiderat & aſſignat Petr. Philipp. Corne. in d.l. ſi duobus. & in d. cō ſil. 81. quas breuitatis cauſa non recenſeo, ex quibus apertè demonſtratur, quòd ad hunc caſum & ſimiles adduci non debet, & ita etiā videtur intelligere iſtum tex. Socy. qui allegat in fallen. ſuis. num. 224. numero 4.

¶ Secundò reſpondeo, quòd ille text. loquitur & debet intelligi quādo per habentem minorem portionem non prouocaretur ad licitationem, per text. in d.l.j. & l. ſi duobus & l. ad officium, & talis intelligētia & declaratio fieri debet per text. in l. ſed & ſi poſteriores. ff. de legib. ac ne inducatur talis reſtrictio ad iura prællegata. argu. l. præcipimus C. de appella. & hanc intelligentiam ad illum tex. ſentit expreſsè Bal. in d. §. ne aūt, & per apoſtill. ad Bald. in l. iubemus nulli. C. de ſacroſanct. eccle. vbi dicitur per text. in §. ne autem. minimè licitationem excludi, & conſequenter iſta prærogatiua maioris portionis vti non poterunt ad excludendū licitationē & ita etiam referēdo Bal. tenet & firmat Iaſ. in §. quædam, inſtitu. de actio. col. 12. in principio. Tertiò & vltimò reſpondetur, quòd text. in d. §. ne autem. intelligitur & habet locum, quotieſcumque maioritas portionis habetur iure proprio, ſecus ſi originaliter eſſent æquales in portione, & poſtea vnus ab alio ex cōſortibus portionem acquiſiuit: quia tunc non poterit plus habere quàm ille q. ceſſit habebat, vel pluſ quam orginaliter habuit, argumēto. l. traditio, ff. de acqui. rer. domi. ita declarat notabiliter Alberic. de Roſat. in d.l. ad officium, ad intelligentiam d. §. ne autem. col. 2. verſic. item quid ſi res, ſed in caſu, de quo agitur, omnes fratres æqualiter portionem à principio habuerunt, licet prætendatur poſtea aliquos ex ipſis fratribus ceſſiſſe magnifico Hyeronymo, tamen non potuerunt in illum transferre plus iuris quàm ipſi habuerunt: & conſequenter portio dicti Hieronymi hoc modo aucta & effecta maior, non poteſt habere effectum, de quo in d. §. ne autem. ſecundum declarationem prędictam, quæ ēt ſatis poteſt confirmari ex his quæ dicuntur per Corne. in d. conſi. 81. colum. 2. verſ. pro hoc etiam ſatis.

¶ Et vltra prædicta pro hac parte in fauorem Magnifici Iacobi poteſt adduci autoritas Neapodani in conſuetu. prima & ij. communi
6 diuidun. vbi vult, q. † licitatio permiſſa per conſuetudinem habet locum in diuiduis etiam inter habentes partes diſpares, ergo multo fortius videtur quòd locum habere debeat in indiuiduis, per tex. in d. l. prima. C. commu. diuidun.
7 Quia † ſi de quo minus videt' ineſſe, ergo & de quo magis, authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccle. Et ſic remanet fundata intentio Magnifici Iacobi circa petitam licitationem,

8 citationem, debetque † talis licitatio fieri de tota ipſa domo, prout dicit text. in d. l. 1. & Salyce. & Alberic. de Roſat. in d. l. ad officium. & ibi Paul. de Caſt. & in d. l. ſi duobus, facit tex. in d. l. ſi familiæ. ff. fa. mil. ercif. & text. in d. l. ſi duobus. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo conſilio ſaniore.

Io. Tho. Minadous. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 Filiusfa. poteſt efficaciter obligari.

2 Iuramentum ſeruari debet, quando poteſt abſque interitu ſalutis æternæ. num. 6.

3 Hæreditatem adiens cum beneficio l. & inuentarij perinde eſt ac ſi ab hæreditate ſe abſtinuiſſet.

4 Filiusfa. poſtquam eſt effectus ſui iuris non tenet niſi in quantum facere poteſt. & num. 5.

6 Iuramentum non mutat naturam contractus.

CONSILIVM XVII.

PRæſupponitur in facto, ꝙ Excellens Dominus Dydacus Cabanilias ſub patria poteſtate exiſtens quàm plures obligationes vnà cum patre fecerat quàm pluribus creditoribus paternis, & ſignanter Magnifico Alfonſo de Ianuario, pro quarum obſeruatione & pro ſatisfaciendis ipſis fuit perſonaliter condemnatus, & pro ipſius ſententiæ exequutione fuit prouiſum eſſe de perſona capiendum, & carcerandum. Et licet prima facie videatur dicendum, quòd rectè fuerit decretum

1 & prouiſum, cum † filiusfamilias poſſit ciuiliter & efficaciter obligari, excepto voto & mutuo, l. filiusfamilias. ff. de actio. & obligatio. l. tam ex contractu. ff. de iudic. l. frater à fratre. ff. de condic. indebi. l. nulla. & l. ſi ex alio. C. quod cum eo. Maximè accedente iuramento

2 † quod ſeruari debet, cum ſeruari poſſit abſque interitu ſalutis æternæ. vt in ca. cum contingat. de iureiuran. & in c. quáuis. de pact. l. cum pater. §. filijs matrem. ff. de lega. ſecundò in authen. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendi. Et propterea cum obſeruata fuerit forma ſtatuta à iure, vt in l. à diuo Pio. §. in vendit. ff. de re iudi. potuit ſeu poteſt ad executionem contra perſonam procedi. l. j. §. ſed verũ. ff. de minor.

¶ His tamen non obſtantibus contrariam opinionem arbitror de iure veriorem. Et præſuppono duo, quæ ſunt in facto veriſſima. Pri-

3 mò, ꝙ † dictus Don Dydacus hæreditatem ſui patris cum beneficio legis & inuentarij adiuit, quo caſu habetur ac ſi ab hæreditate abſtinuiſſet, in l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iure deliber. ibi per Bal. Salycet. & Moder. & in l. debitor. ff. ad Trebellia. l. ita tamen. ff. ad leg. Falcid. in cap. j. an agnat. in vſib. feud. cũ ſimilib. Secundò præſuppono, ꝙ mortuo comite patre ipſius Don Didacy tota penitus hæreditas eſt exhauſta

exhauſta ære alieno, vt iam ſæpe cognitum, itaque nihil penitus remanſit in hæreditate ſaltem pro legitima filiarum. His præſuppoſitis ſuccedit clara iuris determinatio, ꝙ non poſſit pro huiuſmodi debitis viuo patre contractis perſonaliter detineri ſeu carcerari, ex
4 † quo in prædictis caſib. proximè præſuppoſitis non tenetur filiusfamilias poſtquam eſt effectus ſui iuris, niſi in quantum facere poteſt, tex. eſt formalis in l. ij. ff. quod cũ eo. & l. ſi ex parte. eo. tit. & ibi per Paul. de Caſtro & alios, & l. eius rei & l. nulla res. & l. ſi mandator. C. quod cum eo. & ibi per Angel. Alberic. Saly. & alios, & ita etiam tenet & declarat Azo in ſumma. C. quod cum eo. Io. de Plate. & Iaſo. in §. ſunt præterea. in fin. inſtitu. de actio. Socy. in fallẽtijs ſuis. 428. Alex. & Imol. in l. exhæredatum. ff. de re iudi. & per Moder. in l. qui cũ ſe patremfamilias. eod. tit. & facit text. iuncta glo. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. & ibi communiter doctо. vbi talis effectus tribuitur confectioni inuentarij. Et hoc nõ modo procedit in ſimplici debito ſed etiam in inſtrumentis quarentigiatis & contra quæ nullæ poſſent opponi exceptiones, vt per Paul. de Caſt. & alios in d. l. ij. Et hęc in iſto caſu tanto fortius procedunt & debent admitti, ꝙ nihil ex dictis debitis Don Dydacs fuit conſequutus, ſed omnia fuerũt in patris cauſam & vtilitatem verſa, iuxta eã quæ dicũtur in autenti. Si qua mulier. C. ad Velleia. in l. mater. C. de rei vindica. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & l. in rem ſi filiuſfamilias. ff. de in rem verſo.

¶Non obſtant modo in contrariũ
5 adducta, ꝙ † filiusfamilias tenetur efficaciter & inſolidum, quia illud habet locum, dum exiſtit in poteſtate patris, ſecus ẽ aũt ipſo effecto ſui iuris, & ſe à patris hęreditate abſtinente, aut cum vanũ habuit nomẽ hæredis per iura prællegata, & Doc. in prælleg. locis in quibus ita cõiter declarant & firmant.
6 ¶Non obſtat, ꝙ † iuramentum ſeruari debeat, cũ poſſit ſeruari: quia iuramentum non mutat naturam contractus ſuper quo eſt appoſitũ, & conſequenter non tollit dictam exceptionem ſeu priuilegium, vt non teneatur niſi in quantum facere poſſit. Ita determinat Pa. de Ca. in d. l. ij. & eſt de natura iuramẽti, ſecundum Ioan. de Imol. in c. j. de iudi. & Io. Andr. in rubri. de dona. inter vir. & vxor. in additio. ad Specul. Bal. in l. ij. ff. de iureiuran. doct. communiter in c. cum contingat. de iureiuran. in l. fin. ff. qui ſatiſda. cogant. & in l. fi. C. de non nume. pecu. Et propterea de iuramento in ipſis obligationibus appoſito non eſt habenda ratio, niſi ſecundum qualitates & conditiones ipſarum obligationum per prællegata. Et propterea ad capturã perſonalem procedi non poſſe ex diſpoſitione d. l. ij. cũ concor. prællega. Et ita iuris eſſe cẽſeo ſaluo ſaniori conſil. Io. Tho. Min. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Dos & quarta in Regno non poteſt peti abſque inſtrumento dotali.*
2 *Decretum contra conſtitutionem eſt ipſo iure nullum.*
3 *Priuilegium dotis contra fiſcum non attenditur.*
4 *Inſtrumenti reaſumptio fieri debet citata parte.*
5 *Actio non datur contra bona generaliter obligata, dum ſuperſunt bona ſpecialiter obligata.*
6 *Introitus, qui exiguntur ex gabella ſunt de regalibus.*
7 *Aſſenſus eſt ſtricti iuris.*
8 *Mulier agens ad dotem ob uergentiã viri ad inopiam contra tertium poſſeſſorem probare debet alia mariti bona non extare.*
9 *Dolus ex quo præſumitur hic.*

CONSILIVM XVIII.

IN cauſa Magnificæ Violantis Caracciolæ cum Magnifico Aluaro Bracamonte videtur breuibus dicendum, ꝙ dictus Magnificus Aluarus abſolui debeat ab impetitione dictæ Magnificæ Violantis. Et primò, quoniam ex conſuetudine ciuitatis Neapolis † dos & quarta non poſſunt peti ſine inſtrumento dotali, vt in conſuetud. dos & quarta. Sed iſta Magnifica mulier caret inſtrumẽto dotali. Ergo &c. Non obſtat quoddam inſtrumentum præſentatum in actis: quia ſine dubio illud debet iudicari nullum ac nullam fidem facere. Nam eſt reaſſumptum cum vno tantũ teſte ſuperuiuente, contra diſpoſitionem conſtitutionis Regni Baiulos omnes. Vnde † decretum contra caſum cõſtitutionis eſt ipſo iure nullum. c. inter cætera. cum ſimi lib. de re iudi. Et licèt fauore dotis aliquando obſeruatum ſit, ꝙ reaſſumatur cum vno teſte ſuperuiuente † tamen contra filium priuilegium dotis non attẽditur, ſed ſtari debet diſpoſitioni iuris communis, & ſic dictæ conſtitutioni. l. ij. C. de priuileg. fiſci, not. glo. in l. fi. C. qui potior. in pign. habean. & in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl. & in l. j. ff. ſol. matri. Præterea † talis reaſſumptio eſt facta non citato dicto Magnifico Aluaro & per conſequens nulliter, & ſic nullã fidẽ facit, vt in c. cũ P. tabellio. ibi Abb. & alij ext. de fi. inſtr.

¶ Secundò principaliter, dictæ Magnificæ Violanti in aſſerto inſtrumento dotali eſt ſpecialiter obligatum officium Conneſtabilis ciuitatis Auerſæ, quod poſſidetur per Magnificum Ferdinandum Vitellum, & generaliter ſunt obligata alia bona, quo caſu † non datur actio contra bona generaliter obligata dum ſuperſunt bona ſpecialiter obligata. tex. eſt in l. ij. C. de pigno. qui tex. ſecundũ Bal. habet locum ẽt in cauſa dotium, vt prius oporteat capere bona ſpãliter obligata, quàm detur actio ad obligata generaliter, & ſequitur Alex. in l. creditoris. ff. de diſtractio. pigno. & Bald. in cap. j. in fin. de reſcript. Cum igitur dictus Magnificus Aluarus

Aluarus poſſideat introitus generaliter obligatos non poteſt moleſtari à dicta Magnifica Violante, cum poſſit ſibi ſatisfieri de officio ſpecialiter obligato.

¶ Tertiò principaliter idem con-
6 firmatur. Nam † iſti introitus, qui exiguntur ex vectigali ſiue gabella ſunt de Regalibus, vt in titul. quæ ſint Regal. in verb. vectigalia, & ideo non videtur, ꝙ poſſint ſine aſſenſu Principis alienari, vt in conſtitutione Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ. c. j. de prohibi. feu. aliena. per Fede. ſed Magnifica Violans caret aſſenſu in aſſerto dotali inſtrumento, igitur &c. Non obſtat quidam aſſenſus præſentatus: quoniam de eo non eſt aliqua ratio habenda. In primis, quoniam aſſenſus eſt præſtitus ſuper capitulis matrimonialibus, quæ capitula non apparent. Secundò aſſenſus eſt ſuper inſtrumento iam facto, dum dicitur in inſtrumento inde ſequuto. Sed iſtud aſſertum inſtrumentum eſt factum poſt præſtitũ aſſenſum, vt patet ex calendario, &
7 † aſſenſus eſt ſtricti iuris, vt in ca. j. ibi Andre. de prohibi. feud. aliena. per Federic. col. ij. cap. j. de aliena. feud. pat. & non debet extendi de vno caſu ad alium, vt in l. filio præterito. §. irritum. ff. de iniuſt. rupt. irrit. teſt. ibi Pau. de Caſt. & in l. hęc conditio. §. ſi ſit. ff. de condi. & demonſtratio. & per Bald. in cap. at ſi clerici. colum. 8. de iudi. & ſic caret aſſenſu, qui alio non apparẽte videtur in hoc caſu requiri, per iura præallegata.

¶ Quartò & vltimò, dicta Magnifica Violans eſt excludenda, ex
8 quo † agens contra dictum Magnificum Aluarum, vt tertium poſſeſſorem, ex cauſa vergentiæ viri ad inopiam, non probauit plenè, ꝙ bona quæ habet non ſufficiunt ad dotem, vt concludit Bar. quem alij ſequuntur in l. ſi cõſtante. in prin. ff. ſol. matr. Dicẽs quòd requiritur plenè probari cum contrarium à iure præſumatur. Et licèt dicatur ꝙ fuit ſpoliatus omnibus bonis, iſtud eſt falſum, cum probatum ſit per dictum Magnificum Aluarum, ꝙ poſſidet bona ſtabilia in ciuitate Auerſæ, & falsò (cum reuerentia)
9 fuerit dictum cõtrarium, ex † quo præſumitur dolus, vt l. dolum. C. de dolo. cum ſimilib. Et ex dolo ipſius ſequitur & ſequi debet coniectura, ꝙ bona alia celauerit, vt in l. fin. C. de iur. delibe. in prin. ibi Bal. l. tutor, qui repertorium. ff. de adminiſtra. tuto. l. fin. C. arbitr. tutel. & per conſequens eidem competere non poteſt remedium d. l. ſi conſtante. & in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. eo maximè quòd dictæ Magnificæ Violãtis vir non fuerit bannitus vel aliter ſententiatus, vt eſt clarum. Et per hæc videtur dictum Magnificum Aluarum debere victoriam reportare. Cætera ſuppleat eximia peritia Dominorum iudicantium, quibus me perpetuò ſubmitto.

Io. Thom. Minadous I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum liquidum habet probationem manifeſtam.*
2 *Retentio datur pro debito liquido.*
3 *Promiſſio reſtitutionis dotis præſumitur facta ſecundũ cõſuetudinem loci.*
4 *Conſuetudo dicitur notoria in loco vbi viget.*
5 *Legitima competit etiam, quòd ſit de linea fœminina.*
6 *Exceptiones peremptoriæ poſt ſententiam opponi non poſſunt.*
7 *Executio nulliter facta non obſtat.*
8 *Executio facta poſtquam dictum fuit de nullitate non valet.*
9 *Sententia contra pupillum indefenſum eſt nulla.*
10 *Pupilla in integrum reſtituenda.*
11 *Mora purgari poteſt in materia oblationis.*
12 *Oblatio poteſt fieri in cauſa appellationis.*
13 *Iudici quando aliquid conſtat ex eodem proceſſu, debet ex officio de eo habere rationem.*

CONSILIVM XIX.

¶ *Aduerſus Hypolitam de Trono, hæredem Caterinæ de Cumis petentem exequutionem prætenſæ ſentẽtiæ ſuper aſſiſtentia, pro dotibus dictæ Caterinæ. Fuit oppoſitum pro parte Hypolitellæ neptis, quòd dicta ſententia non debet exequi niſi deductis tribus partitis. Primò debent deduci ducati ducenti promiſſi matri ipſius Hipolitellæ, ac vxori Anſelmi Berlingerij eius patris, quæ promiſſio apparet per publicum inſtrumentum in actis productum. Secundò debet deduci tertia pars pretij bonorum mobilium in dotem aſſignatorum, quæ tertia pars ſecundum conſuetudinem Catanzarij de duci conſueuit. Tertiò & vltimò debet deduci legitima competens dictæ pupillæ. Quæ omnia deducenda eſſe ex infraſcriptis clariſſimè demonſtratur.*

ET quò ad primum non videtur poſſe dubitari, ex quo inſtrumentum
1 eſt liquidum † & ipſa Hypolitella eſt conuenta tanquam hæres matris, & ſic ſuccedit in omne ius, quod illi competebat. l. ſi quis filiũ. §. ſi filius. ff. de acquir. hæredi. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. l. alienatio. ff. de cõtrahen. emp. l. quod ipſis. ff. de regul. iur. c. ſignificauit. de reſcript. c. dilecti, de foro com-
2 pe. cum ſimilib. Et † ſicuti pro dictis ducatis ducentis retentio competere potuiſſet matri ipſius Hypolitellæ, iuxta nota. in l. ſi non ſortem. in §. ſi centum. ibi Alex. ff. de condi. indeb. & in l. cum quis. per Bald. C. de iur. & facti ignor. & in l. neque. & l. fi. C. de compenſa. & in l. cum fundus. §. ſeruum. ibi Alexan. ff. ſi cert. peta. & l. rei iudicatę. ff. ſol. matri. ita & eodemmodo cõpetit & competere debet huic Hypolitellæ filiæ per præallegata.
¶ Circa ſecundum ſimiliter dubi-
3 tari non debet, nam † promiſſio reſtitutionis dotiũ ĩtelligitur facta ſecundũ conſuetudinẽ loci, in quo factus fuit cõtractus, vt p Bar. ĩ l. ne

mo

mo eſt qui neſciat.ff.de duob.reis. Bal.in l.fi.in fin.ff.ſol.ma. in l.ita demum. §.j. ff.de procurato.Inno. in c.olim, de verbo.ſignifi. Abb.& Felyn.in c.cum M.in prin.de conſtitu.Alex.in l.poſt dotem. ff.ſolu.
4 matri. Sed talis † conſuetudo detrahendi tertiam partem prætij eſt notoria in loco,& hic eius probatio fuit incontinenti & in promptu oblatá, quo caſu etiam in exequutione debet admitti, vt per Bar. & alios in l.ſi de vi.ff.de iudi. gloſ. & Docto. in l. ij. C. de edict. Diui Adria.tollen.& in l.fi.eo.tit.Canoniſtæ.in c.ex parte.lo ij.de offic.de lega. & not.Ang.in conſil.155.in fin. Ergo recepta talis conſuetudinis verificatione quandoque illam pars aduerſa inficiaretur, debet omnino fieri dicta deductio tertiæ partis prætij bonorum, quæ in dotem data prætenduntur.

¶ Quò vero ad vltimum de legitima ipſius Hypolitellæ, ſimiliter videtur non poſſe negari, ex quo in proceſſu apparet, ipſam eſſe de de-
5 ſcendentibus dictæ Caterinæ † cui etiam quòd ſit de linea fœminina competit legitima, vt in §.fina.inſtitu.de exheredæ.liber.l.j.& l.mater.cum ſimilib.ff.de inoffic. teſta. l.quoniam nouella.C.eo.tit.& hoc in tantum procedit, vt nec ei imputandum ſit, quòd fuit pro dote matris ipſius Hypolitellæ promiſſum, per ea quę tangit Bartol. in l. poſt dotem. in quinta quęſtio. ff. ſolu.matrimo.cum in illa quantitate dicta Hypolitella vt hæres matris ſuccedat, cui fuerat in vita Caterinæ ius quæſitum, vt in his terminis concludunt communiter Doct.in l.in quartá.decima quæſt. ff.ad leg. Falcid. conſuluit Cuma. conſ.10.col.2.incip.tu aduertè. & Paul.de Caſt. in conſil. 350. & 251. Iacob.de Beluis.& Bald.in l.illam. C.de colla. Et propterea dictæ Hypolitellæ in dote dictę Catherinæ legitima aſſignari debet per deductionem à quantitate petita.

¶ Non obſtant duo, quæ in con-
6 trarium adducuntur. Primò, ꝙ † tales exceptiones peremptoriæ poſt ſententiam opponi non poſſint. l.peremptorias. C. ſenten. reſcin. nõ poſſ. Quoniam tales exceptiones & deductiones petitę non impugnant ſententiam, ſed modificant, quo caſu etiam poſt ſententiam opponi poſſunt. l.ex diuerſo. §.j.& l.rei iudicatæ. §.ſi in iudicio. ff.ſol.matri.Bar.in l.in fundo. vltima colum. ff.de rei vindi. in l. ſi filius.ff.quod cum eo.Bald.in l.exceptiones. de exceptio.

¶ Secundò non obſtat, quòd exequutio iam facta fuerit. Quia ad
7 hoc reſpondetur, ꝙ † fuit nulliter exequutum ſtante oblatione debiti iam facta antequam eſſet factũ appretium, vt ex actis apparet, per ea quæ dicit Specul.in tit.de ſolut.& liberat.§.j. & eſt text.in l.mulier.ff. quib. mod.pignus vel hypote.ſolui. per Aret.in §.in fraudem. inſtitu.de actio.

¶ Secũdò reſpon. ꝙ licèt fuiſſet exe-
8 quutũ † tñ exequutio fuit fcã poſtq̃

 dictum

dictũ fuerat de nullitate, per quod nihil debebat innouari. ca.j. vt lit. penden.cum ſimilibus. Et nullitas ſententiæ prædictæ eſt manifeſta: quia clarè patet de dictis iuribus & exceptionibus dictæ pupillæ competentibus, quæ non fuerunt deducta, & conſequenter dicta pupilla
9 extitit indefenſa,& † ſententia contra pupillum indefenſum eſt nulla, vt in l.j. C.ſi aduerſus rem iudicatam.not.in l.j.ff.quæ ſenten.ſine appella.cum ſimilibus.

10 ¶ Tertiò † aduerſus dictam ſententiam & prætenſam exequutionem eſt petita in integrum reſtitutio,& eſt facta oblatio quãtitatis, ad quã reſtitutionem in integrum pupilla eſt admittenda.l.in cauſæ.ff.de mi-
11 no. & † in materia oblationis poteſt mora purgari, multo fortius in integrum reſtitutio cõcedi. Bal. ĩ l.& ſi poſt tres.col.5.ff.ſiquis cautio.per tex.in l. ſi maior & in l.ſiue apud acta. C.de tranſactio.

¶ Quartò reſpondetur, ꝙ quamuis appretium deberet firmum re-
12 manere † tamen talis oblatio poteſt fieri in cauſa appellationis,per regulam.l.per hanc. C. de tempo. appella.& non poſita & non deducta poſſunt deduci, & ita in oblatione decidit D. Mathe. deciſ. 16.
13 vbi etiam dicit, ꝙ † quando iudici ex eodem proceſſu aliquid conſtat, debet ex officio de eo habere rationem,ſecundum Bart.in l. eum qui ita.§.qui ita.ff.de verbo.obliga.ſed liquidò conſtat, ꝙ tales exceptiones competunt Hyppolitellæ prædictæ ex eiſdem actis & in prõptu, vt eſt dictum,& oblatio fuit facta à principio, & in præſentiarum eſt factum depoſitum realiter, ſequitur ergo per ſacrum Regium conſilium de ipſis rationem haberi debere, & ꝙ eadem ad petita debeat admitti. Laus Deo.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra tenorem ſtatuti eſt nulla.*

2 *Agens in Regno abſque dotali inſtrumento dicitur agere abſque actione.*

3 *Cognitio legati debet fieri cum ſuis qualitatibus.*

4 *Decretum interpoſitum abſque cauſæ cognitione eſt inualidum.*

5 *Nullitas patens ex actis poteſt allegari poſt tres ſententias conformes.*

CONSILIVM XX.

1 QVòd † ſententia lata per Regiam Cameram ſummariè in fauorem Magnificæ Verdellæ Manſellæ cõtra Magnificum Ferdinãdum Barbatum nulla ſit,euidẽter videtur poſſe demonſtrari.Eſt enim lata contra tenorem ſtatuti municipalis, quo cauetur, ꝙ dos & quarta non poteſt peti ſine inſtrumento dotali, vt in conſuetu. dos & quarta, ſub titul.de iur. quartæ,vbi Neapoda. dicit ꝙ ius agendi fundatur ex
2 dotali inſtrumento , & † ideo agẽs ſine dotali inſtrumento, dicitur

agere

agere abſque actione, contra text. in l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſt. l. quoties. §. item ſi. ff. de administra. tuto. & per cōſequens debet ſequi ſententia abſolutoria ipſius conuenti, ſecundum Bart. in l. ita ſtipulatus. col. 19. & 22. ff. de ver bor. obliga. ca. examinata. de iudi. §. fin. inſtitu. de perpe. & tempor. præſcript. & debet eſſe publicum tale inſtrumentum ſecundum eundem Neapoda. in d. conſue. in verbo inſtrumento, per tex. in l. j. C. de dot. caut. non nu. Et ſic debet eſſe ſecundum formam conſtitutionis Regni, inſtrumentorum robur. cùm aliàs non eſſet inſtrumentum validum, per dictam conſtitutionem, ſed dicta Magnifica Verdella caruit & caret dotali inſtrumento, cum quædam cartula exhibita non poſſit dici inſtrumentum dotale publicum ſecundum formam prædictam, & ſic carebat iure agēdi, & conſequenter ſequi debebat abſolutoria ſententia dicti Magnifici Ferdinandi conuenti, cum ergo dicta Regia camera condemnauerit dictum Magnificum Ferdinandum ad dotem petitam, abſq; dotali inſtrumento, talis ſententia eſt nulla, contra tenorem dicti ſtatuti. tex. eſt in c. paſtoralis. ibi Abb. & alij de fide inſtru. not. Io. Andr. in additio. Specu. in tit. de exequut. ſenten. §. iuxta. verſic. nulla. & per Bar. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. vbi per alios ſcriben. Et ſi per dictam Magnificam Verdellam in legato vis fiat, adhuc non potuit taliter ſententia proferri per dictā

3 Regiam Cameram, cum † cognitio legati debuit fieri cum ſuis qualitatibus, vt in l. cum aliquis. C. de iure delibe. ibi Bald. l. legatarius. ꝓ parte. ff. de lega. j. ſed legatum dotium eſt ſuper maſſaria. Ergo ſuper maſſaria debuit fieri petitio & condemnatio, cū aliàs aliqua actio non competat, quinimmo ſecundùm Neapoda. vbi ſupra, etiam vigore legati non poteſt fieri petitio dotium, niſi ſecundum diſtinctionem per eum factam, quæ non videtur adaptari poſſe in hoc caſu.

¶ Nec prædictis obſtat, ꝙ vltra ſententiam etiam aliud decretum interpoſitum fuerit confirmatoriū, ac decernens, quòd ſententia exe-

4 quatur. Quoniam † tale decretum ſuit interpoſitum cauſa nō cognita, nec parte audita in nullitatibus allegandis, & ideo eſt inualidum. l. nec quicquam. §. vbi decretū, vbi Bar. & alij. ff. de offic. proconſul. in l. cum proponas. C. de bon. auto.

5 iud. poſſid. Quinimmo † quoniā talis nullitas ſuperius allegata eſt patens ex actis, ſequitur ꝙ etiam ſi eſſent tres ſententiæ conformes, ēt in ſententia Regia, adhuc poteſt dici de nullitate, & non fit exequutio ſententiarum. Ita tenet Salyce. in l. vnic. C. ne lice. tertiò prouoca. Ioan. de Imol. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. no. nuntia. & in l. ſi expreſſim. ff. de appella. Rapha. Cuma. & Modern. in l. 4. §. condēnatum. ff. de re iudi. Rom. conſ. 378. & Socyn. in conſ. 158. colum. ij. in fi.

in fi. ſecunda par. Ex quibus ſequitur, quòd talis ſententia, quæ petitur exequi non meretur executionem, omiſsis alijs quamplurib. nullitatibus, quæ patent ad oculum ex proceſſu. Cætera ſuppleant præſtantiſsimi Iudices, & Magnificus fiſci patronus cum pro ſuo intereſſe fiſcus non fuerit citatus nec auditus, & ſic nulliter proceſſum fuit, vt in l. de vnoquoque, cum ſimilib. ff. de re iudicata.

Io. Thom. Minadous I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Subingreſſio locum non habet in ſucceſſione collateralium de iure Longobardo.*

2 *Proximior in gradu potior in ſuccedendo.*

3 *Agnatio non cognatio attenditur de iure Longobardo.*

4 *Frater eſt agnatus, nepos ex ſorore cognatus.*

5 *Maritata & dotata à communi patre excluditur non ſolum à fratre ſed etiam ab alia ſorore in capillo exiſtente.*

6 *Perſona magis quàm res ipſa attendi debet.*

7 *Inteſtati in ſucceſſione attenduntur ſtatuta loci, vbi res ſitæ ſunt.*

8 *Statutũ Ferrariæ excludens fœminas exiſtentibus maſculis operatur excluſionem etiam quò ad bona exiſtentia extra territorium.*

CONSILIVM XXI.

IN reuiſione ſententię latæ contra Excellentem Iſabellam Ferrellam vltra ea quæ aliàs fuerunt adducta, ex quibus meritò debuit, & debet abſolui ab impetitione illorum de Geſualdo, probatum & verificatum eſt nuper, ꝙ in terra Molæ viuatur iure Longobardo, ſecundum cuius iuris diſpoſitionē (etiam circūſcripta tali probatione) in Regno iudicandum eſt, per conſti. Regni, incip. Puritatē. vbi And. voluit, ꝙ conſuetudo non excuſet, quin ius Lōgobardum ſeruari debeat, & idem in conſt. vt vniuerſis. verſ. item nota. qualiter, & per quæ iura idem in conſt. vt de ſucceſſionibus, & in l. Imperialem. in §. prætere Ducatus. de prohib. feud. alie. per Fed. & in prælud. feud. 3. quæſt. principali. Hoc ſtante præſuppoſito, ſine dubio dicendum eſt, quòd dicti de Geſualdo, neque vt matris hæredes, neque ex propria perſona poſſunt admitti ad ſucceſsionem quon. Lucretiæ Ferrellæ eorum matris, ſed ſolus excellēs Comes Muri tunc ſuperſtes ſucceſſerit. Primò,
1 quia † de iure Longobardo in ſucceſsione collaterali ſubingreſsio locum non habet, vt in l. ſi ſorores, & in l. ſi quis habuerit, de ſucceſſ. vbi Carolus ita declarat & tenet: & pro hoc ratio qua mouētur Docto. tenentes de iure ciuili, nepotē cum auunculo ſeu patruo concurrere

rerē

rere tanquam ſubingredientem in locum ac gradum patris ſeu matris, per tex.in §.cum filius, inſtit. de hæredi. quæ ab inteſta. defer. & in l.Gallus.§.nunc de lege. ff.de liber.& poſthum.cũ ſimilibus, hoc caſu penitus ceſſat. Et conſequenter nepos ab auunculo tanquã proximiore defunctæ de cuius ſucceſſione agitur, ab hoc iure excluditur. tex.eſt in Lombarda de ſucceſſio.l.prima.vbi Carolus dicit. Qui
2 † proximior eſt in gradu, potior in ſuccedendo, & propterea ſi tres eſſent fratres, quorum vnus deceſſit relictis filijs, & demum alter deceſſit fratre ſuperſtite, & illis nepotibus, ſolus frater ſuccedit.

¶ Secundò hoc idem probatur.
3 Nam † de eo iure attenditur agnatio, non cognatio, vt in d. l.ſi ſorores.& in l.pater.& ibi Carol. de ſuc
4 ceſ. ſed † frater eſt agnatus, nepos verò ex ſorore cognatus, vt in l.nõ facile.§.cognationis. ff. de grad. & in l.inter agnatos. ff. vnde legit.cũ ſimilibus, ſolus propterea dictus quon.Excell.Comes excluſis dictis nepotibus ſuccedere potuit dictæ Magnificæ Lucretiæ tanquam proximior agnatus.

5 ¶ Tertiò eodem iure maritata † & dotata à communi patre, non ſolũ à fratre, ſed etiam ab alia ſorore in capillo exiſtente excluditur, & deſcendentes ab ea, vt in l. ſi pater filium. & in d.l.ſi ſorores. eo. titul. & apparet ex Filingeria, in qua per Regni peritos dicitur, fuiſſe concluſum, quòd maritata à communi patre excluditur à fratris ſucceſſione, quod non in feudalibus tantum ſed etiam in Burgenſaticis locum habet, vt per gloſ. in conſtitu. vt de ſucceſſionibus, in verbo & coniugata, ſed Magnifica Catherina mater dictorum de Geſualdo fuit à communi patre dotata. Sequitur ꝙ tam ipſa, & ex eius perſona filij, quàm filij ex eorum perſona excluduntur per prævallegata.

¶ Nec prædictis obſtare videtur, ꝙ cum dicti de Ieſualdo ac dicta Domina Lucretia, de cuius ſucceſſione tractatur, iure communi viuãt & vixerint, ꝙ propterea nõ debeat haberi ratio eius iuris, quod viget in loco, vbi ſunt poſita bona, cum
6 † magis attendi debeat perſona quàm res ipſa, per ea quæ dicit Bal. in l.de quibus.ff. de legib. verſicul. quartò. facit tex.in l.libertus. §. ſola.ff.ad municip.l.muneri. §.præterea.ff.de mune.& hono. & in proprijs terminis videtur conſuluiſſe Signorel.in conſ.157.inci. Statuto ciuitatis. & Petr.de Ancha.in conſil.168. incip. viſis puncto. Nam ad hoc reſpondetur, communẽ opi-
7 nionem eſſe, quòd † in ſucceſſione inteſtati attendantur & attendi debeant iura ac ſtatuta loci, vbi res ſunt ſitæ, in quibus ſuccedi prætenditur. Ita tenet Petr. de Ancha. in repeti.c.Canonum ſtatuta.q.12. verſic.quæro iuxta prædicta. de cõſtitu.& tenet Bald. in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.& fide catho.in 11.col. & ibi hoc firmant Iacob, Cyn.& Gul.de Cune. & faciũt

dicta per Bar.in l.relegatorũ. §.interdicere. ff.de interdict. & relega. & conſuluit Corne.in conſil. 147. volu.3.col.2. vbi dicit, hanc eſſe commu.opinionem, & latè iſtud confirmat in proprijs terminis Albert. Brun.in tracta. ſuo de ſtatu. excluden.fœmi.à ſucceſſio. in j. q. col.3.& 7.articulo 6.vbi dicit,hanc eſſe communem opinionem, reprobata opinione illorum,qui faciebant differentiam, an ſtatutum loqueretur in rem vel in perſonã: quia licèt perſona mulieris à ſucceſſione excludatur, effectus tamẽ eſt in rem, & reſpiciuntur bona ipſa, in quibus ſuccedendum eſſet. Et propterea etiam forenſes ſub tali diſpoſitione includuntur, argu. l.cum pater.§.donationis. ff. de lega.ij.l.ſeruo legato. §.ſi teſtator.ff. de lega.j.l.an in totum.ff.de ædifi. priuat. per Paul. de Caſt.in l.inter debitorem.ff.de pact.Bald.in l.etiã col. fina. C. de exequutio.rei iudi. Bald.in l.ſi arrogator. ff.de adopt. Et propterea attento iure illius loci, in quo bona ſunt ſita, ſine dubio dicti de Geſualdo à ſucceſſione prædicta ſunt excluſi.

¶ Quinimmo alia etiam ratione videtur ipſos de Geſualdo fore excludendos. Nam conſuetudo Neapolis, quæ excludit ipſas fœminas & deſcendentes ex eis, vt in cõſuet. Si moriatur,& ibi Neapod. in verbo,ipſi ſucceſſores, non modo videtur, quòd locum habeat in bonis ſitis in ciuitate,verum etiã quò ad bona extra diſtrictum poſita, & conſequẽter à dicta gabella Molæ, per illud quod notabilitet voluit Cald.in conſil.34. in tit. de teſta. quòd † ſtatutum Ferrariæ excludens fœminas, exiſtentibus maſculis, operatur excluſionem etiam quò ad bona ſita extra territoriũ: quia cum priuentur potentia conſequendi vniuerſale, priuantur & potentia cõſequendi particularia, licèt non poſita ſub iuriſdictione ſtatuentium,argu.l.ſiquis cum totum.ff.de except.rei iudi.tenet Bal. in d.l.cunctos populos. in 30. col. quod maximè procedit in terminis noſtris,cum conſuetudo loquatur in perſonam potius quàm in rem, quo caſu eius effectus extenditur etiam vltra diſtrictum, iuxta not. per Bar. & alios in authen.ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem. in l. omnes populi. ff.de iuſti.& iur. & in d. l. cunctos populos.& in l.is, cui bonis. ff. de verb.obliga.& per Abba.in c.cum contingat, de iureiur.& Neapoda. in cõſuetu. ſi moriatur. in ver. in bonis.Cum igitur conſuetudo excludat à ſucceſſione, & ſic ab vniuerſali, eius effectus extenditur ad particularia, etiam extra diſtrictũ poſita.Ita quòd ſiue conſideremus iura loci, in quo ſunt ſita bona,ſiue iura perſonarum & defunctæ, & eorũ qui ſuccedere prætendunt, concludendum eſt, filios ſororis ab auunculo fuiſſe excluſos.

Ioan. Tho. Minadous.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Exceptio iuriſiurandi impedit litis ingreſſum.

2 Renunciatio facta contemplatione fratrum, an ipſis ceſſantibus amplius opituletur.

3 Iuri de futuro pacto renunciari poteſt.

4 Filia ſimpliciter renuncians, præſumi renunciationem fratrum contemplatione factam.

5 Agnatus ſi per pactum renunciat iuri ſuccedendi videtur ſe excludere à numero agnatorum.

6 Iuri de futuro pacto renũciari poteſt, ſiue ſpem de præſenti habeat, ſiue non.

CONSILIVM XXII.

NVlli dubium eſt nũc tractari de ſuccedendo ab inteſtato deſcẽdenti ex linea Magnifici Bernardini Malda, cui ſucceſſioni mediãte iuramento renunciauit Magnifica Beatrix, quæ nunc agit, vt patet per verba illa (iuribus & ſucceſſionibus paternis, maternis, fraternis & auitis vtriuſque & dotibus maternis ac ſucceſſionibus quibuſcunque ſibi deuolutis & deuoluendis tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, tam ex linea paterna & materna, quàm fraterna & auita vtriuſque) Et ſic † obſtat ſibi exceptio iu-
1 riſiurandi, ac carentiæ actionis. ca. quamuis. de pactis in 6.

2 ¶ Nec dicatur, ꝙ † iſta renunciatio videtur facta contemplatione fratrum, ergo ipſis ceſſantibus renunciatio non opitulatur, vt per Bal. & Saly. in l. pactum, quod dotali. C. de colla. vbi Decius in 5. limitatione cumulat omnes tenẽtes hanc opinionem. Quia primò reſpondeo, quòd dicta Docto. procedunt, quando fratres eſſent mortui ante patrem. Et ſic non videatur patrem voluiſſe filiam renunciantem excludi, ſi moreretur ipſe pater ſine filijs, ſecus tamen eſt in caſu iſto, in quo pater mortuus fuit, & ius fuit quæſitum fratribus, & ſic effectus ipſius renunciationis fuit ſequutus, quo caſu quamuis ipſi fratres mortui demũ fuiſſent, durat tamen effectus renunciationis. Ita declarat poſt alios per eũ relatos Deci. in conſ. 31. col. 3. verſic. Tertiò non obſtat, & ſubtilius eo tacito firmat Crot. in repeti. l. ſtipulatio hoc modo concepta. col. 12. ff. de verb. obliga.

3 ¶ Secundò reſpondeo. Nam † hic interuenit pactum reale, & renunciatio iuris de futuro, vt ex lectura contractus apparet, quo caſu etiã ſi iuramentum non interueniſſet, prout interuenit, potuit iuri de futuro renunciari. l. prima. vbi gloſſ. & doct. C. de pact. firmat Deci. vbi ſupra in verſ. ſecundò non obſtat. Ac etiam interuenit Aquiliana ſtipulatio, & per conſequens licèt ceſſauerit cauſa renunciationis, ita ꝙ fratres, vel illi quorum contemplatione fuerit facta, eſſent mortui,

non

non tamen poterit ſoror ad ius re nunciatum & deductum in pactũ reuerti. Ita eleganter declarat Lud. Roma. in conſ. 22. in ſecundo dubio. quem ſequitur Anto. de Alex. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta: ff. de verbor. obliga. & Angel. de Perigl. in l. qui ſuperſtitis: ff. de acqui. hære. Et ita reperio ꝙ cõſuluit ſubtilis Socyn. in conſil. 34. verſ. ſed prædictis videtur obſtare. volu. 4. vbi conſiderat vnũ ſatis ad propoſitũ. Nam dicit ipſe, ꝙ id quod
4 dicitur † præſumi, contemplatione fratrum factam renunciationẽ, eſt quando ſimpliciter filia renunciauit, ſed quando exprimitur cauſa, tunc non habemus recurrere ad coniecturas, vt in caſu ſuo: quia pater fecit filiam renunciare contemplatione dotis promittendæ, quæ ratio formalis eſt in caſu noſtro: quia in inſtrumento exprimitur, ꝙ Beatrix habens reſpectum ad dotem receptam, & conſiderans ſe dotatam de paragio &c. liberauit, abſoluit, quietauit, pactum fecit & renunciauit. quod conſilium rogo videatur: quia factum fuit pro deciſione huius caſus, & vltra Socyn. hoc per prius ſcilicet, quòd deciſio Bald. in d. l. pactum, & aliorum procedat in caſu dubio, non autẽ quãdo ex contractu poteſt apparere cauſa, conſuluit Alex. in conſ. 29. col. ij. volu. 3.

¶ Accedat elegans deciſio Neapo. in conſue. prima de iur. congrui, in verb. emit. col. fin. verſi. ſic etiã, vbi dicit hæc formalia verba. Sic
5 etiam dicimus, ꝙ † quando agnatus per pactum renunciat ipſi iuri ſuccedendi, videtur ſe excludere de numero agnatorum, & ſic videtur actum, vt nunquam poſſit ſuccedere. ff. de ſucceſſo. edict. l. j. §. quibus. ideo dixit Aretin. in l. j.
6 col. iij. C. de pact. ꝙ † per pactum poteſt renunciari, non ſolum iuri de futuro, quod habet cauſam & ſpem de præſenti, ſed etiam iuri de futuro, quod nec cauſam nec ſpẽ de præſenti habet, quantò magis quando eſt ſpecifice renunciatum, vt eſt caſus noſter, ſcilicet in illis verbis. Deuoluendis ex linea &c. Idem eo tacito firmat Anton. de Alex. ibi. Et quòd hoc ſit verum oſtẽdo. Nam renunciatum eſt ſucceſſionibus deuoluendis ab inteſtato, ſed ſic eſt, quòd non poteſt eſſe ſucceſſio in futurum ab inteſtato ex cauſa de præſenti, ergo renunciatio intelligenda erit ex cauſa de futuro. Ita arguit Socyn. in conſil. mihi 288. in fin. ad quem me remitto, & hoc poſſem pluribus cõprobare, quæ multi repetentes dicunt in d. l. j. & per Iaſ. in l. qui cum tutoribus. col. ij. ff. de trãſactio. ſed quia
* iſta eſt magis * cõmunis opinio, & Domini iudicantes ſunt Excellentiſſimi viri, ea prætermitto. Videtur igitur mihi concludendum, quòd ſtante pacto reali de non petendo, & renunciatione tam ampliſſima, quòd nullatenus Beatrix ipſa poſſit obtinere, & hæc currenti calamo perſcripſi.

Ioan. Tho. Minadous.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio nec actio ante diei euentum naſcitur, fallit vbi dies ineſt ex natura contractus.num.2.*

3 *Actionem tunc incipere, cum per rerũ naturam res præſtari poteſt.*

4 *Stipulatio ex præſenti tempore uires capit.*

5 *Actio nata dicitur, etſi ex illa actione petitio dilationem recipere debeat.*

6 *Res vna & eadem duobus inſolidũ non acquiritur.*

7 *Stipulatio habens tempus ſubintellectum à lege, per lapſum illius debitor conſtituitur in mora.*

8 *Solutum ante euentum diei non repetitur.*

9 *Principaliter quod in ſtipulationem deuenit, conſiderandum eſt.*

10 *Dies ſi impedit actionem tanquã cauſatum, poteſt etiam impedire obligationem, quæ eſt cauſa.*

11 *Obligatio poteſt eſſe ſine actione.*

12 *Inducta in augmentum non debent operari diminutionem.*

13 *Intellectus. §.cum ita.l.continuus.de verb.oblig.*

CONSILIVM XXIII.

Qværitur, an filio ſit ius q̃ſitum in feudo, quod eſt ſtipulatum à patre ſibi & filio. Et videtur nullum ius ſeu nullam actionem filio in vita patris quæſitam ex eo quòd ad diem incertam, ſcilicet poſt mortem pa-
1 tris ſtipulatio relata eſt † quo caſu ante diei euentum nec actio nec obligatio naſcitur, cum incertum ſit quando pater moriatur. Ita videtur tenere glo.in l. in omnibus. ff.de regu.iur.Dyn.in l.ſi pupillus. §. qui ſub conditione. ff. de noua. Bar.in l. ita ſtipulatus. in ſecunda quæſtio.ff.de verbor.obliga. Imol. in d.l.ſi pupillus.§.pen.ff.de noua. Paul.de Caſtr.in l. ſtipulatio iſta. §. incertam, & in l.quodcumque. §.pen.ff.de verbo.obliga. Et videtur tenere Saly.in l.j.C.vt ab hære. & contra hęred.Proptereaq́; Clau. Seyſell.in d.l.ita ſtipulatus.col.fin. dixit, ꝙ quãdo quis ſtipulatur poſt mortem ſuam hæredi ſuo, cõcurrit tempus & diuerſitas perſonarũ. Itaque licèt non poſſit ex appoſitione diei impediri natiuitas obligationis, ex diuerſitate tamen perſonarum impeditur, vt per ipſum. ¶ Ad hoc tamen poterit reſpõderi verius eſſe, ꝙ in caſu, de quo agi
2 mus, cũ † dies ex natura cõtractus ineſt & ſubĩtelligitur à lege, ſ. poſt mortem, quãuis incertus ſit, oriat̃ obligatio & actio, aut ſaltem obligatio, & ſic ius quæſitum ſit ante euentum temporis ſeu diei, & ſic in vita patris. Et ꝙ ſit nata obligatio & actio videtur apertè probari per tex.in l.interdum. ff. de verbo.
3 obliga. vbi † tunc incipere actionem dicitur, cum per rerũ naturã res præſtari poſſit, quaſi illud impediat actionem incipere, ꝙ neq; illud qđ ĩ vtero eſt naturaliter p̃ſtari poſſit cũ ſtipulat̃, neq; fructus futuri in rerũ natura exiſtãt, iõq; actio

nõ incipit. Vbi igitur res deducta in ſtipulationem, ac is cui promittitur, iam in rerũ natura exiſtant, à ceſſante ratione impeditiua, probat ille tex. actionẽ incipere, nam etſi poſt mortem petitio ac exercitium actionis conferatur, verũ eſt tamen rem deductam in ſtipulationẽ, cum ſtipularetur in rerũ natura exiſtere, ac præſtari potuiſſe, niſi effectus præſtationis in aliud tempus dilatus fuiſſet, & ſic per illum tex. fundatur hæc opinio, nõ vti allegant cæteri contraria.

¶Hoc idem & ſecundò fundatur clarè per id, quod ſuperius ẽt dictũ
4 fuit, ꝙ † ſtipulatio ex præſenti tpe vires capit. l. vſufructus. ff. de ſtipula. ſeruo. cum itaq; nihil impediat eo caſu poſſe actionem acquiri ex ſtipulatu ante diei euentum. Ergo erit actio quæſita, licèt petitio ex illa actione ad tempus à lege ſubintellectũ cõferatur, vt in d. l. vſufructus. arg. l. præcipimus. C. de appel
5 la. Nam non eſt ĩnconueniens † vt nata ſit actio & obligatio, licet petitio ex illa actione dilationem aliquam recipere debeat, iuxta tex. in l. qui filium. vbi pupill. educ. deb. quẽ ad hoc declarat Por. ĩ §. oĩum. inſtitu. de verbo. oblig. l. nec ſi. §. ſi in habitatione. ff. qñ dies lega. ced. l. ſi pęnam. ibi Bar. Imo. & Ale. ff. de ver. obl. Abb. in c. fi. de præcar. l. ſi quis filium. ff. de colla. bono. Alex. in l. j. §. item ſi ita, col. ij. ff. ad leg. Falci. & tradit Deci. in d. l. ĩ oĩbus. Petitio igitur, ideſt exequutio illius iuris proſequendi eſt ſuſpenſa ad diei euentũ, non ipſum ius ſeu actio cũ nihil ſit, ꝙ illã impediat.

¶ Hoc idem & tertiò ad propoſitum noſtræ quæſtionis firmatur. Nam ratio, quare poſt mortem ſtipulatus filio videtur, qui ſibi & filio ſtipulatur, ea eſt, quòd pater ſibi prius proſpexiſſe videtur, nec
6 † vna & eadem res duobus in ſolidum acquiri poſſet, arg. l. ſtichũ. §. quæſitum. l. ſi vt certo. §. duobus vehiculum. ff. commoda. ſed hæc ratio actioni quęrendæ nõ reſiſtit, cum & ſi vnus Dominus rei fuerit, alius ad eandẽ rem actionẽ habere non prohibeatur. l. iij. §. ſi rẽ. ff. de lega. iij. l. debitor. ff. de lega. ij. cum ſimilib. maximè cũ de actione prĩcipali loquimur. Ergo neceſſariò dicendũ eſt, ꝙ illa ſtipulatio pura ſit reſpectu acquirendæ obligationis & actionis, nec aliqua ſubintelligatᷓ dies niſi reſpectu effectus ac conſequutionis rei, qui effectus & cõſequutio ab ipſa actione differt, vt ꝑdixi, põtq; ſeparatim ab ea cõſiderari, vt d. l. cedere diẽ. de ver. ſig. 7
Et ꝓpterea in hac q̃õne non vr̃ diſcutiẽdũ eſſe, an naſcatur actio, cũ in diem incertã facta ſit ſtipulatio: q̃a & pura eſt ſtipulatio, nec aliqua incertitudo reſpectu obligationis nec actionis, niſi tantũmodo quò ad ipſum rei cõſequẽdæ effectũ. Et ad hoc rectè facit illa diſtinctio facta p Bar. an diſpoſitioni dies eſſet appoſita, an tm̃ exequutioni, ĩ l. talis ſcriptura. ĩ fi. de le. j. ĩ l. j. col. ij. ff. de cond. & demõ. l. muto. §. ſub cõdõne. ff. de tut. l. itẽ q̃a. ff. de pact. & ibi

ibi Alex. & alij in l.ita demum. ff. de arbitr. Et hæc opinio in quæſtione communiter per tractata, ꝗ actio & obligatio naſcatur, non ſine magna auctoritate fulcitur. Nam illam tenuerunt omnes gloſ. vt refert Bart. in d.l.ita ſtipulatus. & Azo in §. poſt mortem. inſtitu. de inutil. ſtipula. & Andre. de Pyſis. & Bartholom. de Prato, & quá plures ex antiquis relati per Alberic. in l.ſtipulationes non diuidun tur. ff. de verbor. obliga. & in d.l.j. C. vt actio. ab hæred. & contra hære. & per hæc ceſſat oppoſitio, & concluſio noſtra firma remanet.

¶ Aut dicemus obligationem tantum naſci, & adhuc remanet fundata intentio, quòd ius ſit quæſitũ filio in vita patris, & propterea veniat in collationem, iuxta terminos. d.§. imputari. Et quòd ſit obligatio nata ante euentum diei & temporis, vltra argumenta communia, rectè facit tex. in l.ſi inſulá.
7 ff. de verb. oblig. vbi † in ſtipulatione habente tempus ſubintellectum à lege, per lapſum temporis debitor in mora conſtituitur, ſed ſi antea nata non eſſet obligatio, ſequeretur ꝗ eodem momento, & obligaretur, & in mora conſtitueretur, quod eſt inconueniens, vt per Bar. in l.quoties. ff. de verb. obl. Vnde neceſſe eſt dicere, quòd antea erat nata obligatio.

¶ Pręterea, hoc etiam euidenter demonſtratur per tex. in l. nam & ſi.
8 cum ſeq. ff. de condi. inde. vbi † ante euentum diei ſolutum non repetitur. Quòd ſi nulla eſſet nata obligatio quis dubitat repetitioné fuiſſe conceſſam. l.ſi ſub conditione & l. ſi ſic. eo. tit. Ergo licet actio non naſcatur, negari nõ poteſt quin obligatio ſaltem nata ſit.

¶ Nec obſtant in cõtrarium adducta. Primò ratio illa Bar. de ĩteruſurio medij temporis: quia illa reprobatur per Bal. & Cuma. in d.l. ita ſtipulatus. & per Roma. in l.ſi conſtá
9 te. §.j. ff. ſol. matr. cum illud † quod principaliter in ſtipulationem deuenit conſiderari debeat. Non ob-
10 ſtat ratio Iaſo. ꝗ † ſi dies impedit actionem tanquam cauſatũ, poſſit ẽt impedire obligationé quę eſt cã. Nam ad hoc multipliciter rñdet. Primò, ꝗ dies impedit actionem: quia reſpicit conſequutionem, vt prædixi, non autem reſpicit ſubſtá tiam ſtipulationis, & propterea licet impediat vnum, non impedit alterum, & ſic eſt alia ratio in vno q̃ in alio. Secundò rñdetur, prout rñdet Deci. in d.l. in oĩbus. Quod actio in hac materia differt ab obligatione, vt patet ĩ die expræſſa, quę impedit actioné, nõ tñ impedit natiuitaté obligationis. d.l. cedere dié. Nec eſt dñia inter tacitam & expręſſam diem: quia ſi expreſſa non impedit, fortius nec tacita debet impedire. l. ité quia. de pact. vbi gloſ.

¶ Tertiò rñdetur, ꝗ immo cã põt eſſe ſine cauſato ſubſtãtialiter cõſi-
11 derata, nõ vt cã. Nam † põt eſſe obligatio ſine actione, vt ꝑdixi, quãdo dies eſt expreſſa. Declarat Bart. in d.l. ita ſtipulatus, & patet ex tex.

in l. ſi tutor reipublicæ. ff. de tu. l. 3. §. hanc ſtipulationem. ff. rẽ pupill. ſal. for. & not. in l. iuriſgentium. §. quinimmo. ff. de pact. & text. in d. l. vſufructus. ff. de ſtipula. ſeruor. & in l. ſi is qui. ff. de condi. indebi. & in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. cum ſimilibus. Ergo licèt actio nõ naſcatur, non ſequitur obligationem impediri. Non obſtat ratio Claudij, quòd cum tempore concurrit diuerſitas perſonarum, & propterea poſſit impediri natiuitas obligationis. Quia ad hoc reſpondetur, q; iſta ratio iure non probatur, nec diuerſitas perſonarũ debet impedire, cum multiplicatio perſonarum ſit ad multiplicandum & augendum obligationem. Vnde ſi diceremus obligationem
12 impediri ſequeretur, q; † inducta in augmentum operarentur diminutionem, contra tex. in l. quod fauore. C. de legibus. & l. nõ omnis. ff. ſi cert. peta. cum ſimilibus.

13 ¶ Non † obſtat vltimò tex. in l. cõtinuus. §. cum ita, quẽ ponderant Areti. & Deci. quòd confeſtim obligatus eſt. nam illum text. intelligere oportet, quòd obligatus eſt cum effectu, vt peti poſſit, nam antea iam deberi dicebatur, & etiam ſolui poſſe, ſed non peti. Vnde dicendo confeſtim obligari, intelligendum eſt vt peti poſſit. Non erit igitur amplius illa obligatio in diem ſuſpenſa, petitionem habẽs, ſed erit effecta talis vt petitionem incontinenti habeat. Et hanc opinionem, quòd obligatio nata ſit defendit eã latè Alberic. qui recenſet omnia fundamenta in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. Et eam dicit eſſe communem Iaſ. poſt Alexand. in l. interdum. ff. de verbor. obligatio. & communem etiam atteſtatur Andre. Alciat. in d. l. cedere diem.

Ioan. Tho. Minadous. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 Iudex appellationis non poteſt pronunciare de his de quibus coram eo agi non poteſt.

2 Agi non poteſt de rebus ſecularibus coram eccleſiaſtico.

3 Priuilegiũ debet ſtrictè interpretari.

4 Appellatur regulariter de iure ad eũ, à quo is qui iudicauit immediatè fuit deputatus.

5 Ratio vbi diuerſa, eadem non ſit determinatio.

CONSILIVM XXIIII.

CVm ſatis abunde ac ſubtiliter per Magnificũ Conſulentem omnis in hac re ſublata ſit difficultas, ac fundata intentio Magnifici Ferdinãdi Zacconi, fruſtra aliquid ad id addẽdũ puto. Quò tamen non ingratus videar eius deſiderio, hanc ego ſententiam confirmo per id, quod notabiliter decidit Guid. Pap. in deci.
1 ſuis. 436. q. 73. Quod † iudex appellationis non poteſt pronuntiare in his, de quibus coram eo agi nõ poteſt, & adducit auctoritatẽ Inn. in ca.

in cap. licèt de foro compe. Sicut
2 † enim de rebus ſecularibus corã
eccleſiaſtico agi non poteſt, ita etiã
nec poſſunt de illis cauſis appella-
tiones deferri. Sed Ill. Princeps de
cauſis occurrentibus in nundinis
nõ poteſt cognoſcere, & eſt omni-
no incompetens. Ergo etiam de
ipſis cauſis appellationes recipere
non poteſt. Nec obſtat, quòd inde-
finitè in territorio dictæ ciuitatis
iuriſdictio competat in appellatio
nibus. Quoniam illa indefinita ſeu
vniuerſalitas, debet reſtringi & ſtri
ctè interpretari, & vltrà allegata
per Magnificum Conſulentẽ, iſtud
3 eſt priuilegium † quod debet ſe-
cundum naturam priuilegiorum
ſtrictè interpretari. l. ſi quando. C.
de inoffi. teſta. gloſ. in c. j. de conſti
tu. in 6. l. ex facto. ff. de vulga. & pu
pilla. & not. in l. fina. ff. de conſti-
tu. Princip. Item eſt in præiudiciũ
ordinariorum officialium iuriſdi-
ctionis, cõſtitutorum per Regem,
ſcilicet Regiæ audientiæ & magnę
Curiæ Vicariæ, ad quam ſeu quas
ſpectant de iure conſtitutionum
Regni appellationes. vt in conſti-
tu. Iuſtitiarij nomen & normam,
& propterea debet fieri reſtrictio &
ſtricta interpretatio. iuxta not. in
c. cum dilectus. de reſcript. in cap.
cauſam quæ. eod. tit. per Bal. Ang.
& Iaſo. in d. l. fi. Cumq; priuilegiũ
poſſit verificari ĩ appellationibus,
quæ reſultant in cauſis, quarum
cognitio in prima etiam inſtan-
tia ad ipſius Principis iuriſdictio-
nem ſpectat, non debet extendi ad
hunc caſum, ad hoc ut quanto mi
nus poteſt per priuilegium à iuris
diſpoſitione recedatur. l. ij. C. de
noxa. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil.
publi. & in l. fi. C. de indict. viduita.
toll. & in c. cum dilect. de conſue-
tu. cum ſimilibus.

¶ Nam hic caſus eſt magis clarus,
quòd poſſit cognoſcere de appel-
lationibus à ſententijs ſuorum of-
4 ficialium, cum † regulariter de iu-
re appelletur ad eum à quo is qui
iudicauit fuit immediate deputa-
tus, vt in l. j. §. pen. & in l. Imperato
res. ff. de appella. l. j. C. qui pro ſua
iuriſdictio. not. in l. j. ff. quis & à
quo appell. gloſſ. in c. is cui. de offi.
delega. in 6. & in c. ſuper epiſcopo-
rum. §. porrò. eo. ti. licèt ſecundum
aliquos ſit in hoc differentia inter
ius Canonicum & Ciuile, vt refert
Angel. de Aret. in d. l. j. ff. quis & à
quo. & Ludouic. de Roma in l. j. ff.
de oper. no. nuntia. not. in authen.
adhæc. & in l. à iudice. C. de iudi.
Et propterea debet ad illos caſus
priuilegium porrigi, non ad appel
pellationes ex his cauſis reſultan-
tes, quæ ſunt penitus exemptæ à co
gnitione & iuriſdictione ipſius
5 Ill. Principis, nec † debet eadem
determinatione priuilegij comple
cti, cum in eis diuerſa ſit ratio, ar-
gum. l. nam hoc iure. ff. de vulga.
& pupilla. l. inter ſtipulantem. §. ſa
cram. ff. de verb. oblig. Laus Deo,

Io. Thom. Minadous I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt, donare vel conſentire donationi.*
2 *Votum captandæ mortis quando non inducatur.*
3 *Teſtandi facultas libera tollenda non eſt.*
4 *Hæreditas pacto dari non poteſt.*
5 *Vtile per inutile vitiari non debet.*
6 *Clauſula, ſi quod ago non valet vt ago &c.*
7 *Iuramentum appoſitum ſuper actu ultimæ voluntatis facit illum irreuocabilem.*
8 *Pactum de hæreditate viuentis quã do valeat.*
9 *Diſpoſitio l. fi. C. de pact. in quo pacto locum habet.*

CONSILIVM XXV.

¶*Caſus. Frater donat omnia & quæcunque bona, ſucceſſiones, excadentias, paternas, maternas, auitas &c. conſenſit mater quò ad dotes ſuas & bona ſua, pro parte competitura Ferdinãdo, & promittit illam donationem habere ratam, gratam & firmam, & non contrauenire, & iurat. An mater reuocando conſenſum per ſolenne inſtrumentum poſſit illam donationem inualidare tanquam factam de hæreditate viuentis. l. fi. C. de pact.*

PRo Franciſco Mirteo adducuntur iſta. Et primò,
1 ꝙ † ſicuti iſta donatio ſi principaliter facta fuiſſet à conſentiente valuiſſet irreuocabiliter, ita debet valere ab alio principaliter facta illa conſentiente irreuocabiliter. iuxta tex. in l. ſicut. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hypote. ſolui. cap. j. §. prętorea. quib. mod. feud. amitta. cum ſimilibus. Quòd autem iſta donatio principaliter fieri potuiſſet à conſentiente irreuocabiliter, iuxta tex. in l. ſicut, probatur prout arguit Alex. in d. l. fi. à ratione ceſ-
2 ſante. Primò † quoniam non inducitur votum captandæ mortis, ex quo ſemel conſenſit & approbauit perſonas, cum quibus paciſci
3 tur. Secundò † quoniam non eſt ſublata libera teſtandi facultas, iuxta nota. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verbor. obligatio. & iſtæ rationes ita ceſſant in caſu propoſito, quando conſentit, ſicuti quando principaliter contrahit. Nam ſemel conſenſit, approbauit partes paciſcentes. ca. ſemel malus. de regul. iur. in 6. Neque dicatur, ꝙ debet perſeuerare in conſenſu, aliàs eſſet cõtra bonos mores: quia ſequeretur ꝙ nec principaliter diſponendo irreuocabiliter obligaretur, quia ſecundum iſtam opinionem irreuocabiliter obligari eſſet contra bonos mores, iſtud eſt falſum, ergo oppoſitio falſa. Et ſi dicatur, quare requiritur in l. fina. quòd duret conſenſus? Reſpõdeo, ad hoc ne priuetur libera teſtandi facultate. Et ſi replicatur, ꝙ diſpoſitio d. l. fi. habet etiã locum in particulari diſpoſitione. Fateor quò ad hoc, ne contractus de rebus viuentis

tis

tis factus ſine eius cõſenſu valeat. Sed quò ad hoc vt conſenſus duret, eſt ratio, defectus poteſtatis teſtandi. Quia cum nec ipſe principaliter diſponendo facere potuiſſet irreuocabiliter, d.l.ſtipulatio, ita nec conſentiendo ſimpliciter. Et ſi contra prædicta diceretur, ꝙ immo pactum de viuentis hæreditate, quò ad partem, non valet etiã cum conſenſu eiuſdem inreuoca-
4 biliter, quia † pacto hæreditas dari nõ poteſt.l.hæreditas.C.de pact. conuen. iſtud eſt falſum in terminis noſtris: quia ſequeretur, ꝙ limitatio communiter aſſignata in d. l.ſtipulatio hoc modo concepta. eſſet falſa, quod eſt falſum, per ea quæ ibi dicuntur. Et qualiter intelligatur illud quod dicitur in l. hæreditas. item contrarium Alex. in conſil.28.incip.ponderatis, in 3.volu. Et poſt multa videtur Decius concludere in conſil.184.præterea in caſu noſtro non datur ſolum per nomen hæreditatis ſed per nomen iuris, per nomen bonorum,
5 per nomen dotium. Ergo † vtile per inutile &c. Maximè ſtante iu-
6 ramento, ſi † quod ago non valet vt ago &c. cogita.

¶ Secundò adducitur, ꝙ diſpoſitio dictæ l. fi. non habet locum in caſu noſtro. Quoniam ille tex. loquitur ꝙ perſeueret in conſenſu, & ſic ꝙ det licentiam diſſentiendi qñ conſenſus ſimpliciter adhibetur, ſecus ſi vltra conſenſum ſequitur ſtipulatio, quę habet vim principalis diſpoſitionis, & ſumus in parte bonorum, non in toto. Immo in eo in quo eſt ſublata libera teſtãdi facultas ex diſpoſitione ſtatuti ſeu conſuetudinis, cum non poſſit diſponere niſi de decima, & hoc maximè quoniam adhibitum eſt iura-
7 mentum, quod † iuramentum appoſitum etiam ſuper actu vltimæ voluntatis, particulariter iurando non contrauenire, facit actum irreuocabilem, ſecundum opinionem Bar. in l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad Treb. Et ideo voluit Neapoda. in conſuetu.ſi qua moriens. in verbo tantum, quòd licet.l.qui ſuperſtitis.ff. de acqui.hæredi.conſenſus præſtitus ſit reuocabilis & det pœnitentia. Tamen hoc non habet locum ſi iuretur non contrauenire. Et ſi dicatur, tale pactum cum iuramento non ſeruatur, vt conſuluit Petr. de Anch.conſ.404.& Pa. de Ca. omnia iſta cõtraria loquuntur quando paciſcuntur ſine conſenſu viuentis, vel cum conſenſu ſimplici & reuocabili, non autem quando ipſe conſentiẽs iuret non contrauenire. Et faciunt quæ not. per Corſet.in rubri. de iureiur. Et ſi diceretur quòd pro forma requiritur in illa lege perſeuerantia in conſenſu, quoniam iſtud non videtur probari per illum tex. & iſto caſu quoniam aſtrinxit ſe ad conſentiendum, & diſſentire non poteſt, id dicitur conſentire. Vel & ſecundò, perſeuerantia requiritur ad illum finem: quia pactum eſt de toto, ne ſe ipſum priuet facultate teſtandi, & cum teſtari vellet re-

periret

periret ſe excluſum, ideo datur diſſenſus à pacto, vt ſupra dixi, ſecus in particulari.

¶ Tertiò adducitur, quòd diſpoſitio d.l.fi. requirens conſenſum in pacto, habet locum vt approbatione partis excludatur votum captãdæ mortis, ſed † quotieſcunque paciſcentes non mouentur abſolutè ad paciſcendum, de hæreditate viuentis, ſed cum alijs adiunctis, iſto caſu valet pactum de hæreditate viuentis, etiam ſine illius conſenſu. tex. eſt in l. ij. §. illud. C. de hæredita. vel actio. vendi. reſpondit Angel. Areti. & Rom. ſed in caſu noſtro iſti paciſcentes non ſunt moti abſolutè ad paciſcendum de hæreditate viuẽtis: quoniam hic vult donare omnia iura ex hæreditatibus ſibi obuenta & obuenienda, tã matris quàm patris, ſororum, auorum vtriuſque ſexus, ergo non inducitur illa ratio. l. fin. & per conſequens etiam ſine ipſius conſenſu potuiſſet donare. Et ſi conſenſit: quia non ſumus in caſu illius legis permittentis diſſenſum, non poterit diſſentire. Sed ad hoc poſſet reſponderi, ꝙ ille tex. loquitur ratione vniuerſitatis bonorum, vt hæreditatis, ſed poſſet replicari, quòd immo text. ibi facit fundamẽtum, in expreſſione particulari illius iuris & hæreditatis, ſeu in particulari intentione reſpectu illius hæreditatis.

8

9 ¶ Quartò † & vltimò adducitur, quòd diſpoſitio d. l. fina. habet locum in pacto de ſuccedendo principaliter inito, ſed in caſu noſtro ſumus in pacto de non ſuccedẽdo, quod firmatur iuramento, & non requiritur conſenſus viuẽtis. Nam in caſu iſto principaliter eſt ceſſio, renunciatio, refutatio, donatio, quæ mouetur ab eo qui non vult ſuccedere, & licèt ſit in fauorem alterius, qui debet ſuccedere, & ſic adiectum pactum. Tamen principalis motus animi illius renuntiantis. Ideo diſpoſitio ſortitur effectũ, & attendendum eſt, vt excludat votum captandæ mortis, ita conſuluit quaſi in proprijs terminis Deci. in conſil. 31. circa fin. vnde hoc caſu non requiritur cõſenſus eius de cuius hæreditate agitur, ſi conſenſit debet irreuocabiliter obligari, vt non poſſit diſſentire cum nõ ſimus in caſu. l. fina. cogita.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Iudicare de ſubiectione eccleſiæ, vel ipſius patronatu eſt iudicare de ſpirituali vel illi annexo.*
2 *Ius patronatus conſtare debet.*
3 *Iudex ſecularis non cognoſcit de ſpirituali, niſi incidenter ſummariè.*
4 *Prælatus de ſua quaſi poſſeſſione cognoſcit.*
5 *Laycus ex priuilegio poteſt diſponere etiam de dignitatibus eccleſiaſticis.*

CONSILIVM XXVI.

FVit dubitatum inter Dominum Ioan. Martialẽ, & D. Nicolaum Maioranam

nam Conſultores Reuerendi Capellani maioris, & me adiũctum, in cauſa Archipreſbyteratus Altemuræ, an poſſet cognoſci per Capellanum maiorem tanquam delegatum Regium. vtrum eccleſia ſit de iure patronatu Regio. Et fuit concluſum regulariter, quòd non,
1 duplici ratione. Primò † quia iudicare de ſubiectione eccleſiæ & ipſius patronatu, eſt iudicare de ſpirituali, vel ſpirituali annexo, quod non licet Laycis. c.quanto.de iudi. c.decernimus.eo.tit.not. in c.cum ſit generale.de for.compe. & capellanus maior iudicat tanquã Laycus ex delegatione Regia in his, in quibus non eſt ſibi data poteſtas ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, ſed hoc non habet ex priuilegio: quia eſt conſtitutus tantum iudex ordinarius inter capellanos Regios, & habet iura epiſcopalia inter curiales, vt patet ex ipſo priuilegio, ergo non poterit iudicare, vtrum eccleſia ſit de iure patronatu Regio. Se-
2 cundò, quoniam † ratione iuriſpatronatus Rex præſentat in beneficio, ordinarius vel Papa non tenetur præſentationem admittere & inſtituere, niſi conſtito de iure patronatu, & ſic cognitio neceſſariò competit eccleſiaſtico, cuius eſt inſtitutio.c.fi.de iur. patro. iſta concluſio limitatur primò non habere locum, quando cognoſceret inter capellanos Regios: quia poſſet ex priuilegio cognoſcere, etiã de beneficijs nõ patronatis, qđ eſt fortius, & ita videbatur ĩ caſu de quo tractatur. Secundò limitatur, quãdo Rex cognoſcit incidenter per ſummariam informationem, vt quando petitur exequutio pro capienda poſſeſſione alicuius beneficij, quod Rex dicit eſſe de iurepatronatu, tũc ſe informat & cognoſcit de iurepatronatu. Ad finem repellẽdi eum qui vult capere poſſeſſionem, & vt repelleret & ſignificaret per literas ſuas Papam vel ordinarium, ꝙ inſtituat præſentatũ vel præſentandum ab eo, & hoc permittitur triplici iure. Primò q̇a
3 † de ſpirituali, de quo principaliter non licet cognoſcere, tamen incidenter cognoſcitur ſummariè, vt Bal.in l.ij.C.de Carbo. edict. Alex. in l.Titia, verſic.quintò fallit.ff.ſolu.matr.Anto.de Butr.in c.cum ſit generale.col.3.de for.compe. & licet iſta opinio reprobetur, vt per Dec.in d.c decernimus. verſ.ſecun
* dò fallit, tamen Doct. magis * cõiter tenent illam opinionem, vt per Rom.in conſ.123. Bal. in l.filium. ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Secũdò, quia ſe informat de facto ſcilicet de ſua fundatione & dotatione, vel priuilegio, & poteſt vt per Docto.in d.c. quanto. & in ca. tuam.de ordi.cogni. Bart. & Alex. in d.l.Titia.not. in c. cum ſit generale.de for.compe.& in ca. ſignifi-
4 cauit.de teſtib.Tertiò, quia † prælatus de ſua quaſi poſſeſſione cognoſcit, per ea quæ dicuntur in c. cauſam.qui fil.ſint legi.& in ca. cũ dilectus.de ordi.cogni.in c. fin.de iudi.in c.cum dilectus. de elect. in c.frater-

c. fraternitatis. de reſtitu. ſpoliato. in 6. in c. literas. de iur. calum. & ſi ſubditos tuetur p̃ capitula Regni, multo fortius & ſuam poſſeſſionẽ & hoc iure vtimur.

¶ Tertiò limitatur illa concluſio, vt locum non habeat, qñ non dubitaretur de iure patronatu eccleſiæ, ſed Baro vel priuatus Laycus diceret ad ſe ſpectare non ad Regẽ, vel quia tranſiuerit in eum cũ vniuerſitate, aut ꝙ non fuerit deuolutum ad Regem, vt tunc Rex cognoſcat, & poterit cognitionem delegare, quia de vniuerſalitate cognoſcit. d. c. quanto. de electio. & in ca. ex literis. de iur. patro. gl. in c. filijs. 16. q. 7. in c. j. de iur. patro. in 6. in c. paſtoralis. de re iudi. in c. querelã. de ſim. Aut quia dicat̃ cõprehẽdi in inueſtitura, & fiſcus negat, quia Rex ſuum priuilegium & inueſtiturã interpretatur. c. in his. de priuileg. c. j. ſi de inueſtitu. fuerit cõtrouer. l. leges. C. de legibus.

¶ Et prædicta in iure patronatu locum habent, in quo Rex ſuperiorẽ habet Papam vel ordinarium, & ſi Rex prætendit collationem beneficij, poteſt etiam de ipſo beneficio cognoſcere: quia ex priuilegio vel conſuetudine iudicatur vt eccleſiaſticus, per ea quæ dicuntur in cap. Adrianus. & c. ſi modo. 16. q. 2. Ioã. And. & alij in c. nobis. de iur. patr. in c. dilectus. de præben. in c. cum inter. de conſuetu. & dicit glo. in c.
5 laycus. 16. q. 7. quòd † ex priuilegio laycus poteſt diſponere etiam de dignitatibus eccleſiaſticis. Çumulat multa Stefan. Aufre. in ca. j. de offi. ordina. ſecunda regul. fall. 25.

SVMMARIVM.

1 Recuſatione propoſita non admiſſa & appellatione ab non admiſſione ſecuta, proceſſus inde factus eſt nullus.

2 Recuſationis cauſa iuſta, quia collegæ litigantis iudices. fallit vt num. 8.

3 Conſanguinitas & affinitas præbet iuſtam cauſam recuſandi. item nimis fauor. nu. 4. intellige vt nu. 10.

5 Recuſatio proponi debet ſeruata forma reginalis pragmaticæ.

6 Appellatio non valet ad Imperatorẽ omiſſo medio, ſtante priuilegio.

7 Iudex repellendo recuſationem debet exprimere cauſam.

9 Iudicum integritas omnem ſuſpicionẽ excludit.

CONSILIVM XXVII.

¶ *In cauſa Illuſtr. Marchionis Caſtellanetæ vltra alias dubitationes, in quibus fuit abundantiſſimè allegatum. Dubitatur modo, vtrum proceſſus agitatus in Regia Camera ſummariè, inter Excellentem Dominum Ludouicũ de Montalto, & Loyſium de Caſali nouo, quæ Regia Camera fuit recuſata pro iudice per dictum Loyſium, fuerit & ſit nullus, tanquam factus coram & à iudice recuſato.*

ET prima facie ex his, quę allegare poſſet pars aduerſa videtur dicẽdum,
1 ꝙ ſit & fuerit nullus. Nam † cum propo-

propoſita fuiſſet recuſatio,& in ipſius cauſa, nihilominus fuit p Cameram non obſtante recuſatione ad vlteriora proceſſum,à quo proceſſu ad vlteriora, & à non admiſſione dictæ recuſationis fuit appellatum, & dictis appellationibus & recuſationibus nõ obſtantibus cõpilatus fuit proceſſus & lata ſententia. Succedit communis ſententia & cõcluſio, ꝙ iſte proceſſus ſit nullus & quicquid inde ſequitur. tex. eſt in c. cum ſuper.de offic.delega. in l.j.C.ſi quacũque prædi.pote. & ita tenent Bar. & Angel. in l. quia poterat.ff.ad Trebellia. Imol. & Butri.in c.quoniam contra.de proba. Specul.in tit.de recuſat. §.qualiter. verſic.quid ſi delegatus,Philipp.& Moder.in c.cum ſpeciali.extra de appella.Lap.in allega.j.Petr.de Ancha.in c.iudex.de offi. delega.in 6. Hoſtien.& Io.Andr.in c.legitima. de appella.in 6. Et quamuis ex hoc ſolo ſecundum prædictam opinionem, non verificatis aliter cauſis recuſationis etiam ex non delatione appellationis, dicantur iuſtificatæ cauſę recuſationum, ſecundum Inn.in d. c. cum ſpeciali.proceſſus ſit nullus. Adhuc tamen in hoc caſu ex eo ꝙ pars aduerſa poſſet dicere, ſunt cauſæ recuſationis iuſtæ, euidentes & notoriæ. In primis

2 † quoniam in eadem cauſa interueniebat Excellent. dominus Hyeronimus de Colle,& Hyeronimus de Franciſco, & Sigiſmundus de Loffredo collegæ in collaterali Conſilio eiuſdẽ Domini Ludouici, quæ ratio eſt ſufficiens & in iure & in facto ad recuſationem eorundem, tex.eſt in c.etiam. extra de offi. delega.& in c.ſuper 14. q. 2. in gloſſ. Specul.in tit.de recuſa.§.reſtat. vt tradũt latè Moder.in c.poſtremò. de appella. Secundò,quoniam † tali

3 qui ex eiſdem Dominis iudicibus erant affines & conſanguinei Ill. Marchionis Caſtellanetarum, qui ſubintrauerãt iudicium, vt Dominus Sygiſmundus, Dominus Ioã. Antonius Muſcettula. Quæ ratio ſimiliter & in iure & in facto euidenter militat ad recuſationem iuſtificãdam.vt eſt tex.in d.c.poſtremò.gloſ.in c.2. vt lit. nõ conteſta. eſt tex.in c.abſens.lo ij.3.q.9.l.aut affinitate. ff. de procurato. Poſtre-

4 mò, quoniã † omnes iudices erant nimis fauorabiles dicto Domino Ludouico, & ob eius potentiã maximè fauebant, quæ cauſa & ratio ſimiliter eſt potens ad iuſtificandã recuſationẽ,vt eſt tex.in c.accedẽs, & in c.adhæc. de reſcrip. vt tenet Imol.& alij in d.c.legitima. de appella.in 6.& in d.c.poſtremò.videtur igitur ex his fundari,quòd talis proceſſus agitatus coram, & à iudicibus recuſatis, iuſtis recuſationum cauſis & poſt appellationẽ interpoſitam à non admiſſione ſit nullus.

¶ Sed prædictis & alijs, quæ ad idẽ dici poſſent, non obſtantibus contrariam opinionem veriorem de iure eſſe, claris & indubitatis medijs & rationibus demoſtratur. Et procedendo per deſtructionẽ contrariorum,

trariorum, vt breuibus veritas pateſiat. Illud in primis eſt aduertendum, quòd dictus Loyſius de Caſali nouo conuentus per dictũ Excellentem dominum Ludouicũ, propoſuit recuſationem, non ſolũ aduerſus dictam Regiam Camerã, ſed etiam aduerſus omnes iudices iſtius ciuitatis, & propoſita recuſatione, ab eius non admiſſione appellabat ad Cæſaream Maieſtatẽ,& petebat Apoſtolos & copiam proceſſus, vt tranſmitteret ad Cæſareã Maieſtatẽ, ex quo duplex defectus & nullitas conſideratur. Altera, ꝙ

5 † recuſatio non fuerit propoſita ſeruata forma Regiæ ſeu reginalis pragmaticæ coram logotheta, aut eius locumtenente: qui legitimè ſecundum illius pragmaticæ formã prouidiſſet, & ſic de tali recuſatione non eſt habenda ratio, cum imputandum ſit ei qui rite non proceſſit ſecũdum formam prædictã, l.Iulianus.§.Sabinus.ff.ad exhiben. c.prouida. & c.fina.de electio.in 6. gloſſ.in c.Eccleſia,de iur.patro.in

6 6.altera nullitas eſt, ꝙ † à non admiſſione dietæ recuſationis appellabat nulliter: quoniam appellatio ad Cæſaream Maieſtatem ex capitulis conceſſis ciuibus & habitantibus iſtius ciuitatis nõ valet, niſi corã iudicibus iſtius ciuitatis, ſed appellando ad Cæſaream Maieſtatem cauſa erat extrahenda à iudicibus iſtius ciuitatis ordinarijs, tanquam omnibus recuſatis, ergo appellatio etiam fuit nulla. Vnde ſequitur, ꝙ licet recuſatio fuiſſet legitimè interpoſita, tamen quò ad hoc vt proceſſus ſit nullus requiritur appellatio, ſecundum * veram & communem opinionem d. c.cũ ſpe. ſed illa appellatio fuit nulla, proceſſus fuit firmus & validus, nõ obſtantibus quibuſcunq; appellationibus, licèt igitur ſecundum allegata pro opinione cõtraria proceſſus ſit tnullus ex recuſatione iudicis, poſt appellationem d.c.cum ſuper., & d. l.j. tamen hoc non eſt verum nec procedit, ſi aut recuſatio fuit indiſcreta, vana, iniuſta, illegitima euidenter & notoriè, aut appellatio, prout fuit in caſu iſto, vt ex prædictis demonſtratur, text. eſt in c. . . de appella. in 6. quoniã tunc poterit idemmet iudex recuſatus ſuper illis cauſis cognoſcere & decernere & ad vlteriora procedere.tex.eſt in c. cum olim.de cauſa poſſeſſio.& proprieta.c.conſtitutis.de appella.& in c. iudex.de offi. delega. in 6. Et ita tenet Archidia. in c.ab arbitris.eo.tit. Inno.& Hoſtien.in d.c.cum ſpeciali,& Lap.in d.ſua prima allega.qui dicit, quòd

7 † iudex repellendo recuſationem debet exprimere cauſam, & id rectè fecit Regia Camera, ſummariè priuſquam ad vlteriora procederet ſuum fecit decretum, in quo fecit mentionem priuilegiorum cõceſſorum ciuitati & Regno, ex quib. declarat recuſationem & appellationem fuiſſe nullam, & euidenter & notoriè fruſtratoriã & iniquã, & ſic cauſam remanere. Et ideo dicit Panormi. poſt Inno. in d.c.cum

ſpeciali.

ſpetiali.& Bal.in ca. vt debitus honor. eo.tit. ꝙ iſto caſu non eſt neceſſe deuenire ad electionem arbitrorum, ſed debet ſperni talis recuſatio & appellatio, & de hoc eſt ẽt, tex.prout ex eo not. Philipp.in vltimo not.in c.conſuluit. & in cap. de priore, à contrario ſenſu, eo.ti. vbi dicit, ꝙ iudex eſt puniendus, qui defert tali appellationi, & ꝙ peccat, per tex. in c. cũ appellationibus.eo.tit.in 6.& ita tenet per illum tex. Ang.in l. quoniã iudices, in verſ.contra exequutionem C.de appella.Bal.& Ang.in l.iudicibus. eo. tit. Et per conſequens allegata ex aduerſo non patrocinãtur ſtante nullitate dictæ recuſationis & fruſtratoria & illegitima app^ne^.

¶ Non obſtant modo, quæ ad iuſtificandum appellationem adducuntur, &

8 † quò ad primũ de collega reſpondetur, ꝙ hodie in Regno collega põt eſſe iudex in cauſa ſui collegæ, vt in cauſa conſiliarij. De hoc eſt proprium capitulũ Regni, quod incipit voluntas, ſufficit enim, ꝙ collega non ſit præſens quando iudicatur, nec attenditur ꝙ ſit collega, per illud capitulum, & ſic non eſt habenda ratio eorũ, quæ in hoc allegant de iure cõi.

¶ Non obſtat ſecundum de affinitate, quoniã in hoc negatur aſſumptum & penitus cum his nulla eſt conſanguinitas aut affinitas, & ſi qua eſt non eſt in eo gradu in quo * ſecundum communem opinionem valere poteſt recuſatio, vt per glo.Hoſtien. & Ioan.Andr.in d.c. poſtremò. gl. in l.ſi fœmina. ff.ad Turpillia. &

9 maximè ꝙ † illorum Dominorum integritas oẽm ſuſpicionem excludit, vt dicitur de religioſo, qui rõne conſanguinitatis recuſari non põt, vt tenet Spec.in tit.de recuſa.§.ſupereſt.verſic.quid ſi nõ eſt, & dicit gl. in c.j. de oper. no.nuntia. ꝙ rõne qualitatis perſonæ ceſſat ſuſpicio & recuſatio, vt in c.j.in fi.de cõceſſio. præben. ĩ 6. Hoſt.& Io.And.in c. q̃relã.de elec.

10 ¶ Non obſtat, ꝙ † nimius fauor iuſta fuit recuſationis rõ: qm̃ hoc figuratur ĩ aere, nec ex parte ipſius Regiæ cameræ factũ fuit eidẽ exiſtente Dño Ludouico, ſed iuſtitia adminiſtrata, & illud quod dicitur de fauore in d.c.adhæc, habet locũ qñ iudex in ipſa cauſa fauet parti, vt quia inſtruat partem vel aliquid dixerit ei ſecretè, vel animosè, vel quid ſimile, vt per Cyn.in l.j. C.vt quæ deſunt aduoca.& in c.iudicãtem.3.q.5. per Imol. in l.iiij. §.hoc autem, in fi.ff.de damn.infect. & eſt tex.in ca.2.in verſic. nimis animosè, de in integr.reſtitu. & in ca. ſanè.55.diſtinct.per glo.& Bal. in l.teſtium. C.de teſtibus, qui actus & præſumptiones ceſſant in caſu iſto, nec aliquo modo probantur, ſed ſomnio fuerunt imaginati, & per conſequens fuerũt certè recuſationes ſpetialiter ꝓpoſitæ euidẽter fruſtratoriæ & illegitimæ, de q̃bus non fuit ratio habita, & ſic proceſſus fuit legitimus, validus & firmus. Exceptionem rei iudicatæ paruit ad excludendum agentem

à limine iuditij oppoſitis tanquam friuolis non obſtantibus.

Laus Deo.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Metus quando dicatur iuſtus. & num. 2.*

3 *Metus probatur ex minis interuenientibus. num. 5.*

4 *Metus cauſatur ex actu metum inferente.*

6 *Suſpicio cauſata ex minis æquiparatur illationi tormentorum.*

7 *Periculum iuſtum metum facit, nec debuit effectum metus expectare. num. 8.*

9 *Metus quòd non interuenerit tempore contractus non refert.*

10 *Præſumptio modica ſufficit ad tollendam præſumptam purgationem metus.*

11 *Voluntas non præſumitur mutata.*

12 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

13 *Probatio de fama publica in ſolito fænerari ſufficit.*

14 *Qualitas de ſolito fænerari probanda.*

15 *Venditio quando dicatur facta in fraudem vſurarum.*

16 *Opinio pro ſalute animæ eſt amplectenda.*

17 *Pactum retrouendendo poſitum in alio inſtrumento arguit fraudem.*

18 *Poſſeſſionis retentio arguit ſimulationẽ contractus. & num. 19.*

20 *Dolus ex coniecturis percipitur.*

21 *Precarium non releuat inter perſonas prohibitas.*

22 *Metus iuſtus inducitur ex verbis.*

23 *Verba ſola & preces ſæueri hominis inducunt iuſtum metum.*

24 *Potentia ſola abſque comminatione inducit iuſtum metum.*

25 *Suſpicio ſola & præexiſtens cauſa metus ſufficit.*

26 *Metum iuſtum inducit hoc ſolum, cũ quis ſciret ſe poſſe compelli.*

27 *Proteſtatio præcedens & cauſa iuſti timoris per actũ contrarium non tollitur.*

CONSILIVM XXVIII.

¶ *Duplex exceptio principalis oppoſita eſt per Excellentem Comitem Montellæ aduerſus Magnificum Alfonſum de Januario, & aſſertam venditionẽ factam de terra Balneoli, cuius vigore agitur. Primò, quò ad ſe quòd fuerit meticuloſè facta. Secundò, quòd cõtractus fuerit pignoratitius, & ſimulatus in fraudem vſurarum. Quæ exceptiones vt breuibus agam, videntur in proceſſu verificatæ & de iure ſubſiſtere.*

QVo ad primum. Probatũ eſt in primis de metu terribilitatis Excellẽtis quõdam Don Troyani, ac illius iuſſibus coactum venditionem feciſſe.

1 Qui † metus propter terribilitatem eius, qui poteſt ſæuire, eſt iuſtus metus, ſecundum Bart. in l. ſi ob turpem. ff. de condictio. ob turpem cauſam. Bald. in l. prima in fine. C. eodem titul. Aluarot. in capit. primo. §. item qui dominum, quæ ſit prim. cauſa ben. amitten. Bartolus in l. de pupillo, §. ſiquis.

§. ſiquis ipſi prætori. ibi Moder. ff. de operis noui nuntia. Et licet dictus Excellens Don Troyanus
2 aliqua ſæuitia non fuiſſet vſus † cũ tamen veriſimiliter dictus Comes ſuſpicari poterat & debebat quòd in eum vehementer ſæuiſſet, ſtante ſua crudelitate & terribilitate, per quam ſibi contradici non poterat, vt in proceſſu probatum eſt per teſtes, iuſtè timuit, & meticuloſè factum videtur, textus eſt in l. tertia. §. qui armati. ff. de vi & vi arma. l. item apud Labeonem ibi gloſſ. in §. quæſtionis. ff. de iniur. vt latè tradit Matheſilan. in l. prima. cart. quarta. colum. ſecunda. ff. de quæſtio.

3 ¶ Secundò probatur de metu † ex minis interuenientibus ex cauſa iſtius venditionis in ſpetie, & vt ipſa venditio fieret, prout videtur requiri per Innocen. in cap. cum locum, de ſponſal. & in cap. accedens. de conuerſ. coniug. qui
4 vult, quòd † metus cauſetur ex actu metum inferente ratione illius actus, qui dicitur meticuloſus, prout etiam dicitur determinatum per ſacrum Conſilium referente Domino Matth. de Afflict. in deciſio. 246. Nam per quamplures teſtes ſunt probatæ minæ ipſius Don Troyani ad hunc effectum, vt hæc venditio fieret.
5 Quæ † minæ ab eo qui ſolitus eſt illas exequi, prout erat Don Troyanus, ſicuti probatum eſt, iuſtum metum incutiunt, vt per Bartol. in dicto §. ſi quis ipſi prætori. in octaua quæſtio. Bald. in l. inditia, colum. fina. C. de rei vindicatio. Cynus in l. prima. C. ſiquis. & Bald. in conſil. ſuo ſci-
6 ſmatis. Et † ſuſpicio cauſata ex minis, æquiparatur illationi tormentorum. l. nouiſſimè. verſicul. quid ſi compulſus. ff. quod falſ. tutor. autore. Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſactio. & in §. item ſacramenta. de pace iur. fir. & ſic rectè dici poteſt, talem venditionem fuiſſe meticuloſam.

¶ Tertiò probatur de metu realiter incuſſo, cum illum verberauerit, & demùm contra ipſum pugionem euaginauerit, ac illum fuerit inſequutus, prout depoñũt Lucadus Gammone, & Ferdinandus Gammone, & Bartholomæus Moccia de Neap. de viſu, & alij quàmplures de fama, in curia Comitis, cum ſi aliter feciſſet dictus Comes imminebat ſibi periculum vitæ: propter terribilita-
7 tem dicti ſui patris, quod † periculum iuſtum metum fecit, & reddit actum inualidum. cap. ſuper hæc. de renunciatio. cap. fina. de appellatio. Felyn. latè in capitul. Eccleſia ſanctæ Mariæ, verſicul. 13. quæro. de conſtitutio. Angel. in conſil. 47. & Domini de Rot. deciſio. 466. in nouis.
8 Nec † debuit effectum metus expectare ſecundum Innocen. & Bald. in capit. primo. quod metus cauſa, & facit quod not. gloſſa in capitulo bonæ. lo primo. de electione. Baldus in l. prima.

C. de iur. deliberan. Abb. in cap. cum olim. de electio. Alexan. in conſil. 149. volumine ſecundo. & in conſil. 99. & ſequen. vol. tertio. & ſic abſque dubio talis cõtractus dicitur meticuloſus etiam reſpectu non inferentis metum, prout loquitur tex. in l. interpoſitas. C. de tranſact. & in c. cum contingat. de iureiuran. cum multis alijs ſimilibus, de quibus ibi.

¶ Non obſtat prædictis, ꝙ nõ fuerit probatum, ꝙ † tempore contra-
9 ctus metus interuenerit, & ꝙ tẽpore contractus Don Troyanus erat abſens, cum dictus Comes fuerit procurator, & ſic videtur purgatus metus, vt not. in d. l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turpem cauſam. l. ij. C. quod met. cau. quoniam ad hoc reſpondetur, ꝙ adhuc & ſemper durabat & durauit idem metus: quia, vt per omnes teſtes probatur, non ſine magno ſcandalo dictus Comes ſe abſtinere potuiſſet à tali venditione, cum oportebat parere mandato dicti Don Troyani ſui patris, vt euitaret periculum comminatæ mortis, ac vulnerum & expulſionis à domo, & ſic licet abſens fuiſſet, nihilominus eodem metu in animo compellebatur. Et iſto caſu habet locum diſpoſitio dictæ l. ſi ob turpem. & l. 2. C. quod met. cau. vt notatur per Innocen. & Abba. in d. capit. primo, quod metus cau. & in dicto cap. cauſam matrimonij. de offi. delega. Bald. & aliorum, in l. qui in aliena. §. fina. ff. de acquiren. hæredita. Iaſo. in d. l. ſi ob turpem. in quarta limita. vbi refert multas deciſiones, quæ ſunt ad propoſitum huius caſus.

¶ Et pro hoc etiam adduco illud, quod notabiliter dicitur per Abba. in capitul. ad audientiam, in
10 fine quod metus cau. quòd † quælibet modica præſumptio ſufficit ad tollendam præſumptam purgationem metus: quod dictum refert & ſequitur Iaſon in d. l. ſi ob turpem. in ſexta limitatione. ſed in iſto caſu non modica ſed magna præſumptio & veriſimilitudo eſt, quòd niſi maximo metu vrgente talem venditionem non feciſſet, ex his quæ per teſtes ad hunc effectum depoſita ſunt & probata, tam de reſiſtentia dicti Comitis quàm de læſione & de lacrimis & dolore ipſius Co-
11 mitis: neque † præſumitur voluntatem mutaſſe capit. maiores. de Baptiſmo, l. cum hic ſtatus, §. primo. ff. de conditio. & demonſtratio. Ergo aſſerta purgatio metus prætendi non poteſt.

¶ Præterea, apertè demonſtratur, quòd vrgente metu dicti Don Troyani ſui patris recepit mandatum ad vendendum, & vendidit, ex proteſtatione quam dictus Comes antea fecit, quòd hoc nullo modo facere intendebat, ſed quòd contra ſuam voluntatem à patre cogebatur, quæ proteſtatio eſt probata per depoſitionem quampluriũ teſtium, maximè per Franciſcum de

Coletta,

Coletta, & Federicum Varghas
12 Hyſpanum. Et † quòd talis proteſtatio hoc operetur, decidit in fortioribus terminis in homagio præſtito Abb. in ca. olim. colum. ſecunda verſic. an autem, de reſtitutio. ſpoliato. & latè Lucas de Penn. in l. curiales. colum. 2. C. de prædijs curial. lib. 10. conſuluit Socyn. in conſil. 27. col. fin. Bar. in tracta. de tyranni. in prima & ſecunda quæſtione, & faciunt latè dicta in l. non ſolum. §. morte, & ibi Moder. ff. de oper. noui nunciatio.

¶ Quò ad ſecundam exceptionem oppoſitam, dicendum eſt ſimiliter
13 illam militare. Et † ſiquidem probatio de fama publica, quòd dictus Magnificus Alfonſus, ſit ſolitus fęnerari, quę eſt facta in proceſſu per plures teſtes dicentes ita publicè teneri, ſufficiens eſſet, iuxta opinionem Bald. in cap. per tuas. colum. prima de proba. & in cap. præterea, de teſtibus. Bald. in c. eccleſiarum. de præſumptio. & Iaſo. in l. non hoc. ff. vnde cogna. Non oportet dubitare, quin iſte contractus ſit vſurarius, quoniam de modicitate pretij eſt pleniſſimè in proceſſu probatum, & apparet de pacto de retrouendendo incontinenti appoſito, iuxta opinionē Innocen. & aliorum in capit. ad noſtram. de emptio. & venditio. & in cap. illo vos. de pigno. per Alexan. in conſil. vigeſimoſeptimo. volum. quinto. dato tamen,
14 & non conceſſo, quòd † iſta qualitas non ſit probata de ſolito fœnerari, de quo Domini Iudices fortaſſe aliquid aliàs ſciuere. Adhuc tamen dicendum eſt ſecundum veram opinionem, quòd illa duo, ſcilicet modicitas pretij & pactum de retrouendendo ſufficiant ad cēſendum contractum pignoratitium & ſimulatum, ita tenet glo. in dicto cap. ad noſtram. quam opinionem gloſſæ ſequuntur Abba. Ioan. de Imol. Anto. de Butri. Andre. Sicul. & Anto. de Burgo. in d. cap. ad noſtram. Ioan. de Anañ. & Dominic. de Sancto Geminiano in cap. conqueſtus. de vſur. Anto. de Butr. in d. c. illo vos. de pigno. Archidia. in c. plerique 14. quæſt. 3. Felyn. in cap. ſi cautio. de fide inſtrum. & conſuluit Alexan. in conſil. 46. volum. iij. & hoc quando reſolutio contractus pendet à voluntate vēditoris prout in caſu noſtro, non autem à voluntate emptoris. vt declarat Imol. in d. cap. illo vos.

¶ Et hæc opinio licet (vt prædixi) habeat aliquos aduerſantes. Nihi-
15 lominus † quotieſcunque tanta eſt pretij modicitas, ꝙ veriſimiliter vēditor eſt redempturus rē, tunc procedit de plano, ꝙ videatur facta in fraudem vſurarum, cum emptor ſcit aut ſcire debuiſſet rem penes ſe non eſſe remanſuram niſi magna inopia venditoris, quæ coniectura operatur idem, quod operatur argumentum à ſolito fœnerari, ita multū notabiliter declarat & probat Anton. de Burg. in d. cap.

ad noſtram . in 15. col. prope medium . & videtur etiam de mente D. Abba. ſed in caſu iſto abſque dubio eſt tanta modicitas pretij ab octo milibus ducatis ad vigintiquinque mille , quòd magnificus Alfonſus ſciebat vel ſcire debebat, quòd Excellens Comes fuiſſet redempturus, & iam redemiſſet, niſi vrgente bellorum & peſtis neceſſitate fuiſſet repulſus . Et licet ſit lapſum tempus pacti de retrouendendo, tamen ex nouella pragmatica (vt audio) per Cæſaream Maieſtatem Mantuæ facta , ad recuperandum admitteretur, vnde talis contractus omnino , & abſque dubio debet cenſeri vſurarius . Et
16 hæc † opinio tanquam magis pro ſalute animæ eſt amplectenda, iuxta ea quæ dicuntur per Inno. in ca. ad audientiam . de homicid. Petr. de Ancha. conſi. 179. incipit. prima facie, per Felyn. in cap. primo de præſumptio.

¶ Accedant etiam prædictis quamplures coniecturæ, videlicet quòd
17 † pactum de retrouẽdendo ſit poſitum in alio inſtrumento ſeparato ab inſtrumento vẽditionis , qđ ſecundum Inno. in d.c. ad noſtrã . eſt fraus, qua fęneratores vtuntur, & pro coniectura ad cenſendum contractum vſurarium adducit Alex. in d. conſ. 46. tertio volum.
18 Item † accedit continuata retentio poſſeſſionis dictæ terræ Balneoli apud dictum Excellentem Comitem , per quam retentionem arguitur contractus ſimulatus & pignoratitius, vt per Bar. in l. poſt cõtractum. ff. de dona. l. ſicut. §. ſuperuacuam. ff. quib. mod. pignus vel hypote. ſolui. l. ei qui. C. de diſtract. pigno. Et licèt Bart. in conſil. ſuo incip. Petrus Nicolæ. velit,
19 ꝙ † ſufficiat conſtitutio præcarij: quia mutatio poſſeſſionis facit ceſſare pręſumptionem fraudis. l. j. C. de dona. ante nupt. quod in his terminis multum conſiderat Alexan. in conſil. 28. in ſolut. Tamen cum iſta retẽtio poſſeſſionis fuerit diutina, & manu venditoris introitus percipiantur, & hucuſque percepti fuerint, apparet euidenter, quòd illud precarium fuerit appoſitum in fraudem, & ꝙ intentio ementis erat tantummodo habere reditus
20 & fructus pecuniæ. Dolus † enim ex coniecturis percipitur. l. dolum. C. de dolo, & vbi opponiť de fraude & dolo . Precarium non tollit fraudis ſuſpicionem nec præſumptionem. ita tenet Ang. in d. §. ſuperuacuam, & Bald. in d. l. j. C. de donat. ante nupt. Et ideo dicunt
21 † inter perſonas prohibitas precarium nõ releuare. l. qui teſtamẽtũ . ff. de proba. l. cum quis decedens . §. Titia. ff. de lega. tertiò. Et per hęc cõcludo oppoſitam exceptionem aduerſus aſſertam vẽditionem de iure ſubſiſtere , & per conſequens nullum dominium neque poſſeſſionem fuiſſe translatam, cuius vigore agi poſſet, prout agitur. l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. & cap. cum conſtet. de pigno. & ibi Ioan. Andreas.

¶ Vltra

¶ Vltra ſupradicta ſuperius allegata circa minas, adduco text. in l. famoſi. §. j. ff. ad leg. Iul. Maieſta. & Canoni. in cap. inſinuante. qui
22 cleri. vel mona. Nam † ex verbis inducitur iuſtus metus. Bart. in l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio. non dat. vbi propriè loquitur de minis inter patrem & filium, & Docto. communiter in l. interpoſitas. C. de tranſactio. & communiter Canoniſtæ in d. cap. cauſam matrimonij. de offi. deleg. Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo auté tempore. ff. ſol. matr. & in conſil. 16. volum. 3. & in conſil. 99. & con-
23 ſil. 100. Quia immo ſola † verba & preces ſæueri Domini inducunt iuſtum metum, vt voluit Inno. in c. cum inter. de electio. refert & ſequitur Felyn. in cap. j. colum. 2. de offic. delega. facit Bart. in d. tracta. de Tyrann. colum. 4. Et hoc in tan
24 tum eſt verum, quòd † ſola potentia abſque comminatione inducit iuſtum metum, vt not. gloſſ. in ca. primo. quod met. cau. Barto. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam. conſuluit Abb. in conſil. 3. colum. 7. volu. 2.
25 & † ſola ſuſpicio & præexiſtens cauſa metus ſufficit. Bal. in l. metū. in princ. ff. quod met. cau. gloſſ. & Bar. in l. habitatores. §. j. ff. loca. Bartol. in l. ij. ff. quod met. cauſ. Alex. in conſilijs prælallegatis, immo ma
26 gis, ſiquis † ſciret ſe poſſe compelli ad aliquem actum faciendum, hoc ſolum inducit iuſtum metū cadentem etiam in conſtantem virum, ſentit Bar. in d. tracta. de Tyrann. colum. quinta. verſic. mihi videtur, & expreſsè voluit Ioan. Andre. in c. præterea. lo ſecundo, in verbo extorquentur, de iurepatro. quod dictum refert & ſequitur Petr. de Anchara. in c. ſicut tuis. de ſymo. & in ca. ij. de delict. puero. & Ioan. Andr. in regul. bona fides.
27 de regul. iur. in 6. Et † cum præceſſerit dicta proteſtatio ex cauſa dicti timoris, etiam per actum contrarium non receditur, vt voluit Innocen. in d. c. primo. quod me. cau. & Socyn. in conſ. 27. colum. penul. volu. 3. Et quoniam apparet de magna læſione vltra dimidiam iuſti pretij, quo caſu non exigitur dicta probatio interuētus triū aut duorum, ſed ſufficit illa ſola minoritas, per tex. ſingul. in ca. primo. qualiter vaſall. tene. iura. fideli. conſuluit notanter Ludouic. Rom. in cō ſil. 304. incip. plura ſunt. & Andre. Barba. in c. ad noſtram. de emptio. & venditio.

¶ Ex quibus omnibus cōcluditur aſſertum contractum declarari nullum, & fructus perceptos fore & eſſe excomputandos in ſortē principalem, & ab alijs non perceptis, dictum Comitem fore & eſſe liberandum, iuxta ea quæ habentur in d. c. ad noſtram. & in d. c. illo vos. & in c. cum contra. de pignor. Cætera ſupplebit eximia virtus & iuriſprudentia Dominorum iudicantium.

Ioan. Tho. Minadous.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Plenitudo adiectione non indiget.*
2 *Mandatum ſuper rebus feudalibus eſt nullum non accedente conſenſu Regio.*
3 *Prohibito uno cenſetur prohibitum omne id per quod ad illud peruenitur.*
4 *Minor, qui non poteſt ex forma ſtatuti facere actum abſque certa ſolēnitate, minus ſine ea poteſt conſtituere procuratorem ad illum faciendum.*
5 *Solennitas quando in alienatione requiritur, eadem & in actu, per quem ad illam peruenit.*
6 *Prohibitus per ſe cenſetur prohibitus & per procuratorem.*
7 *Mandatum factum ad contrahēdum ſine ſolennitate eſt nullum.*
8 *Solennitas adhibita in conſtitatione procuratoris, non requiritur in executione actus.*
9 *Aſſenſus in principali trahitur ad ſequelam.*
10 *Prohibitus vendere non poteſt facere pactum de vendendo.*
11 *Prohibitus alienare non poteſt facere compromiſſum.*
12 *Pacto quæritur actio in perſonam.*
13 *Extenſio non habet locum in ſtatutis odioſis.*
14 *Omiſſum quod eſt in ſtatutis habetur pro omiſſo.*
15 *Suppletio ſimplex quæ.*
16 *Vaſallus non poteſt alium ſurrogare loco ſui.*
17 *Aſſenſus requiritur in alienatione feudi.*
18 *Prohibitus alienare non poterit liberare.*
19 *Obligationi qui conſentit ſibi præiudicium infert.*
20 *Creditor pignus remittere videtur, ſi de eius voluntate debitor illud obliget.*
21 *Pignus remittere non eſt alienare. num.23.num.30.*
22 *Mulier poteſt marito hypothecam remittere.*
24 *Creditor in remiſſione pignoris nō poteſt onus apponere.*
25 *Alienare aliud, aliud alienationi conſentire.*
26 *Alienationi aſſentiens à teſtatore prohibito non incurrit in pœnam, ſed ſuo fauori renunciat.*
27 *Mulier prohibita alienare à ſtatuto poterit alienationi conſentire.*
28 *Beneficium l. ij. C. de reſcin. ven. non datur conſentienti alienationi.*
29 *Vicarius, qui non poteſt conferre, poteſt præſentatum inſtituere.*
31 *Pacta ſuper contractu feudi ſunt nulla.*
32 *Alienare qui non poteſt, poteſt alienationi conſentire.*
33 *Iudicamus idem de conſenſu, quod de contractu.*
34 *Pater non poteſt refutare feudum, in quo viuitur iure Francorum, filio ſecundogenito cum conſenſu primogeniti.*
35 *Agnatus quando poſſit reuocare cōſenſum ſuper feudo.*
36 *Ius in ſpe conſideratum ſuper feudo nō poteſt remitti ſine aſſenſu.*
37 *Hypothecam remittere eſt diſtrahere.*

CONSILIVM XXIX.

1 Licet † plenitudo adiectione non egeat, vt tamen morem geram, poſt terga metentium, dicam breuiter. Et
2 primò, quòd † mádatum factum prò cedendis iuribus & hypotecis ſuper bonis feudalibus obligatis cum aſſenſu, fuit ipſo iure nullũ, non accedente ad hoc aſſenſu Regis, per text. in conſtitu. Regni, conſtitutionem diuæ memoriæ. Et ideo etiam iure ſpetiali licuiſſe hunc procuratorem reuocare; nõ obſtante quouis iuramento, vt dicitur in prædicta conſtitutione.

¶ Et licèt in contrarium dici poſſet, quòd text. ibi inhibeat contractum & alienationem, quæ fit ſuper feudis, & rebus feudalibus, cõſtitutio autem procuratoris non eſt quid ſuper feudo, ſed actus qui fit ad perſonam, de qua illa conſtitutio non loquitur, & tanquam exorbitans non extéditur, niſi caſu expreſſo, in mente & verbis dictæ conſtitutionis, vt in vulgaribus. Dico quòd hic caſus eſt expreſſus mente conſtitutionis prædictæ licet contractus partium nõ diſponat principaliter ſuper feudis, & rebus feudalibus, cum ex præambulo partium contractu deueniri poteſt ad alienationem & diſtractioné feudorum, adhuc habet locum diſpoſitio dictæ conſtitutionis, ad hoc adducitur tex. in l. oratio. de ſponſal. per quem text. dixit Bart. in l. ſecunda. in fin. de
3 iuriſdictio. omn. iud. ꝙ † quando vnum eſt prohibitum, cenſetur etiam prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud, & in l. cum lex, de fideiuſſo. Et ſolet allegari gloſſ. ſingularis in l. ſi patronus. §. patronum. in verbo Fauiana, ff. ſiquid in fraud. patro. de qua per Iaſ. in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ. conſtitutio autem prohibuit alienationem feudorũ ſine ſpetiali licentia Regis, ne vel feuda ipſa minuantur, vel commutentur de perſona in perſonam, vt ibidem dicit, ſed ex conſtitutione procuratoris, qui eſt conſtitutus ad vendendum feudum, ordinariè & ordine ſucceſſiuo feuda poſſent minui, vel commutari de perſona ad perſonam, ergo & hoc vt antecedens cenſetur eſſe prohibitum, vt concluditur per ſcribentes in d. l. ij. & per Bald. in l. j. §. docere. ff. ne quis eũ qui in ius voca. eſt vi exim. & in l. j. C. ſi rector prouinciæ. & per Alexan. in conſil. 70. in cauſa vertente. lib. 3. & in l. j. col. iij. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. & cùm ratio prohibitionis expreſſa in d. cõſtitutione ſit eadem, & pariformiter determinet, habebit locum tã in ipſa alienatione propria & contractu ſuper feudis quàm etiam ſuper omni contractu antecedenti, per quem poſſit deueniri ad alienationem feudorum & fieret commutatio de perſona ad perſonam.

¶ Et ex hoc in proprijs terminis decidit Socy. in conſil. 229. cuius

initium

initium eſt, præſentis conſultatiónis difficultas, colum. ſecunda in ij. volu. ꝙ † minor, qui ex forma
4 ſtatuti non poteſt facere actum ſine certa ſolennitate, neque etiam ad actum conficiendum poterit conſtituere procuratorem, per tex. in d. l. oratio. idem dixit in conſil. 254. viſa & conſiderata, in eod. volum. voluit Areti. in l. mutus. in fi. de acquir. hæredi. Barba. Doctor Ill. in conſ. 39. incip. bene etenim cuncta gerunt in dubio. volum. 3. per tex. in c. nam concupiſcentia. de conſtitu. & voluit Bald. in l. præ
5 ſes. C. de tranſactio, ꝙ † vbi in alienatione requiritur ſolennitas, eadē etiā debet interuenire in actu, per quem poſſet ad alienationem deueniri. Idem dixit in l. ij. C. ſi aduerſus tranſactio. & ſequitur Panormita. in ca. cum antea, extra. de arbitr. & ad prædicta idem Socyn. in conſil. 131. incip. præſentis conſultationis. in ſecunda colum.
6 volu. 4. dabat rationem, ꝙ † ille, qui eſt prohibitus per ſe, cenſetur etiam prohibitus per procuratorē, per id quod habetur in l. neque tutores. C. de procur. & in l. j. in princip. ff. rem rat. habe. Et ex hoc dice-
7 bat ipſe, ꝙ † mandatum factum ad contrahendum ſine ſolennitate eſt nullum, & illius vigore non poterit procurator contrahere, allegat Angel. in l. apud Iulianum. in fi. ff. ex quib. cau. in poſſeſſio. eat. & hoc idem ipſe reaſſumit in l. j. §. item acquirimus. ff. de acquiren. poſſeſſio. & ibidem per Iaſ. & Moder. Et ꝙ vbi in actu requiritur ſolennitas, ſi conſtituatur procurator ad illū faciendum, debeat eadem ſolennitas interuenire, aliās procurator nō poteſt contrahere, voluit & ſequitur Ioan. Baptiſta de S. Seuerino in l. cunctos populos. cart. 14. verſic. & prædictis accedunt, C. de ſacroſan. eccle. qui dixit, ſecundum hāc partem conſuluiſſe plurics. Et eſt
8 bene verum, ꝙ † ſi ſolēnitas adfuit in conſtitutione procuratoris, nō tamen requiritur in exequutione eius, quod fuerit geſtum per procuratorem, vt voluit idem Socy. in d. §. item acquirimus. & in d. conſ. 254. & ſequitur Cuma. in d. l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſio. eat. & Rodulph. in repeti. ca. ſine exceptione. in 10. & 19. quęſtione & Campeg. in tracta. de dot. in 5. part. q 108. & Moder. Neapolitani in ca. Imperialem. 24. not. num. 75. de prohibi. feud. aliena. per Federic. licet prædictos Authores non alleget, adducit tamen rationem veram ad hoc licet vulga-
9 rem, ꝙ † aſſenſus in principali trahitur ad ſequelam, per tex. in l. ſi pupillorum. §. primo. ff. de reb. eor. & in l. tutor rerum. ff. de admini-ſtra. tutor. cum cæteris ad hoc per ipſum ibidem adductis, quæ non repeto.

¶ Et ex hac regula ſumitur alia cō
10 cluſio in iure veriſſima, ꝙ † prohibitus vendere vigore dictæ conſtitutionis, non poterit etiam facere pactum de vendendo, licet ex pacto nulla quæratur actio in re, ſed

ſed tantum ad perſonam, vt per plura firmant Moder. Taurinen. in l.ij. C.de pact. inter empto. & vendito. & firmant ijdem Moder. Neapolitani in d.c.Imperialem. in 12. notab.nu.15. Quod ex quo cõſtitutio Regni prohibet alienationem & contractum ſuper feudis, cenſetur etiam prohibere pactum per quod peruenitur ad illud, arg. d.l.oratio, & ad hoc allegat Paul. de Caſtr.in l. bonæfidei. in §. ſi tamen.ff.de eo quod cert.loc. quem dicit hoc expreſsè tenere. Quibus addo, ꝙ hoc idem voluit Par. in tracta.de reintegra. feudo. in cart. 158. & ante ipſos gloſſ. in l. ſi ita quis.in §.ea lege.de verbo. obliga. ꝙ ille qui non poteſt alienare, neq; etiam poterit facere pactũ de alienando, licet ratione pacti non fiat immediate alienatio, neque aliquod ius quæratur in re alienari prohibita, ſequitur Bal.in l.fin. C. ad leg.Falcid. Ale.& Iaſo. in l.is cui bonis.in 4.not.col.penul. ff.de verbor.obliga.& idem Ale. in l. cum

11 quid.ff.ſi cert. peta. Et ideo † prohibitus alienare neque etiam poterit facere cõpromiſſum, per quod poſſet ſequi alienatio, per tex.in ca. cum tempore. & ibidẽ Butrius in fin.col:& Abb. extra de arbitr. ſequitur Lap.in allega.102.incip. nõ poteſt cleri. Roma.in conſ.175.colum.j.Socyn.in conſi.242.in final. colum.volu.ij. ꝙ vbi eſt prohibita alienatio rei, non poteſt fieri neq; hypoteca neque actus, per quẽ poſſet ſequi dominij translatio, allegat Bar.in d.l.cum lex.plenius Barba.in rubri.de reb.eccleſ.non alienan.glo.eſt in c.j.de aliena.feud.& ibi Bal.& per Deci.in conſil. 39. & in conſil.44.in prim.libr.& prædictæ concluſionis ratio eſt. Nam

12 † licet per pactum non quæratur ius in feudo, ſed actio in perſonã ad intereſſe, cogitur tamen ille neceſſitate cauſatiua, licet non præciſa, & pactum directè ordinatur ad id, & ideo habet locum ratio dictæ l.oratio.de ſponſal. & per Alexan.in l.recuſare.§.fin.colum.2. ff. ad ſenat.conſult.Trebellia. & Sande.in c. quę in eccleſiarum.colum. 23. de conſtitu.

¶ Nec obſtat ſi diceretur, ꝙ diſpoſitio dictæ conſtitutionis eſt odioſa, & contra ius, & ideo non habet locum diſpoſitio dictæ l. oratio, quæ prohibens matrimonia cenſetur etiam prohibere ſponſalia, ex mente ipſius legis non autẽ ex verbis, ſed ne per ſponſalia perueniatur ad matrimonium. Et ideo magis videtur probare contrarium, dum inquit, ꝙ ſuppleatur quod oratione deeſt, ergo hoc eſt per extenſionem, vt not. Bald. ad hoc in d.l.j.C.ſi rector prouinciæ. in fin. colum.verſic.iudic.& ſequitur Alexan.in conſ.194. ponderatis verbis inſtrumenti.col.fina.in ij.libr.Sed

13 †.extenſio interpretatiua non habet locum in ſtatutis odioſis, vt per Bart. in l.omnes populi. ff. de iuſti.& iur.& in authen.quas actiones. C.de ſacroſan.eccleſ. & in l.j. C.de cupreſſ. lib.10. Sed cõſtitutio prohibet

prohibet alienationem & contractum ſuper feudo, de pacto autem vt antecedenti nihil dicit, & licet includatur in ſubſequentiam, hoc tamen eſt per extenſionem, quæ non habet locum in odioſis, vt per Alexan. in l. prima. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. & ideo debet tenere pactum pro venditione feudi, quia hic caſus non eſt incluſus in verbis dictæ conſtitutionis, vt
14 arguit Bal. in d. l. j. & † in ſtatutis quicquid eſt omiſſum habetur pro omiſſo, vt in l. quicquid aſtringendæ. de ver. obli. & in l. ſi extraneus, ff. de condict. ob cau. Reſpondeo,
15 ꝙ † iſta ſuppletio nõ eſt ſimplex, ſed ſuper eo quod eſt incluſum in ſubſequenti, prout eſt alienatio & contractus, & text. in d. l. oratio. probat pro hac parte, ibi, dum dicit. Et ſuppleat, qđ orationi deeſt, & ideo iſta interpretatio de antecedẽti incluſo ſub prohibitione ſubſequentis, non recipit ſupplementum ex mente, quæ ineſt in vtraq; diſpoſitione, & licet ſit paſſiua habet etiam locum in ſtatutis. vt firmat Bart. in d. l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. & in d. l. omnes populi, vbi repetentes in numero copioſo, & prohibitio dictæ conſtitutionis, fuit prout eſt perpetua, niſi interueniat ſpecialis licentia, ideo hunc caſum includit, prout dicit Deci. in d. l. ij. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in c. innotuit. extra de probatio. Et nouiſſimè ad hanc materiam conſuluit in ſpecie. in conſ. 102. incip. ex duobus conſilijs. lib. iij. Et per iſta concludi poteſt, quòd non poſſit cõſtitui ſine aſſenſu procurator ad vendẽdum vel contrahendum ſuper feudo, vel iuribus feudalibus, nec etiam fieri pactum per quod ſucceſſiuè neceſſitate cauſatiua licet non præciſa feudum alienetur.

¶ Supereſt tamen videre, an remittere hypotecam ad beneficium tertij & ipſum præferendo in locum ſuum in feudo, ſit contractus vel quaſi contractus ſuper feudo, vt includatur in prohibitione dictæ conſtitutionis. Et Domini collegæ plenius deduxere, quòd ſic, auctoritate Andreæ in d. conſtitu. cõſtitutionem. in fi. cum cæteris per eoſdem adductis, addo quòd hoc idẽ voluit Luc. de Penn. in l. ſiquis. in final. col. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. vbi allegat tex. in l. quærebatur. ff. ad leg. Falci. quem tex. allegat Andre. in d. conſtitu. conſtitutionem. in fin. & voluit Luc. in l. ij. in verbo onera. C. de omni agro. deſert. lib. 10. & ſentit Andre. in cap. ſi vaſallus. il ij. in 6. col. ſi de feud. fuer. controuer. & in c. j. in verbo, & ideo j. col. de vaſall. qui contra conſtitu. Lotha. feud. aliena. & ſequitur Par. in tracta. de reintegra. feudo. in verſic. iuxta prædicta quęritur, hoc enim ipſum remittere, donare & alienare eſt, quod includitur ſub prohibitione dictæ conſtitutionis, ne fiat commutatio de perſona ad perſonam, vt dicitur in præallegatis locis. Et ideo non habet aſſenſum, per id quod voluit

Bald.

Bald.in conſi.349.incip. qui litem.
16 in ſecundo volum. ꝙ † vaſallus cedendo ius & actionem in feudo non poteſt alium ſubrogare in locum ſuum, & ſi cedit ſine domini aſſenſu perdit, quia dicitur alienare, allegat Dyn. in l. pupillis.ff.de
17 auctorita.tutorum. Et † cum in alienatione feudi requiratur aſſenſus, ita etiam in refutatione ipſius, vt dixit Andre.in cap.primo.in ij. colum. de alienatio. feud. pater. quem ſequitur Par.in dicto tracta. fol. 36. in verſicul. ſi poſſit renunciari conſtitutioni Regni, allegat Cyn.in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditio. gloſ. & Bald. in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret.de pact.& in rubri. C.eo. & tex.in l.magis puto. §.ſi fundum, de reb.cor.& diſcurrit plenius Bal. nouell.in rubri. de verbor.obliga.
18 quòd † prohibitus alienare vel cõtrahere, non poterit liberare, diſtrahere, vel remittere, de quo per Iaſo. in l. ſiue apud acta. C. de tranſactio. & in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditio. & in l. Barbarius.colum. iij.ff.de offi.prætor.& in §. omniũ. inſtitu.de actio.& Ioan.Lup.in rubri. de donatio. inter vir. & vxor. §.68.colum.ſecunda. & iſtud non habet dubium, quòd non valeat ceſſio iurium ſiue hypotecæ competentium ſuper feudo: quia per hanc ceſſionẽ feudum poſſet transferri de perſona ad perſonã, quod eſt prohibitum tam de iure feudorum quàm per dictam cõſtitutionem ſine aſſenſu Domini.
19 ¶ Vlterius † qui conſentit obligationi ſibi præiudicium intulit, & pignus remiſiſſe vr̃, vt dicitur in l. Paulus.& in l.ſicut. §.ſi voluntate. ff.qui. mo. pign.vel hypote.ſolui.
20 vbi † ſi de voluntate creditoris debitor pignus obliget, vr̃ creditor remittere pignus, & in l.fi. C.de remiſſio.pigno. in iſto conſenſu remiſſionis pignoris, dicit ipſe, ꝙ nõ
21 requirit Dñi aſſenſus: quia † remittere pignus non eſt alienare, nec ẽt donare, vt dr̃ in l.ſi pignus. & ibi per Dyn.& Ang.ff.de his q̃ in frau. credito.& eſt text. in terminis in l. ẽt.C.ad ſena.cõſul.Velleia. vbi mu
22 lier † marito põt hypotecã remittere, licet donare non poſſit. Et di-
23 cit Bald.ibi & poſt eũ Saly. ꝙ † remittere pignus iõ nõ dr̃ alienatio: qa remanet quò ad creditum ſalua actio.& aliud eſt alienare, aliud remittere hypothecam, ſed magis eſt quædam conſolidatio, quæ in feudis etiã in Regno non eſt prohibita, vt habetur in quibuſdam antiquis capitulis Regni, quæ originaliter vidi, & hoc idem videtur probare text. in l.iiij.§. fin.ff.de le-
24 gatis tertiò, vbi † in remiſſione pignoris, quam creditor legat ſuo debitori, non poteſt onus apponere, & ibi ratio aſſignatur in gl. & per Bartol. quia non affert illa remiſſio aliquam comoditatem pecuniariam. Aliam tamen rationem aſſignat Bald. ibi, quòd illa remiſſio pignoris nõ eſt alienatio, & de hoc ibi ſumit argumentum

in text. quem ſequitur ibidem Florian. & eſt bona gloſſ. in l. prima. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hypote. ſolui. & glo. diſcurrit in l. Claudius Fęlix. qui potior. in pign. habean. Et cum remittere pignus non ſit alienare, cum crediti cauſa firma remaneat, nec in locum remittentis fiat ſubrogatio ex illo cõſenſu, vt dicitur in d. l. Paulus. vbi caſus de hoc, & non fiat commutatio iuris de perſona ad perſonam, dicit non requiri domini conſenſum:
25 quia † aliud eſt alienare, aliud remittere ſeu alienationi conſentire, vt in l. ſi pater. §. j. de manumiſſ. vindict. & per Andr. in c. Imperialem. col. 5. de prohibi. feud. aliena. per Federic. vbi Vicarius interponit aſſenſum alienationibus feudorum, licèt ſit ſibi interdictum à Rege alienare, & in conſtit. Regni cum circa, in fi. non enim dicitur alienare qui aſſentit, ſed magis alienantem non impedire, & ius alterius perficere, vt dicit Signorell. cõſil. 61. in fin. col. ij. & ſequitur Purpurat. in l. fin. num. 123. C. de pact. & voluit Bal. poſt gloſſ. in l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. quòd
26 † aſſentiens alienationi à teſtatore prohibitæ non incurrit in pœnã, ſed magis ſuo fauori renunciat, & dicit Signorol. in conſil. 145. in quæſtione vertente, in ſecunda co-
27 lum. quòd † mulier prohibita contrahere à ſtatuto, poterit alienationi conſentire, & ex contractu transfertur dominium, voluit Bald. in rubr. C. de pact. in fin. & in l. ij. C.
28 de reſcinden. venditio. quòd † beneficium illius legis non datur conſentienti alienationi ſed tantum alienanti, & eſt bon. text. in l. iubemus. §. œconomus. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi fit diſcrimen inter contrahentem & conſentientem, & voluit Archidiaco. in cap. in generali. de regul. iur. in ſexto, quòd
29 † Vicarius qui non poteſt conferre, poteſt tamen præſentatum inſtituere, & ſic conſentire collationi alterius, & habetur in cap. fina. de offic. Vicarij. in ſexto. & eſt text. in d. l. ſi pater. §. fin. de manumiſſ. vindicta. vbi minor non manumittit, ſed bene poteſt manumittenti conſentire. Et poſſemus adducere plura ſimilia. Et ſic cum non ſit alienare remittere pignus, aſſenſus non requiritur.

¶ Et licet Collegę & Domini mei, hanc dubitationem abſoluerint, & per facti interemptionem, & iurium allegationes ampliſſimas rem ipſam declarauerint. Dico tamen breuiter, quòd contraria non obſtant. Et primò, remittere
30 † pignus non eſt alienare, eſt verũ, vbi pignoris remiſſio fit debitori, & etiam loquitur text. in l. etiam. & in l. ſi pignus. & in l. iij. §. fina. quia tunc fit plena conſolidatio, quæ etiam hodie in Regno non eſt prohibita, vt ſupra diximus, & per illam remiſſionem res ipſa reuertitur ad ſuam priſtinam naturam, ſed quando fit ad vtilitatem extranei, tunc ſecus: quia tunc ex illo conſenſu ad vtilitatem

alterius inſurgit alienatio, ex quo obligatur non reuocare hypotecã, & iſto caſu non haberet locũ text. in d.l.etiã,& in l.ſi pignus. prout Bar.idem not.in l.iubemus. C. eo. titul.& clarius Paul.de Caſt. in d.l. etiam.Et ſi tu diceres, ꝙ iſtud procederet vbi tractaretur de prioritate hypotecæ ad alium transferenda, non autem de conſumptione ipſius propter conſenſum. Dico forte poſſe illa iura procedere, niſi ſuper illa remiſſione hypotecæ mulier ſibi ſpecialiter prouidiſſet, firmat Albe.in d.l.iubemus. & Ang. in d. l. ſi pignus. quia tunc non poſſet.

¶ Secundò reſponderi poteſt, ꝙ illa iura non loquuntur, quando in remiſſione requiritur forma vel ſolennitas, & ideo pupillus non poteſt conſentiendo pignus remittere, vt in l.ſi cõſentit. ff. quib.mod. pignus vel hypote.ſoluit.etiã quia ex iſta remiſſione fieret pręiudiciũ alteri, ſcilicet Domino. Nam ſi nõ remitteretur pignus non haberet feudum, argu.text. in l.j.§.primo. quæ res pigno. obliga. poſſ. & in l.ſicut.§.an paciſci.quib.mod.pig. vel hypote.ſoluit.

¶ Tertiò dico, quòd illa iura non procedunt, quando concurrit prohibitio perſonæ, & etiam rei: quia ſuper feudo, ſuper quo eſt interdictum commercium, vt dicit Angel. in d. l. ſi pignus, quòd quando ab homine eſt facta prohibitio in caſu ibidem deducto, non poterit fieri pignoris remiſſio, & ibi allegat Odoffred.

¶ Quartò dico quòd iſte conſenſus remiſsionis pignoris non poteſt fieri niſi ex pacto, quod includitur in contractu feudali. Sed
31 † omnia pacta & conuentiones ſuper contractu feudi ſunt ipſo iure nulla, vt dicitur in dicta conſtitutio. Regni. Ergo & hic conſenſus.

32 ¶ Quintò, quòd † licet quis quandoque non poſsit alienare, valet tamen alienanti conſentire, vt ſupra diximus, procederet, niſi ſit eadem ratio in conſenſu, quæ in alienatione, & ecõtra, prout ſingulariter dicit Bald.in l.ſecunda.C.ſi aduerſus donationem.& in l. fina. C.de pactis. & ſequitur Deci. in l. aliud eſt.ff.de regul. iur.& Barba. in conſil.quarto, in 3. volum. Sed ratio prohibitionis tam de iure communi quàm de iure conſtitutionũ eſt, ne feuda commutentur de perſona ad perſonam ſine ſpeciali Domini aſſenſu, ſi enim propter conſenſum meum in contractu adhibitum, feudum veniret ad te, quod aliàs non deueniret nõ ne eſt eadẽ rõ, ergo dicemus ꝙ duret effectus ꝓhibitionis, ꝓſertim ꝙ cõſenſus accedit cõtractui de iure prohibito.

33 ¶ Sextò, puto aduertendũ, ꝙ † idẽ iudicamus de conſenſu ſicut de cõtractu.tex.eſt in l.fi.C.de pact.& iõ ſi cõtractus eſt ſup feudo, & ibidẽ accedit cõſenſus tertij, ille cõſenſus iudicabitur feudalis, & ſi cõtractus eſt ſup vlt.volũtate, ille cõſenſus ẽt iudicabit̃ de vltima volũtate. Et ſi

contractus requirit certam ſolénitatem, vel formam, eandem etiam requiret ille conſenſus. Et ſi cōtractus poteſt à partibus reuocari, ſimiliter poterit ille contractus reuocari. Ita diſcurrit Ioan. Franc. Purpurat.& poſt eum Hyeronim. Cagnol. Doctores celeberrimi in d. l. fin. vbi Aretin.& alij qui adducūt quotas. C. de pact.

¶ Septimò adduci poteſt, quod ſentit Andre. in ca. j. de alienatio. feu.
34 pater. ꝙ † pater non poteſt refutare feudum, in quo viuitur iure Frācorum, filio ſecundogenito cum conſenſu primogeniti, ſine aſſenſu domini, cap. j. de natur. ſucceſſio. feud. & tamen primogenitus in vita patris nō habet aliquod ius conſiderabile in feudo, & cum ſecundogenitus ſit de ſucceſſoribus deberet releuare refutatio patris facta in ipſum, quia primogenitus cōſentiendo vr̄ ſe à gradu primogenituræ abſtrahere & illi renunciare, & ſentit Andre. in ca. j. §. hoc quoque, de ſucceſſio. feu. & ex hoc inferunt Moder. Neapolitani in dicto ca. j. de aliena. feud. pater. quòd
35 † agnatus qui conſentit, agnatum poſterioris gradus à Domino inueſtiri in feudo, antequam ſuper ſuo conſenſu impetretur aſſenſus, poteſt vigore conſtitutionis Regni reuocare conſenſum, & ſic ſentit expreſsè, ꝙ in conſenſu quem quis adhibet ſuper re feudi, requiritur aſſenſus, & poteſt fieri reuocatio. Idem in c. Imperialem. not. 22. vbi de conſenſu primogeniti in contractu feudi ꝙ poſſit illum conſenſum reuocare etiam poſt mortem patris. Et ratio, eſt quia propter cōſenſum habet feudum, quem aliàs non haberet & poſſet ab eo auocari ſi non aſſentiret. Nec verùm eſt dicere, in feudalibus non remittit pignori ergo non alienat, per d. l. etiam. Nam aliàs ſequeretur, quòd ſi agnatus alienat feudum cum cōſenſu alterius agnati, poſſet ſequēs agnatus reuocare alienationē feudi pretio non reſtituto, poſtquam cōſentiens non dicebatur alienaſſe, ex quo illo tempore non habebat ius in feudo per priorē agnatum poſſeſſo, & tamen videmus de iure contrarium, ꝙ non poteſt fieri reuocatio donec agnatus qui cōſentit ſuperuiuit, & voluit gloſſ. & ibi Andre. de Iſer. in c. j. §. hoc quoq; in j. col. de ſucceſſio. feud. & ſequitur Albert. Brun. in conſ. 80. & Bal. in conſ. 16. in prim. vol. ratione ergo conſenſus ille ſubrogatur in ius eius, dico in feudalibus. Ideo agnatus repellitur donec ipſe viuit & iſta in ſimili habent locum in caſu de quo quæritur, & à fortiori,
36 ꝙ † ſi ius non perfectè firmatum ſed tantum in ſpe conſideratum ordine ſucceſſiuo non poteſt ſine aſſenſu remitti per conſenſum & abſtenſionem, quanto fortius ius formatum & in eſſe productum de præſenti cum aſſenſu. argu. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ.

37 ¶ Vltimò negari non poteſt, ꝙ † remittere hypotecam non ſit diſtrahere,

here, vt per Moder. in d. c. Imperialem. & in conſtitu. conſtitutioné, & ſicut in contrahendo hypotecá ſuper feudo requirebatur aſſenſus, ita etiam in illam remittendam hypotecam, vt per Bart. in autenti. contra ſi filij. in ij. not. C. de repud. & per Alex. in l. centeſimis. §. vltimo, de verb. oblig. & in conſil. 134. ſuper premiſſo dubio. in fin. li. 7. Et quia iſta remiſſio fit ad vtilitaté alterius quàm debitoris, ideo dico ꝙ in ea requirit͛ aſſenſus. Nec quicquam valet dicere, ꝙ poſtquá perſona alterius creditoris reperitur approbata, quia habet aſſenſum à Domino: ceſſat ratio prohibitionis, & ſuper iſta remiſſione non requiritur aſſenſus. Nam inter fideles Regni, qui ſunt approbati à Domino, in contractibus eorundem, quando transfertur feudum de fideli ad fidelem non requireretur aſſenſus, & tamen videmus cõtrariũ obſeruari, & de iure verius: quia in iſta noua voluntate vaſalli requiritur aſſenſus. Et hæc dicta pro nunc currenti calamo dixiſſe ſufficiat, ſub correctione cuiuſuis rectius ſentientis.

Laus Deo Clementiſſimo.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non eſt nulla, quando lata eſt parte citata & audita.*

2 *Poſſidere dicor, quod meo nomine poſſidetur.*

3 *Spoliatus à iudice poteſt agere poſſeſſorio recuperanda.*

4 *Vis illata à iudice procedente iudicialiter non præſtat reuocationem.*

5 *Defenſiones negari non poſſunt.*

CONSILIVM XXX.

QVòd Magnificus Petrus Secula debeat abſolui à petita reſtitutione poſſeſſionis Caſæ maxillæ per Demetriũ Rodachi vel ſaltem admitti ad faciendum ſuas defenſiones, videtur ex infraſcriptis clariſſimè demonſtrari. In primis quoniam præten-
1 ſa † nullitas ſententiæ olim latæ per Sanchem etiam Regium commiſſarium ſub prætextu, ꝙ nullæ fuerint receptę probationes, vel datę dilationes dicto Demetrio, de iure non militat, cum per hoc ſentétia nõ ſit nulla, quando pars fuit citata & audita. l. in cauſæ. §. cauſa. ff. de minor. firmat Bal. in l. prolatá 1 C. de ſenten. Philipp. latè in ca. dilecto. col. 51. de appella. Sed hoc caſu fuit Demetrius citatus & auditus, atque conſtitit dicto commiſſario notoriè, dictum Petrum fuiſſe ſpoliatum, propterea debuit illũ reſtituere, iuxta text. in l. ad noſtrá, de iureiuran. l. emptoré. ff. de actio. empt. ca. quoniam, de fil. preſbyte. Præterea dictus Demetrius non
2 poſſidebat ſuo nomine, cum † nomine Regiæ curiæ poſſeſſionem teneret. l. quod meo. ff. de acqui. poſſ. l. j. §. per ſeruum. ff. eo. tit. Ergo aduerſus eum, qui auctoritate curiæ poſſidet, actio nõ datur, argumẽto. c.

to.c.cum veniſſent. de reſtitu.ſpoliato.ibi glo.l.j.§.deijcitur. ff.de vi &vi arma. Corſet.in fallen.regul. ſpoliatus.num.28.Præterea,licet dicta ſententia & in poſſeſsionē per exequutorem adduci fecerit dictũ Petrum,ita voluit glo.in c.in præſentiārum.7.q.1. ita melius quam alibi declaratur per Anto. de Fano in tracta.de pigno.chart.col.ij.in prin.Et hoc in effectu vidētur ſentire
3 cæteri,qui dicunt, ꝙ † ſpoliatus à iudice pōt agere poſſeſſorio recuperandæ, vt latè per Deci. in l.fin.C.de edict.diui Adria. toll.in c.conſultationibus.de offi. delega. in c.cauſam matrimonij. eo.tit. & in ca.referente.de præben.vbi multa cumulantur,& in c.ex ratione. de appella. in fin. nam ſemper loquuntur quando extraiudicialiter proceditur, ſecus quando iudicialiter,vel quando non præceſsit citatiō,quæ(vt dixi)in caſu iſto legitimè facta extitit. Et ita etiam loquitur Bar.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acquir.poſſeſ. quia quæſtio ſua dependet ab illa,quando fuit data licentia parti ingrediendi propria auctoritate, vt per Anton. in loco prærallegato,& ſatis videtur facere tex.in l.fin. §. fi. ff.quod met.cauſ.
4 vbi † vis illata à iudice procedente iudicialiter, nō præſtat reuocationem,ſi fuit debito ſatisfactum. Ita quidem fuit hic debito ſatisfactũ, quatenus is qui ſpoliatus fuit reſtituitur, licet non rite nec iuris ordine ſeruato proceſſerit, inciuile eſt reuocari,per illum tex. Et propterea ex hoc reſultat aliud, ꝙ petitiō pro parte dicti Petri rectè procedit,dum petit,quatenus nulla eſſet ſentētia dicti Clementis Sanchez, quod non creditur,debere tamen illam confirmari, ſecūdum formā traditam per Ang.de Arct.inſtitu. de actio.in §.quadrupli. iuxta not. per Ang.& Alex.in l.ſi finita.ff.de damn.infect.cum concordan. Et iſtud optimè confirmatur per Salyce.in l.fi.C.de edict. Diui Adria. Alex.in l.j.C.de Carbo.edict.& ibi Petr.Philipp. Corne. Et quoniam principaliter fuit per præfatum Demetrium dictum de nullitate dictæ ſententię, & per viam nullitatis ſit aditum ſacrum Conſilium, non poſſunt aliquo pacto defen-
5 ſiones negari † & nouæ probationes admitti, vt ſententia ipſa confirmetur,ita determinat Bar. in l.j. C.quando prouoca. non eſt neceſ. & allegat tex.in l.j. §.j. ff.quæ ſenten.ſine appella.vbi hoc ſatis videtur probari, cum illa xxv. ex alijs ſpeciebus ſuppleantur ad centum, vt ſententia confirmetur, neq; ibi præſupponitur,ꝙ in prima inſtantia de illis xxv.primo iudici conſtiterit. Et pro hoc ſatis faciunt ea quæ latè dicuntur de confir. vtil. vel inutil.latè per D.Philipp. de Peruſ.in d. c. dilecto. Et in tenuta ex nouis probationibus cōſuluit Alc. in conſ.51. vol.7.cuius opinio mihi videtur verior quàm Roma. in conſil.158. Et ita firmat per plura Anto.de Fano vbi ſupra,& Bertha. in tracta.de Epiſcop.ij.part. Et per

hæc,

hæc, aut eſt abſoluendus à petita reſtitutione ſub prætextu nullitatis dictæ ſententiæ, vel in ſuis defenſionibus & probationibus admittendus. Laus Deo.

Io.Thom.Minadous I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Iure datoris reſoluto, reſoluitur ius acceptoris.*

2 *Mandati fines excedens nulliter agit.*

3 *Gratia facta per delegatum expirat eo mortuo.*

4 *Actus nulli nulla debet fieri mentio.*

CONSILIVM XXXI.

Nicolaus Vincentius de Cæſareis obtinuit priuilegiũ à Principe Orance, huius Regni Vicerege, de primo officio magiſtri actorum vacaturo. Poſt mortẽ Principis vacauit officium, & Cardinalis Columna, abſque poteſtate aliqua conceſſit & cõfirmauit ac eum in poſſeſſionem poſuit illius officij tunc vacantis, Imperator alteri conceſſit illud idẽ. Dixi, ꝙ hic, qui ab Imperatore obtinuit, debet præferri, videlicet Paulus de
1 Riccardis. Primò † quoniam reſoluto iure datoris, ſoluitur ius acceptoris.l.lex vectigali. ff.de pigno. Sed morte Principis fuit reſoluta eius poteſtas concedendi officia, ergo reſolutum eſt ius illius qui habuit ab eo officij vacaturi conceſſionem, faciunt in ſimili dicta per Andr.in cap.j.§.quid ergo. de inueſtitu.de re alie.fact.& in ca.j.qui ſucceſſo.tene. & quæ idem Andre. dicit in conſtitu.Regni ſiquis poſt litem. Et in ſimili conſuluit Paul. de Caſt.in conſi.2.col.ij.volu.j. nouorum. Secundò, Princeps ex tenore ſui priuilegij habebat poteſtatẽ concedendi officia vacantia, non habebat poteſtatem cõcedendi vacatura etiam poſt eius mortem, vn
2 de † excedendo fines mandati, nullum eſt quod aliter factum reperitur.l.diligenter. ff.manda. Tertiò, hoc videtur apertè ꝓbari per text. iuncta gloſſ.in c.præſenti.de offic.
3 delega. in 6. vbi † gratia facta per delegatum expirat eo mortuo, & in c.ſi is cui, de ꝓben. in 6.cum ſimilib. quia eſt inferior à principe & ibi declaratur. Nam ſecus videtur eſſe ſecundum aliquos in reſeruatione Apoſtolica, & ideo ſunt neceſſariæ reuocationes, quæ fiunt in Cancellaria per nouum Pontificem de reſeruatio. vt in regula decima per gloſſ. ibi.

¶ Nec obſtat, ꝙ per dictum Paulũ non fuerit facta mentio de conceſſione prædicta facta per Principẽ.
4 Nam † actus nulli nulla debet fieri mentio, vt not.in c.ſuper literis. de reſcript.& in c.poſtulaſti. eo.ti. Et ſi fuiſſet dictum, Imperator eodem modo conceſiſſet, cum per Regiam pragmaticam ſiue inſtructiones, omnes conceſſiones factæ per Principem ſeu alios Vicereges vltra eorum commiſſionem, præter ea quæ ex cauſa rebellionis fuiſſent fiſco deuoluta, ſint reuocatæ,

propter

propter quod nullo pacto fundari poteſt ſubreptio per regulam d. c. ſuper literis. & tex. in l. fi. C. ſi cõtra ius vel vtilita. publi. in l. ſi quis obrepſerit. C. de falſ. cum ſimilibus.

Ioan. Tho. Minadous.

SVMMARIVM.

1 *Falſum eſt veritatis immutatio.*

2 *Priuilegium dicitur ſurreptitium non facta mentione veritatis.*

3 *Geſtum abſque mandato ratum haberi debet quando eſt vtiliter geſtum.*

4 *Pecunia ſi ad fiſcum perueniat, ratum haberi debet id, ad quod poteſtas adminiſtratoris non ſe extendit.*

CONSILIVM XXXII.

PEtitur per quendam de Murrono, q̃ mittatur in poſſeſſionem officij cuſtodis portus vaſti Aymonis ex priuilegio Ceſareæ Maieſtatis Ioan. Berardinus Baſſianus ſe oppoſuit, ex quo in poſſeſſione officij prædicti reperitur, pretẽditq; nullo mõ priuilegiũ prædictum eſſe exequen-
1 dum. In primis, qm̃ † expreſſit Murronenſis, q̃ officium erat in poſſe Regiæ curiæ, quod eſt falſum. Nã ipſe Ioan. Berardinus poſſidet, de cuius poſſeſſione ſi Imperator ſciuiſſet non conceſſiſſet. Quia rebus ſuis, ac dum ipſi prę iudicari tractatur, facilius fuit Principem cõmouere quàm præiudicando alteri. vt not. in c. quamuis. de pact. in 6. in l. fi. C. de ſenten. paſſis. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. in c. quæ in eccleſiarum. de cõſtit. in l. fi. C. ſi cõtra ius vel vtili.
2 publ. Præterea † dictũ priuilegiũ ẽ ſubreptitiè impetratũ nõ facta mẽtione, q̃ mediante pretio fuerat alienatum d. Io. Berardino, quod ſi expreſſiſſet non obtinuiſſet, per id quod dicit Bal. in l. qui ſe patris. C. vnde liber. per Docto. in d. ca. quæ in eccleſiarũ. & in d. l. fi. C. ſi contra ius, & ſic ratione ſubreptionis annullatur, maximè cũ ſit gratia, vt in c. ſuper literis. de reſcript.

¶ Non obſtat, q̃ Cardinalis nõ habebat alienãdi ptãtem ſeu vẽdendi.
3 Nam † attenta Curiæ vtilitate tũ in prouidendo dictum officium, quod tũc vacabat, tum ob receptũ pretium & in vtilitatem maximã Curiæ conuerſum, dico intrepidè, q̃ etiam abſq; mandato geſtum, ratũ haberi debet, tex. eſt in l. diligẽter. §. melior. ff. mãda. & in §. is qui exequitur. inſtit. eo. ti. & in l. ſiquis mihi bona, §. ſi pater. ff. de acquir. hære. in l. qui ꝓprio. §. procurator. ff. de ꝓcurato. ibi Bal. & in l. ſi aũt. §. j. ff. de neg. geſt. & facit titulus, de in rẽ verſo. Et in proprijs terminis in adminiſtratore rerũ fiſcaliũ, q̃
4 † ſi ad fiſcum pecunia ꝑueniat, ratũ eſſe debeat id ad qđ ptãs adminiſtratoris nõ ſe extẽdit, ẽ bonus text. in l. j. C. de ſolu. & liberatio. debit. ciui. lib. 11. & in Vicario Regio, cui eſſet interdicta ptãs vẽdẽdi, firmat And. in c. Imperialẽ. in prin. de prohibi. feud. alien. ꝑ Fed. Proptereaq; cõcludendũ vr̃, q̃ dictus Io. Berardinus moleſtari non debeat.

Laus Deo. Se concordarunt & Ioã. Berard. remãſit in poſſeſſione.

Ioan. Tho. Minadous.

CONSILIORVM FINIS.

Clariſsimi viri

IOAN. THOMAE MINADOI

DECISIONVM

Sacri Conſilij Neapolitani Liber.

SVMMARIVM.

1 *Editio de iure fieri debet, vt poſſit quis deliberare.*
2 *Edenda ſunt omnia, quibus quis vſurus eſt.*
3 *Prædo reſtituendus.*
4 *Feudalia non pñt ſine titulo poſſideri.*
5 *Concluſio libelli attendi debet, & non narratio.nu.6.*
7 *Admitti non debet id, quod non releuat.*
8 *Verba enunciatiua non alterant iudicium.*

DECISIO PRIMA.

ANtonius Pignatellus egit ſpolio contra Ill. Principem Biſiniani, dicens ꝙ tenens & poſſidés quoddam Caſtrum iuſtis & legitimis titulis mediantibus, fuit ſpoliatus armata manu &c. Fuit petitum per Principem exhiberi titulum ſaltem ad effectum deliberandi: quia ſi videbit titulum eſſe iuſtum & legitimum, prout ex aduerſo fuit mentionatum, forte cedet liti, & aliter
1 non poſſet deliberare † quo caſu de iure editio fieri debet, vt no. in l. edita. C. de eden. latè per Iaſo. & alios in §. curare. inſtitu. de actio. & in cap. primo. de proba.

¶ Præterea, cum non ſit deducta ſimplex poſſeſſio ſed iuſtificata ex titulo debet titulus exhiberi: quia
2 † edenda ſunt omnia, quibus vſurus eſt. l. prima. §. edẽda. ff. de eden. cum ſimilib. Et † licet etiam præ-
3 do ſit reſtituendus. c. ex literis. & c. conquerenti. de reſtitu. ſpoliato. cum ſimil. tamen, cum deduxit iuſtitiam poſſeſſionis, debet de illius iuſtitia cognoſci, & conſequenter debet fieri ęditio tituli, cum de eo cognoſcendum ſit.

¶ Præterea, hoc caſu tractatur de feudalibus & iuriſdictionalibus,
4 † quæ non poſſunt ſine titulo poſſideri, vt in conſtitu. Regni, ea quę ad decus. Ideo vt audiatur in reſtitutione, oportet ipſum deducere titulum, aliàs non reſtitueretur, ca. ad decimas. de reſti. ſpolia. Et ideo vt pars poſſit ſe defendere aduerſus titulum, debet fieri exhibitio.

¶In contrarium tamen fuit dictũ,
quòd licet in narratione fiat men-
tio tituli, tamen in concluſione
Actor non ſe aſtrinxit niſi ad ſim
5 plex poſſeſſorium, vnde † attenta
concluſione quæ attendi debet. l.
certi cõdictio. §. quoniam, ibi Bar.
ff. ſi cert. pet. l. ſi duo. ff. vti poſſide.
non debet haberi aliqua ratio titu
li mentionati, & ita in proprijs ter
minis allegabatur deciſio Abba. in
capit. ex parte. de foro competen.
6 vbi vult, quòd † narratio petitorij
non ſit attendenda, ſi concluditur
in poſſeſſorio tantum.

¶ Præterea, exhibitio petita vide-
batur calumnioſa, cum reus veri-
ſimiliter poterat eſſe certus de titu-
lo, ideo exhibitio fieri non debet
per ea quæ dicuntur, in ca. cum di-
lecti, de dolo & contuma. not. in
d. l. edita, & in ca. j. de libelli obla-
tio. & magis opponebatur ad dila-
tandum cauſam.

¶ Præterea, cum non ſit habenda
ratio niſi ſpolij, fruſtra petitur ex-
7 hibitio tituli, & † ſic non debet
admitti ad id quod non releuat.
l. aliquando. in fin. ff. ad Trebellia.
not. in l. trãſigere. C. de tranſa. per
Fely. in c. cognoſcentes. de cõſtit.

¶ Nec obſtat illa iuſtificatio poſſeſ
ſionis per titulum: quia illa verba
8 ſunt enunciatiuè poſita † & non al
terant iudicium poſſeſſorium, per
Doctri. Abba. in d. c. ex parte.

¶ Et licèt tres ex Dominis cõſilia-
rijs, inter quos fuit Viceprothono
tarius & Dominus Ant. Capici. te-
nuiſſent primam opinionẽ, tamen
fuit decretum ſecundum hanc vl-
timam opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Socer habet beneficium. l. maritum. ſol. matr.*
2 *Beneficio tali renunciari non poteſt, cum iuramento.*
3 *Periurus non eſt audiendus.*
4 *Creditor accipit in ſolutum meliora bona debitoris.*

DECISIO II.

FVit præſentatum inſtru
mentum ſecundũ for-
mam ritus per Magni
ficam Marellam de Ca
ſtellis contra Antonium Caraccio-
lum ſocerũ, per quod promiſerat
ſibi ſoluere antefatum, & cum ma
gna Curia procederet ad liquida-
2 tionem iuxta formam dicti ritus,
fuit appellatum ad ſacrum Conſi-
3 lium, & dubitatum, an nurus con-
tra ſocerum poſſit criminaliter a-
gere, & an ſocer contra nurũ ha-
beat beneficiũ hoc ne carceretur.

¶ Circa prædicta dicebatur, ꝙ nõ
poſſit criminaliter agi ad periuriũ
ratione reuerentiæ debitæ ſocero,
vt in l. qui accuſare. in fin. & in l. hi
tamen. ff. de accuſa. cum ſimilib. Et
ita fuit obſeruatum in cauſa Co-
4 mitiſſæ Muri cũ filia Duciſſæ Gra-
uinæ: quia fuit ſublata accuſatio
criminalis periurij. Sed dicebatur ꝙ
caſus erat diuerſus de filia ad nu-
rum, maximè ſoluto matrimonio,
ſed quia partes in hoc cõcordabãt,
quòd non ageretur criminaliter,
ideo

ideo non fuit diſcuſſum, ſed petebatur carceratio ratione ritus, qui habet locum etiam non appoſito iuramento, ſed ratione ſolius pœnæ, vt in alio ritu continetur.

¶ Ideo circa hoc ſecundum dubiũ
1 dicebatur, ꝙ † ſocer habet beneficium, vt in l. maritum. ff. ſol. matr. & not. in l. alia, in §. elegãter. ff. eo.
2 tit. Et † quòd huic beneficio nec etiam cum iuramento renuntiari poſſit, vt per Alex. in d. §. elegãter. quia debetur ratione reuerentiæ.

¶ Sed ad hoc replicabatur, quòd cõſuetudo Neapolitana tollit hoc remedium, eo maximè quòd iſta erat promiſſio facta poſt mortem filij ipſius Antonij & conſequenter poſtquam illud remedium cõpetere potuiſſet, vnde ſe obligãdo cum iuramento & ſimpliciter, videtur illi remedio, & ſi competijſſet, renuntiaſſe, ſicuti dicimus in ſocio, per Ioan. Lup. latè in ca. per veſtras. de donatio. inter vi. & vxo.

¶ Sed ad hoc reſpondebant aliqui ex Dominis, quòd licet nõ habeat beneficium deductionis ne egeat, nõ tamen debebat carcerari, ſi bona habeat, & põderabant id quod in his terminis conſuluit Albert. Brun. in conſil. 49. qui conſuluit non eſſe fiendam deductionem ne egeat, & ideo cum per dictum Antonium offerantur bona non debet propterea carcerari.

¶ Sed aliquando iſta conſideratio non videbatur habere rationem, cum ideo non daretur poteſtas carcerandi: quia illud remedium cõpetit, vt non teneatur in ſolidum, ſed ſi teneretur in ſolidum eſt ſublatum illud priuilegium, ergo ét poterat carcerari.

¶ Ego eram in opinione, quòd cũ iſta obligatio fuiſſet cõtracta poſt ſolutum matrimoniũ, & ſic poſtquam potuiſſet competere hoc priuilegium, & ſe obligaſſet præcisè cum iuramento & cum ampliſſimis renunciationibus, præſertim de dandis bonis in ſolutum, quòd
3 propterea poterat carcerari, & † ꝙ audiri non debebat in prædictis tamquam periurus, per ea quæ dicuntur in locis prędictis, & in l. nã & poſtea. de iureiuran. & in cap. primo. de lit. conteſtatio.

¶ Verum quoniam ſatis videbatur inhumanum, quòd ille Magnificus, qui filium amiſerat, etiam carceres pateretur, & quia interpoſuit partes ſuas & mediante Magnifico Berardino Galeota ſe inuicem cõcordauerunt, quòd reciperet bona
4 in ſolutum † meliora tamen quæ habebat dictus Antonius, vt in authen. hoc niſi debitor. C. de bon. auctorita. iudi. poſſiden.

SVMMARIVM.

1 *Vitæ & militiæ quæſtio non compromittitur: quia feudalis, nec de re notoria: num. 2.*

DECISIO III.

Fverunt petita alimenta p vxorẽ Octauiani Monachi foriudicati à fratrib.

viri poſſidentibus bona, ꝑ ſe & filia. Fuit oppoſitū, ꝙ fiat cōpromiſſum. Dicebatur ꝙ cauſa alimentorum erat ſummaria, & liquida & non debebat compromitti, ex aduerſo allegabatur deciſio Specul. in ti. de arbitr. in §. reſtat, ꝙ poteſt fieri compromiſſum in cauſa alimentorum. Refert & ſequitur Iaſ. & alij in l. de alimentis. C. de tranſactio. l. cum hi. ff. eo. tit. & allegabatur deciſio Andre. de Iſer. in cōſtitu.

1 Regni Comitibus, ꝙ † quæſtio vitæ & militiæ non compromittitur ea ratione: quia feudalis, non quia quæſtio alimentorum. Et ideo circa quantitatem vitæ & militiæ bene fit compromiſſum ſecundum Andre. ibi, Licet Magnificus Ioannes Martialis dixerit, ꝙ ſibi videbatur, ꝙ de quantitate etiā vitæ & militiæ non debebat compromitti: qa plus & minus eſt onerare feudum, & cum tractatur de onerando feudum, non debet fieri compromiſſum ſine aſſenſu, licet opinio Andre. fuerit ſequuta & ſemper obſeruata.

¶ In contrarium tamen ego dicebam, videlicet ꝙ non debeat fieri cōpromiſſum, ex quo non erat aliqua quæſtio in facto, ꝙ illa vxor non debuiſſet habere alimenta, ſed

2 erat quæſtio iuris † qa omnia quę in facto probari oportuiſſet acceptabantur, & erant notoria, & ſic compromiſſum fieri non debebat, per ea quæ dicuntur in Regia pragmatica, in capit. primo de lit. conteſta. Et ita cōmuni voto fuit decretum, licet partes de communi conſenſu poſtea fecerint compromiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici releuātur à ſatiſdatione iudicij.*
2 *Clericus circa ordinatoria debet obſeruare iura iudicij.*
3 *Diſpoſitio pœnalis non includit clericos.*
4 *Effectus potius quàm modus attendi debet.*

DECISIO IIII.

QVidam clericus voluit conuenire quendā Laycum in magna Curia, replicabatur ꝙ non debebat admitti, niſi fuiſſet præſtita fideiuſſio ſecundum formā Regiæ pragmaticæ. Dicebatur pro parte clerici, quòd non tenebatur per ea quæ dicuntur in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. in c. quod clericis. de foro competen. vbi optimè per Socyn. & allegabatur text. in §. j. in authen. de ſanctiſs. epi-

1 ſcop. vbi † clerici releuantur à ſatiſdatione.

¶ Sed in contrarium dicebatur, ꝙ

2 † circa ordinatoria clericus debet obſeruare iura fori iuditij. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & quòd illa fideiuſſio concernit ordinatoria.

¶ Ego conſiderabam in illo caſu, ꝙ ille clericus pręſtiterat fideiuſſorē reſpectu debiti, & ꝙ reſpectu pęnæ nō debebat fideiuſſionē ꝑſtare clericus:

3 clericus: quia † illa diſpoſitio tanquam pœnalis non includit clericos, vt in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ. in c. cum non ab homine. de iudi. & illa pœna ſecundum formã Regiæ pragmaticæ ſolui debet in fine cauſæ, quando ſuccumberet in præuentione, & ſic reſpicit condemnationem potiuſquam proceſſum, & † potius debet attendi effe-
4 ctus quàm modus. l. in rebus. C. de iur. dot. l. filio, quem pater. ff. de iniuſt. rup. teſt.

¶ Dominus Viceprothonotarius noluit, ꝙ aperiretur hæc porta aduerſus pragmaticam, propter infinitas fraudes, quæ fieri potuiſſent, & fecit partes concordari.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio eſt quædam gratia.*

2 *Retrotranslatio locum habere non poteſt, cum extrema non ſunt habilia.*

DECISIO V.

FRanciſcus Ruta conuenerat Sebaſtianum Scãnapecum ad reſtitutionẽ magiſtri actorũ Magnæ Curiæ Vicariæ cum eſſet conuentus pro conſignatione ſcripturarum dicti officij. Et cum fuiſſet proceſſum ad multos actus inſtantia perijt, ea perempta Franciſcus Ruta iterum per viam principalis petitionis petijt ſibi reſtitui dictũ officium, & facta citatione ſibi fecit inſufflari ſpiritũ vitæ cauſæ prędictæ, & oppoſuit aduerſus Franciſcum Rutam exceptionem litis pẽdentiæ ad impediendum litis ingreſſum.

¶ Ego dixi, quòd iſta exceptio nõ militabat: quia tempore litis motæ inſtantia cauſæ reconuentionis
1 erat perempta, & † illa reſtitutio, quæ eſt quędã gratia, vt dicit Bal. in l. prouidendum. C. de poſtulan. non intelligitur in præiudiciũ tertij, & ſic dicti Frãciſci, qui iam denuo egerat. argu. text. & nota. ibi per Doct. in c. quamuis. de reſcrip. in 6. in l. fi. C. de ſenten. paſſ. & reſtitu. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ,
2 ff. de liber. & poſthumi. & † cũ extrema iam non ſint habilia, non poteſt habere locum retrotranslatio, vt in l. bonorum. ff. rem rat. habe. not. in l. ſi is qui pro emptore. per Bar. ff. de vſucap.

¶ Et ita fuit de communi conſenſu decretum, & D. Ioan. Martialis dicebat, quòd bis fuerat idem iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

2 *Dos ſemper debet eſſe præcipua.*

DECISIO VI.

PEtita aſſiſtentia in ſacro Conſilio per quandam de Spinellis vigore inſtrumẽti dotalis ſuper quibuſdã bonis obligatis ꝓ dote, fuit oppoſitũ, ꝙ inſtrũ pſentatum non erat in forma, iuxta conſtitu.

inſtrumentorum robur, & erant mortui iudex, notarius & teſtes. Ex aduerſo fuit productum teſtamentum viri, in quo dos legabatur, nō tamen expreſſa quantitate. Item fuerunt producta quædam inſtrumenta, in quibus vir confitebatur feciſſe inſtrumentum dotale vxori ſuæ, & præſertim inſtrumentū antefati, quæ inſtrumenta erant in forma probante. D. Ioan. Mattialis dicebat, ꝙ ipſe feciſſet reaſſumi dictum inſtrumentum, propter cōcomitantiam illarum ſcripturarū, & ex illa confeſſione, per quam releuari videbatur ab onere probandi. ca. j. de confeſſ. not. in rubri. de proba. D. Anto. Capicius dicebat, ꝙ ad euitandum circuitum debebat aſſiſtētia præſtari, per id quod dicit Ioan. And. in addi. Specul. in tit. de ſolutio. & per Alex. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi cert. peta. cum ſimilib.

¶ Ego de hoc ſatis dubitaui, quia eramus contra tertios, quibus illæ confeſſiones non videbantur præiudicare. l. optimam. C. de contrahen. & committ. ſtipula. toto titulo, res inter alios acta, cum vulga. Et licet dicatur in eis, ꝙ fuiſſet factum inſtrumētum dotale, tamen non apparet de precario & conſtituto, per quod fieret impetratio dominij, per nota. in l. vetuſtiſſimam, & in l. fi. C. de iur. domi. impetr. neque apparet, ꝙ ſtylus & cōſuetudo notarij fuiſſet talis, argu. cor. quæ dicuntur per Bald. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. reis per Deci. poſt alios in cap. cum M. Ferra. de conſtitu. & inſuper me ſatis mouebat, ꝙ conſuetudo vult, ꝙ ſine inſtrumento dotali dos peti non poſſit. Nam † cum qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. l. inſulam. ff. de præſcript. verb. ſequitur ꝙ eo tempore, quo erat petenda dos, debet exhiberi inſtrumentum dotale, nec ſufficit fuiſſe niſi appareat, faciunt ea quæ dicuntur in l. fi. C. de fide inſtrum. 1

¶ In contrarium tamen fuit votatum per omnes Dominos, ꝙ aſſiſtentia præſtaretur: quia ſufficit, ꝙ inſtrumentum dotale potuiſſet reaſſumi ad euitandum circuitū, maximè ſtantibus dictis cōfeſſionibus, & ſic non oportebat, ꝙ fuiſſet reaſſumptum in forma probante, & licet hæc deciſio mihi fuiſſet viſa dura. Maximè: quia in margine prothocolli non apparebat aliquando fuiſſe reaſſumptum, & ſic nunquam fuit in eſſe inſtrumentum dotale in publicam formam. Tamen quia conſuetudo eſt ſatis contraria fauori dotis † quæ ſemper debet eſſe præcipua. l. j. ff. ſolu. matr. & ad euitandum circuitum. Ideo fuit ita pronuntiatum, & ꝑpterea debet hæc deciſio notari. 2

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio fit in cauſis meri imperij & criminalibus.*

2 *Audientia committitur ſenium & valetudinariorum etiā in cauſis feudalibus*

dalibus & criminalibus.

3 Doctoris dictum intelligi debet ſecundum legem, quam allegat.

4 Facere teneris, quod tibi non nocet & alij prodeſt.

DECISIO VII.

MAgnificus Berardinus Martiranus ſecretarius in cauſa vertente in ſacro Regio Conſilio cū hæredibus quon. Antonij Seronij ſuper dicto officio Secretariæ, nominauit teſtes duos in Hiſpania, duos in Burgūdia, vnum Mediolani, vnum Tortonæ, duos Mantuæ, vnum Romæ, & petijt cōmitti audientiam ipſorum teſtium. Ego dixi, ꝙ debebant fieri cōmiſſiones: quia licet eſſe ſtylus ſacri Conſilij, ꝙ pro duobus locis fieret commiſſio pro examinandis duobus teſtibus in loco, tamen hoc caſu poterat quò ad omnes fieri cōmiſſio. Nam illi teſtes non erant ſubditi iuriſdictioni ſacri Conſilij & non poterant compelli ad ve-
1 niēdum. Quo caſu † etiam in cauſis meri Imperij & criminalib. fit commiſſio. Ita firmat notabiliter Bald. in authen. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrum. & ponderabam pro hoc conſtitutionē Regni, in pecuniarijs, quæ vult, quòd
2 † etiam in cauſis feudorum & criminalibus committitur audiētia, ſenum, valetudinariorum, & hoc ea ratione: quia non poſſunt cogi vt veniāt ad Curiam, ergo eadem ratione in forenſibus exiſtentibus extra Regnum.

¶ Et ſi dicatur, ꝙ licèt debeat committi, tamen debet fieri hæc cōmiſſio tabellioni Curiæ ſeu alicui deputando per ſacrum Conſilium, qui hinc vadat. Reſpondebam, ꝙ ego non reperio iure cautum, ꝙ eo caſu, quo audientia teſtium cōmitti poteſt, debeat committi tabellioni potiuſquam iudici illius loci, in quo teſtes degunt, ſi ſuſpectus non fuerit, Quinimmo tex. in d. authen. Apud eloquentiſſimū, expreſsè loquitur de Iudice alterius prouinciæ, aut ſaltem iſtud eſſet in facultate iudicis, non autem cogeretur, niſi forte eſſet ſuſpicio teſtiū, per id quod dicit Andre. in cap. j. ſi de beneficio lis oriatur, ibi. vel vadat vel mittat idoneum. Quæ verba ſimiliter non intelligo, vt ponant neceſſitatem mittendi potiuſquam committendi, maximè ꝙ loqui videtur intra locum iuriſdictionis: quia non diceret quòd
3 vadat. Et † debet intelligi ſecundū legem quā allegat, quę loquitur de mittendo, vel procederet, quando fortaſſe in loco, in quo teſtes nominabantur, veriſimiliter non erant cogniti, prout fuiſſent aliquibus de Curia, quia tunc metu ſuppoſitionis eſſet iuſtum, vt mitteretur. Et quando teſtes eſſent val de ſuſpecti ipſi iudici, tunc poſſet iudex dicere, ꝙ veniant coram ſe, ſecundum Ioannē de Imol. in l. cū nuntio, de his quæ in teſta. delen. Moder. in tit. de teſtibus. Iaco. in l.

de

de die.§.tutor.col.ij. ff.qui ſatiſda. cogan.vbi Iacob. Ioan.And.in ca. præſentiam,de teſtibus.in 6. Abb. in c.cum cauſam.de teſtib. Purpura.in tit. de offic.aſſeſſo.fol.19. Sed tamen iſto caſu nulla aderat ſuſpicio: quia teſtes nominati ſunt perſonæ notiſsimæ & pro maiori parte conſtituti in dignitate, & qui veriſimiliter magis cognoſcerentur per iudices illorum locorũ, quàm per aliquem qui mitti potuiſſet, & ſic ceſſabat timor ſuppoſitionis: nec aliqua fraus poterat conſiderari, quòd fuiſſent conſulto, & data opera ita ſegregati, vt eorum audientia committeretur: quia ſatis cõſtabat ſacro Conſilio, quòd quilibet ipſorum iamdiu erant in locis nominatis, & non eſt ſuſpicio contra dicta, & cõſequenter ſuccedit regula, quod † tibi non nocet,
4 & mihi prodeſt facere teneris, vt cum dictis hæredibus non obſit, committi poſſit, & Martirano ob euitandam impenſam debeat fieri commiſſio petita.

¶ Et ita fuit Decretum communi voto, excepto Domino Fonſeca, & cum fuiſſet reclamatum fuit cõfirmatum quinto Septemb. 1533.

SVMMARIVM.

1 Lite pendente nihil eſt innouandum.

DECISIO VIII.

Lite pendente ſuper hæreditate inter aliquos, vnus ex litigãtibus habuit recurſum ad magnam Curiã, & petijt fieri præambulum, & tractabatur de hęreditate ſororis, fuit factum præambulũ à quo fuit appellatum ad ſacrum Conſilium. Dicebat is qui obtinuerat, quòd valebat: quia præiudicialia ſunt ſublata, vt per Andre. in conſtitu.ſi ciuiliter agens. Fuit de-
1 cretum contra: quia † lite pendente nil eſt innouandum. c.cum M. Ferra.in fi.de conſtitu. toto tit. vt lit.penden. Et aliàs dum eſſem aduocatus fuit ſimiliter iudicatum in cauſa Andrianæ & ſororis de Puteo, cum Roberto Silano ſuper hęreditate filiorum Ioannis Baptiſtæ de Puteo fratris dictæ Andrianæ.

SVMMARIVM.

1 Hæres ſciens alios creditores non poteſt ſoluere primis venientibus.
2 Malæ fidei ratio non militat in hærede ſoluendo nomen debitoris per adiudicationem.
3 Scientia debet eſſe legitima.

DECISIO IX.

Paulus Vignes conuentus in Conſilio, per Gaſparem Cartiglia tamquam ſuper adiudicatione ſui nominis debitoris, ex eo quòd dictus Gaſpar erat creditor Iacobi Cartigliæ creditoris dicti Pauli; fatebatur ſe debere duos mille & ſeptingentos ducatos, verum dicebat ſe nolle ſoluere niſi citatis omnibus creditoribus dicti Iacobi, ex quo ſuum debitum

debitum pendebat ex adminiſtratione negotiationis per eum facta, pro dicto Iacobo, & intererat ſua, quòd ſemel eſſet quietatus de adminiſtratione, ne quotidie moleſtaretur à creditoribus ſuperuenientibus, quos ipſe ſciebat eſſe, ꝓpter quam ſcientiam ſi ſoluiſſet, malè ſoluiſſet, & pro hoc allegabat glo. in l. fin. §. & ſi præfatam, in verbo repellantur. de iur. delib. vbi Pau. de Caſt. Ale. Iacobi. & Dominicus de ſancto Geminiano & alij in ca.
1 ſanè. 24. q. ij. volentes, quòd † ſi hæres ſciuerit alios fore creditores nõ poteſt ſoluere primis venientibus; aliàs tanquam dolo deſiens poſſidere tenetur.

¶ Pro parte Gaſparis dicebat D. Ioan. Baptiſta Manſus aduocatus ipſius, quòd aliud eſt in hærede, qui verè eſt debitor, licèt non teneatur vltra vires hæreditarias, per tex. in d. l. fi. not. in l. quæ dotis. ff.
2 ſolu. matr. Aliud † eſt in nomine debitoris, cuius petita eſt adiudicatiõ, quia quò ad ipſum non militat ratio malę fidei, ex quo coactus per adiudicationẽ ſoluit. l. nomen. in fin. C. quæ res pigno. oblig. poſ. l. ſi conuenerit. la ij. C. de pignorat. actio. not. in l. iij. C. de nouat. & conſequenter cuicunque ſoluat, recte ſoluit, etiam non petita ſatiſdatione, prout in hærede olim ſtatutum erat. l. dolo. ff. ad leg. Falci. l. j. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falci. Et licet poſſet intereſſe aliquorũ, qui citari debuiſſent, vt illis præiudicaretur, vt in l. de vnoquoq; ff. de re iudi. non tamen per hoc debet impediri proceſſus ad inſtantiã iſtius, qui nunc agit, maximè cum offeratur fideiuſſio, vt no. in l. is à quo de rei vindica. in c. cum ſuper. de re iudi. Sacrum Conſilium decreuit, quòd proceſſus non impediatur ob hoc, quòd iſtud nomẽ ſciat ſe etiam alijs obligatum: quia non eſt par ratio, quæ eſt in hærede, vt ſupra fuit dictum, tanto fortius
3 † quòd iſta ſcientia non erat legitigima: quia aliter illi nõ conſtabat de debito, niſi ex quibuſdam aſſertionibus, quo caſu non impeditur ſolutio fienda alteri, per ea quæ de proteſtatione prohibitoria dicuntur in l. nunciatio. §. morte. ff. de oper. no. nuntia. in cap. cum M. Ferra. de conſtitu. & ſatis grauaretur hic creditor, ſi vellet perquirere omnes creditores, vt comparerent, cum nec ipſum principalem citare teneatur, ſecundum Bald. in d. l. nomen. prout etiam aliàs fuit iudicatum & ſic fuit proceſſum in cauſa ad vlteriora. Et quoniam dictus Paulus fatebatur ſe ĩ certa parte debitorem, ſacrum Conſilium coegit ipſum ad faciendum depoſitum, de ipſa quantitate, iuxta no ta. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. peta. adhoc vt potius ædes ſacra vteretur dicta pecunia lite pendente, quàm ipſe Paulus, qui videbatur pro retinenda dicta pecunia differre aliquantulum litis proſequutionem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fructuum taxatio vbi facta, illis nõ habitis non debetur.*
2 *Vita & militia eſt onus feudi.*
3 *Secundogenitus excluditur contemplatione primogeniti.*
4 *Poſſeſſor nouus conuenitur pro decima præterita.*
5 *Obligatus occaſione rei, re perempta ſine culpa obligati non propterea liberatur.*
6 *Illatio non fit ex diuerſis.*

DECISIO X.

MArcellus Caracciolus petijt vitam & militiam ſibi debitam ſuper caſtro Vicę in prouincia Apuliæ pro annis 1527. 1528. & 1529. D. Nicolausantonius frater primogenitus replicauit, q̃ pro dictis annis non tenetur, ex quo fructus ex feudo non percepit, ob inuaſionem inimicorum factam de anno 1528. in quo anno fructus anni præteriti conſeruabantur in caſtro prædicto inuaſo, durauit vſq; ad annum 1529. exiſtente ibidem N. Vincẽtio Bulgarello, qui ex priuilegio Gallorum prætendebat ſe dominum illius caſtri, & ſic fructus dictorum trium annorũ fuerunt deperditi, & conſequenter ad vitam & militiam non tenetur. Et pro hoc allegabantur ea quę dicũtur per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. per Bal.
1 in c. j. de not. feud. q̃ † vbi eſt facta taxatio ex fructibus, illis non habitis, non debetur. l. cum certus. de vino triti. & oleo lega. l. ſi debitor. §. veriſimile. ff. de contrahen. empt. Sed iſta vita & militia videtur taxatę, ſecundum valorem & fructus feudi, & ratione fructuum ipſius feudi, vt per Andre. in conſtitu. comitibus. Igitur non perceptis fructibus non debetur.

¶ Præterea, dicebat aduocatus con-
2 uẽti, iſta † vita & militia eſt onus feudi, & ſequitur poſſeſſorem, vt in c. Regni alienationis actus, & conſequenter ad illam præſtãdam debet conueniri is qui occupauit, & non debet moleſtari dictus Nicolausantonius qui non poſſedit.

¶ In contrarium tamen fuit iudicatum: quia (vt dicebat D. Ioan. Martialis) non ſumus in terminis de quibus in d. §. ſacram. per Bart. quando fructus non fuiſſent nati; ſed ſumus in alio caſu, in quo fructus ſunt nati, ſed non ſunt percepti per ipſum primogenitum. Et hoc ſtante ego conſiderabam, q̃ ſi tertius poſſeſſor, qui nunquam percepiſſet aliquos fructus, poteſt conueniri pro vita & militia debita ſecũdogenito pro tempore præterito, vt patet in d. c. alienationis actus, ibi ſatisfactus, & ita dicebãt fuiſſe ſæpius iudicatum D. Nicolaus Maiorana & D. Ioannes Martialis, & facit deciſ. D. Mathe. nu. 162. quanto fortius hic primogenitus, in quo concurrit duplex ratio, & quia poſſeſſor, & quia primogenitus

3 mogenitus † cuius cõtemplatione ſecundogenitus fuit excluſus d. conſtitu. Comitibus. Et ſic ratio, quæ deducebatur pro D. Nicolaoantonio cõtra ipſum retorquetur.

¶ Et pro hoc etiam ſatis facit quæſtio determinata per Doct. in ca. paſtoralis. vbi Abb. de decim. ꝙ
4 † pro decima præterita conuenitur nouus poſſeſſor. l. Imperatores. de publi.

¶ Nec obſtat, ꝙ taxatio fiat reſpectu fructuum: quia illud eſt reſpectu quantitatis, non tamen ꝙ ex inde fructibus non perceptis vita & militia non debeatur, maximè ꝙ (vt prædixi) fructus iam fuerunt percepti ex feudo licet per alium, & ſic deperditi; quo caſu ſuccedit
5 regula, ꝙ † obligatus occaſione rei, re perempta etiam ſine culpa obligati, non propterea liberatur. l. cum mulier. ibi omnes. ff. ſoluto matr. & licet ibi per Alex. diſtinguatur, an potuit haberi recurſus contra alium an non, & ſi deſijt poſſidere ſua culpa vel non, tamen in propoſito fuit præſentatũ quoddam inſtrumentum, per quod dictus D. N. Antonius liberauit vaſallos ab eo quod ipſe conſequi potuiſſet ratione deprædationis & occupationis prædictæ, cum p ipſos vaſallos factũ fuiſſet vt inuaſio fieret & deprædatio, & conſequenter facto & culpa ſua ipſe N. Antonius non potuit habere regreſſum contra illos. Immo ſacrum Conſilium habuit pro abſoluto, quòd illa liberatio fuiſſet facta ob certam pecuniæ quantitatem promiſſam in dicto inſtrumento, licet ibi diceretur, ꝙ non fiebat ex hac cauſa, vt fraudaretur intentio D. Marcelli, etiam ꝙ illud inſtrumentum factum fuiſſet lite pendente, iuxta nota. in l. j. C. de aliena. iudi. mur. ca. fact. c. duarum. de priuileg. c. ex multiplici. de decim. Et ſic debet iudicari vt ſi fuiſſet de dictis fructibus à vaſallis ſatisfactus, per tex. in l. ſolutionis verbum. ff. de ſolut. quinimmo, quoniam fructus non ſunt in obligatione præſtandi ſed pecunia. d. conſtitu. Comitibus: propterea non poteſt aliquo modo prætendi, quòd illis non natis ſeu non perceptis vita & militia non debeatur. per tex. in l. ex eo. cũ ſimilibus, & ibi fructus erant in obligatione, & in legato. Et conſe-
6 quenter † ex diuerſis non infertur.

¶ Et hæc fuit aduertentia D. Sigiſmundi de Loffredo, & ita communi voto fuit iudicatum, ꝙ pro illis annis præſtaretur vita & militia. Et ita etiam reperio fuiſſe aliàs cõſultum in eodem caſu per Dominum Diomedem Maricondam inter priorem Barenſem & Ducem Martinæ per alia, de quibus per eum.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum fieri debet inter affines.*

2 *Antiqua obſeruantia attendenda.*

DECI-

DECISIO XI.

THomas de Balſo de Capua petebat dotes ſibi ꝓmiſſas ab hæredibus Ludouici de Albenabulo ſui ſoceri, & præſentabat copiam capitulorum reaſſumptam ex prothocollo notarij mortui, per notarium habentem poteſtatē reaſſumendi.

¶ Ex aduerſo replicabatur, quòd
1 deberet fieri compromiſſum † ex quo cauſa erat inter affines, nec erat habenda ratio illius copiæ capitulorum ad impediendum cōpromiſſum: quia nō eſt in forma probante, ſecundum formam conſtitutionis Regni inſtrumentorum robur, ſed erat tantummodo cum fide vnius, qui aſſerebat ſe notariū, & non conſtabat, nec apparebat prothocollum: quia erat in ciuitate Capuæ, & ſic non eſt caſus incluſus in exceptione poſita, in Regia pragmatica, de cauſis inſtrumentarijs. Et in proprijs terminis allegabantur ea quæ dicuntur per Alexand. in conſ. 165. ij. volu.

¶ Maior pars Dominorum de Cōſilio, inter quos fuit Do. Antonius Capicius & Dominus Nicolaus Maiorana commiſſarius, dixerūt, ꝙ ad effectum impediendi cōpromiſſum ſufficiebat illa copia, & quòd ita fuerat aliàs obſeruatum:
2 quia eramus intra dietam, & † copia ex antiqua obſeruantia admittitur. Et licet fuiſſet ſumpta ex prothocollo mortui, tamen ſufficit ꝙ ſit ſumpta ab habente poteſtatem reaſſumendi. Et ſic dicebant fuiſſe obſeruatum ad effectum impediēdi compromiſſum, ſecundum formā exceptionis dictæ Regiæ pragmaticæ, & ita fuit decretum diſſentiente D. Ioanne Martiale.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti reaſſumptio pētita quando fieri debeat.*

DECISIO XII.

1 PEtita † reaſſumptione inſtrumenti quietationis, in quo ſuperuiuebat vnus teſtis, fuit capta informatio, & fuerunt examinati quatuor teſtes fide digni, qui interfuerunt contractui, licet non fuiſſent aſcripti in prothocollo. Et ſic cum videretur ſacro Conſilio veritatem eſſe probatam: aliqui dicebant, ꝙ pars deberet petere pronuntiari, quietationem factā, & ꝙ non reaſſumeretur: alij dixerunt, ꝙ ſic ad euitādum circuitū, vt aliàs fuit factum, ex quo pars nō contradicebat circa dictam reaſſumptionem, & ſic fuit decretum, quòd reaſſumeretur.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallorum diuiſio & iuriſdictionis generat maximum præiudicium.*
2 *Arbitriū regulari & electio reſtringi.*

DECI-

DECISIO XIII.

COmitiſſa Saponariæ
obtinuit aſſiſtētiam
ſuper Caſtro Sarra-
ceno & terra Sapo-
nariæ pro ſuis doti-
bus & antefato, volebat exequi ſu-
1 per Caſtro Sarraceno † & facto
appretio apparebat oportere fieri
diuiſionem, vaſallorum & iuriſdi-
ctionis, & fieri maximum præiudi
cium pupillæ Comitiſſæ nepti. Di-
cta Comitiſſa auia dicebat ſibi cō-
petere electionem, & ꝙ iſta diuiſio
non erat prohibita tempore obli-
gationis & aſſenſus. Ideo nō eſt de
ea curandum, & adducebantur
alij caſus, in quibus diuiſio facta
fuerat, videlicet in terra Balneoli;
pro Ioanne Andrea Orilia, & Emi
lio Ianuario contra olim Comitē
Montellæ.

2 ¶ Ex aduerſo dicebatur, ꝙ † illud
arbitrium debet regulari, & ſic illa
electio reſtringi, vt fiat bona fide,
prout dicit gloſ. in l. quādiu. C. de
diſtractio. pignor. Angel. in l. j. C.
qui potior. in pigno. habe. ſed non
conuenit fieri dictam diuiſionem
& ſegregationem ſtatus, cum poſ-
ſit aliunde ſatisfieri dictæ Comitiſ
ſæ: quia offerebantur introitus ad
decem pro cētenario, cum idonea
cautione de ſoluendo intus ciuita-
tem Neapolis, ergo debet arbitriū
regulari & reſtringi. Et ſic per ſa-
crum Conſilium, excepto D. An-
tonio Capicio & me, qui nolui vo
tare, ex quo fueram aduocatus Co-
mitiſſæ.

¶ Fuit Decretum quòd non proce
deretur ad exequutionem in dicto
Caſtro Sarraceno, ex quo poterat
aliunde cōmodè ex dictis introiti-
bus, vel ex baiulatione Saponariæ
ſatisfieri, non obſtante iure eligēdi
ſibi competenti.

SVMMARIVM.

1 Sententia nulla fundata in venditio-
ne nulla ex defectu decreti non inter-
poſiti.
2 Iuſtramentum ſit de cauſa cognitio-
ne interpoſita.
3 Sententia Regia exequi debet.
4 Intellectus. c. ſuſcitata. de reſt. in integ.

DECISIO XIIII.

IN audientia Regia,
referente Magnifico
Nicolao Maiorana, 2
fuit lata quædā ſen-
tentia contra vniuer
ſitatem Sternatiæ, in fauorem hæ-
redum Alfonſi Beltrami, ꝙ dicti
hæredes conſeruarentur in poſſeſ-
ſione exigendi gabellam farinæ, 4
3 venditam per dictam vniuerſitatē
dicto Alfonſo, & cū eſſet dictū de
nullitate, fuit commiſſa cauſa Ma-
gnifico Ioanni Martiali, ꝙ referret
in Conſilio. Et pro parte vniuerſi-
1 tatis dicebatur, ꝙ † ſententia erat
nulla: quia venditio dictæ gabellæ
erat nulla, cum in venditione nō
interuenerat decretū. l. j. C. de ſeruis
reipu. manu. not. in l. nulli. ff. quod
cuiuſq; vniuerſit. nomi. & ī l. actor.

ff.rem rat.habe. Et licet congrega-
tio fuiſſet facta de mandato ſupe-
rioris, vt in l.obſeruari. C.de decu-
rio.lib.10. tamen nõ ſufficit ad va-
liditaté alienationis, niſi appareat
decretum interpoſitum cauſa co-
gnita, vt latè probat & conſuluit
Corne.in conſ.189.volu.3.Et dicit
Paul.de Caſt.in conſ.34. volu.7. ꝙ
2 requiritur † quòd fiat inſtrumen-
tum de cauſæ cognitione interpo-
ſita, & allegat Specul. in titulo de
proba.vt per ipſum.

¶ Sacrum Conſilium determina-
uit, quòd hæc omnia reſpiciebant
iuſtitiam cauſæ & merita, non au-
tem nullitatem proceſſus, & pro-
pterea ſententia debebat mandari
exequutioni.

¶ Pro parte tamé uniuerſitatis fuit
petita reſtitutio in integrum, ad
impediendum exequutionem: ex
3 aduerſo dicebatur, quòd † ex quo
ſententia Regia debet exequi, au-
then.quę ſupplicatio. C.de pręcib.
impe. offer. non poterat impediri
per reſtitutionem petitam.c.ſuſci-
tata.de in integr.reſtitu. Ego dice-
4 bam, ꝙ † ille tex.in c.ſuſcitata.pro
cedit: quia erat præſumptio cõtra
petẽtem ſe reſtitui.Ideo fit exequu-
tio,ita declarat gloſ.ibi, ꝙ aliàs ſer
uaretur ius commune.l.vni. C.de
in integr.reſtitu.pet. nihil no. &
ponderabam, ꝙ procedit text. in l.
aduerſus.C.ſi aduerſus rem iudi.&
tex.in l.j.C.vbi & apud quẽ,in qui
bus iuribus loquitur de ſententia
Regia, & tamé poſtea ſequitur ſim
pliciter tex.in d.l.vnica, quaſi exe-
quutio in omnibus impediri de-
beat.

¶ Verum quoniam videbatur in
effectu, ꝙ vniuerſitas erat debitrix,
& ꝙ potius ad differendum petebã
tur, nec erat verificata læſio. Fuit
decretum, ꝙ per reſtitutionem in
integrum, non impediatur exequu
tio. Et ita dicebat D.Præſidens fuiſ
ſe aliàs obſeruatum. Ego autem di
xi, ꝙ pro annis guerrarum & pe-
ſtis, pro quibus veriſimiliter illi in
troitus non fuerunt exacti, non fie
ret exequutio: q̃a ceſſabat illa præ-
ſumptio calumniæ, quæ erat in re-
liquo contra vniuerſitaté, propter
quam exequutio non debebat re-
tardari in terminis capituli ſuſci-
tata.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa relata & introducta non conceditur beneficium.*

DECISIO XV.

EXtat Decretum in Con
1 ſilio, ꝙ † cauſa relata &
introducta, non conce
datur beneficiũ in cau
ſa S. Laurentij de Apadula, in cau-
ſa Scipionis Brancatij, & in cauſa
D. Antoniæ de Aquauiua, fuit con
ceſſum etiam poſt votatã cauſam,
& hoc quia fuit petitum etiam per
viam reſtitutionis in integrũ: quia
in nõ petẽdo fuerunt læſi, ſicuti ar
guit And. facta cõcluſione, ĩ cõſti.
obſcurita-

obſcuritatem,& cum D.Preſidens, voluiſſet facere decretū, quòd nec etiam per viam reſtitutionis in integrum, ad euitandum calumnias aduocatorum.D.Anto.Capici.& alij contradixerunt.

SVMMARIVM.

1 *Excuſſio fit aliquando ſumptibus alterius.*

2 *Excuſſionis beneficium non habent mercatores.*

3 *Mora eſt quid facti, quæ non præſumitur.*

DECISIO XVI.

IN magna Curia Vicariæ per præceptū de ſoluendo, facta recognitione, fuit oppoſita exceptio diſcuſſionis, contra illos de incuria, per Stefanum Vaglies, dicebatur ꝙ ſaltem fieret diſcuſſio ſumptib.
1 ipſius,qui pro alio promiſerat† per text.in l.vnde quæritur. ff.commoda.qui text.habet locum in omnibus duobus reis, & per gloſſ. & Docto.ibi.

2 ¶ Ex aduerſo replicabatur, ꝙ † ex quo illi conuenti erāt mercatores, ſicuti non habent beneficiū excuſſionis, per text. in §. fi. in authen. de fideiuſſo.ita nec haberent beneficium.d.l.vnde quæritur. Et hæc ſecunda pars eſt viſa verior:quia ratio cōſiderata in vno caſu, militat in alio,& ideo idem ius. l.illud. ff. ad l.Aquil.immo quoniā de mente illius qui recepit illos campſores fuit vt haberet paratā & promptā ſatisfactionem,propterea nō debet vexari in expectatione temporis, cum iam mora facta ſit,& obligatio habet exequutionem paratam, & expectatio iſtius temporis eſſet damnoſa creditori.Quæ conſideratio non videtur eſſe in terminis.d. l.vnde quæritur, quia ibi non erat in mora reſtituendi,quia res commodata fuerat furto ſubtracta,&
3 † mora eſt quid facti & ibi non præſumitur. Et pro hac parte fuit iudicatum in magna Curia Vicariæ,& fuit factum decretum de exequendo,quod fuit exequutum decreto ſacri Regij Conſilij data cautione in caſu retractationis.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe an debeatur ex intereſſe.*

DECISIO XVII.

VNiuerſitas Nuceriæ fuit cōuenta ad certam quantitatem promiſſā,&ad intereſſe rōne morę.Ex aduerſo dicebatur, ꝙ illa quantitas fuit
1 promiſſa ob intereſſe alterius quātitatis debitæ,quæ non fuerat ſoluta,&conſequenter cum dependeat
1 ab intereſſe † non debet conſequi aliud ītereſſe,l.neq;.eorū.ff.de vſur. l.improbum. ff. ex qb. cau.infam.

irrog. l. ſi non ſortem. in prin. ff. de condi. indeb. ſed contra dictam vniuerſitatem dicebatur, quòd im mo illa quantitas erat ſors, ſeu in ſortem redacta, & id intereſſe debebatur, per id quod dicit glo. in l. ſi. C. eod. ſacrum Conſilium decreuit contrarium: quia illa gloſ. procedit quando non eſt factum in fraudem vſurarum.

¶ Sed videbať, ꝙ aliud eſſet in intereſſe, aliud in vſuris, quæ ſunt prohibitæ. Sed ſi nō ſoluit intereſſe quod eſt debitum, & iure licito petitur, cur non debeat præſtari intereſſe.

¶ Et ſi dicatur, quòd tunc temporis vſuræ erant permiſſæ, & tamen vſuræ vſurarum non. Reſpōdetur, ꝙ licet eſſent licitæ, tamen erant odioſæ. vt in d. l. fin. d. l. improbū, & in d. l. fin. videbatur dari vt lucrum, quod ſecus eſt in intereſſe, maximè ceſſante fraude, vt etiam videtur loqui text. in l. fin. C. de vſur. rei iudi.

¶ Et quia cum vniuerſitas illa fuerat paſſa multa damna & erat implicita debitis, taliter quòd ſatisfacere nequiuerat. Decreuit Conſiliū quòd nō tenebatur. l. cum quidam. §. ſi pupillo. vbi tot text. & gloſſ. ff. de vſur. & ſic fuit vniuerſitas abſoluta.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio ſi conceditur in vaſallos non circunſcripto territorio, nulla iuriſdictione retenta per concedentem, an ſi vaſallus delinquat extra territorium, fiat remiſſio, ſtante præuentione Regiæ Curiæ.*

DECISIO XVIII.

1 QVando † conceduntur vaſalli & iuriſdictio in vaſallos nō circumſcripto territorio, & in priuilegio dicatur, nihil, ſeu nullā iuriſdictionem in nobis retinentes, & vaſalli delinquant extra territorium, & fuerit præuentum per Regiam Curiam & carcerati, fit remiſſio, ſecus vbi iuriſdictio fuiſſet circumſcripta territorio: quia nō eſt & non fieret remiſsio. Ita dicebāt obſeruatū, & fuit deciſum in mōt. virgin. qui deliquit in Denticane, in caſalibus montis fuſculi, & fuit remiſſus, etiam quia concurrebat fauor eccleſiæ, tamen non erat vaſallus eccleſiæ etiam quò ad directum dominium, ſed quò ad vtile.

SVMMARIVM.

1 *Executio non fit laudo nullo ſtante, quamuis in compromiſſis ſoleāt renūciari nullitatibus.*

DECISIO XIX.

1 IN † compromiſsis ſolet renunciari nullitatibus, & lato laudo dicitur de nullitate. Quęſitum fuit, an debeat impediri exequutio, videbatur ꝙ non, per ea quæ

quæ dicuntur in c.quintauallis.de
iureiuran. in l.ſi ſocietatem. §.arbi
trorum.ff.pro ſocio. in cõtrarium
fuit deciſum pro Ioãne Saldagnæ,
contra N. de Alexandro, quòd nõ
exequatur, per ea quæ latè conſu-
luit Alexan. in conſi. 35. volum.2.
Specul.in ti.de arbi. §.primo. verſ.
quidam.

SVMMARIVM.

1 *Hypotecaria an & quando agi poſſit ſuper fructibus feudi hæreditarij peruenti in poſſe hæredis.*

2 *Hæres tenetur actione perſonali.*

3 *Hæres adiens hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, quomodo obligetur.*

DECISIO XX.

1 FVit † actum hypotecaria
ſuper fructibus feudi hæ-
reditarij peruenti in poſ
ſe hęredis,pro debito & obligatio-
ne defuncti:qui obligauerat ſe &
bona,præſentia & futura, D.Antõ
nius dicebat, quòd ſi fuiſſent obli-
gata bona hæredum, vel ſi fuiſſet
pactum, quòd licuiſſet capere tan-
tum de bonis ſuis vel ſuorum hæ-
redum &c. quòd tunc procedebat
ſine dubio, ſed quia ita non erat,
dicebat D.Præſidens, quòd iſti fru-
ctus non veniunt in hypotecam:
quia nunquam fuerunt defuncti,
& modo ſunt penes hæredem iure
proprio, quia fuerunt nati & col-
lecti poſt mortem defuncti, & feu-
dum non erat hypotecatum: quia
2 non aderat regius aſſenſus. Et † li-
cet hæres teneatur actione perſo-
nali, tamen fiet exequutio ſuper il-
lis fructibus, non vt obligatis, ſed
vt in bonis dicti hæredis, per text.
in l.comodiſsimè.de re iudi. l.ſi fi-
nita.§.ſi de vectigalibus.ff.de oper.
3 nou. nuntia. Si † tamen hic hæres
adijt hæreditatem cum beneficio
legis & inuentarij nõ fiet exequu-
tio ſuper his fructibus peruentis
ex feudo non obligato.

¶ Aliqui Domini tenuerunt con-
trarium, maximè quia dicebatur
in inſtrumento ſe hæredes & ſuc-
ceſſores ac bona eorum omnia,
quaſi etiam bona hæredum eſſent
obligata. Sed vide Andre. & D.Ma
the.in conſtitu.regni ſiquis poſt li
tem, & D.Sigiſmundus vult, quòd
poteſt fieri exequutio in fructibus
vſque ad valorem feudi hæredita-
rij etiam ſi feciſſet inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Dos data ſpuriæ à patre an debeat reuerti ad hæredes dotantis poſt mortẽ filiæ ſine filijs.*

DECISIO XXI.

1 FVit † data dos ſpuriæ à
patre, an debeat reuerti
ad hęredes dotãtis poſt
mortẽ ſpurię ſine filijs:
vel poſſit ſpuria diſponere. Dicebãt
Dñi de cõſilio, ꝙ alias in cã Io.Frã.
Cayetani fuit iudicatũ, ꝙ ex quo

dos fuit promiſſa viro, ſtipulanti ꝑ ſe & filijs ex dicto matrimonio procreandis, quòd mortua vxore dos debebat remanere penes virū & filios, ſed quia in caſu de quo nunc tractabatur, videlicet, in cauſa Argentini Baroni & Ioannis Cęſarini, cum hæredibus Petri infantis de Nola, non ſuperſunt filij ex dicto Argentino, fuit decretum, ꝙ dos reuertatur ad hæredes dotātis, non obſtante ꝙ dicta ſpuria dicti Argentini in vita diſpoſuerit de dote prædicta. Et ad hoc nos mouerunt rationes dictę per Abb. in conſ. 115. & per Bald. Nouell. in tracta. dot. 6. part. priuil. 15. quicqd alias forte ſentiat Bulgar. per Imol. in l. j. ff. ſol. mat. in repetitione ſua, faciunt dicta per Bal. in l. eam quā. C. de fideicommiſſ. per Abba. & alios in c. cum haberet, de eo, qui du. ea. quā poll. ī l. fi. ff. de his quib. vt indign. per Bar. Sed in cauſa Io. Baptiſtę Scodalupo fuit habita ratio ſeruitiorum præſtitorum à filio patri, & fuerāt præſtita magna ſeruitia, quæ videbantur excedere paternam pietatem, vt in authen. licet. de natural. lib. C. Et ideo fuit arbitratum ꝙ pro medietate dotiū potuiſſet diſponere ad hæredes extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non alienando non impedit quin res prohibita alienari veniat ſub obligatione bonorum præſentium & futurorum.*

DECISIO XXII.

In cauſa Franciſci Mirtei, qui dicitur, il Caualiero, contra Corneliā Griffam olim vxorem Ferdinandi Myrtei V. I. D. fuit iu-
1 dicatum, quòd † pactum de non alienando, appoſitum in contractu, non impedit, quin rės prohibita alienari veniat ſub generali obligatione bonorum præſentiū & futurorum, quæ præcedit acquiſitionem rei cū illa prohibitione, per ea quæ dicuntur per Iaſ. in authen. res quæ not. 4. C. commu. de legatis. Et in proprijs terminis cōſuluit Socy. & alij cum eo in conſil. 75. in 4. volu.

SVMMARIVM.

1 *Lana an veniat appellatione graſſiæ.*

DECISIO XXIII.

1 Vit dubitatum, an † lana veniat appellatione graſſiæ: vt ſicut ex graſſia non exigitur gabella, ita nec de lana. Allegabatur conſilium Fulgoſ. 116. quòd ſic. Alij di-
1 ſtinguebant, ꝙ lana quæ venditur ciuibus non pro mercibus ſed pro vſu, vel quæ venditur hic pro arte lanæ, dicatur immunis, ſecus ſi ꝑ faciendis pannis extra ciuitatem, vel pro mercantia. Aliqui dicebāt quòd iſta diſtinctio eſt impoſſibilis,

lis, quòd practicetur, & propterea videbatur quòd non veniat pro graſſia in hac materia, ſicuti & panni & ſerica, quæ ſunt pro vſu ciuium, & graſſia ciuitatis, & tamẽ ex eis exigitur gabella, & quòd tũc demum cenſeri deberet lana de graſſia, quoties venderetur minutim & pro modica quantitate in foro magno. Et quia res viſa eſt intricata, fuit dictum quòd caperetur informatio, adhoc vt ex probationibus & vſu res clarior fieret.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione facta rei emphyteuticæ, ſaluo domini aſſenſu, an ſatis ſit in contractu.*

DECISIO XXIIII.

1 Acta † alienatione rei emphyteuticæ, cũ proteſtatione, quòd non intendunt aliter cõtrahere, niſi ſaluo aſſenſu directi domini, nec aliter, & quòd dicta proteſtatio cenſeretur repetita, etiam in traditione, quòd ſi poſtea fuit proceſſum ad traditionem, fuit iudicatum referente Domino Antonio Capicio, quòd non incidat in commiſſum, licet non appareat alia proteſtatio tempore traditionis, per ea quæ latè dicuntur in l. non ſolum. §. morte. ff. de oper. noui nuntia. & in c. cum M. de conſtitu. declarauimus tamen contractum non tenere, & quòd ipſe venditor tenebatur ad cenſum, & ita limitãda ſunt quæ dicuntur per Iaſ. in l. ij. C. de iur. emphy.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conuentus à creditore hæreditario ſibi coniuncto poteſt opponere exceptionem compromiſſi vigore pragmaticæ.*
2 *Compromiſſum tale an erit voluntarium vel neceſſarium.*
3 *Compromiſſum factum de iure tãtum in ſententiando, inuentarij ratio habenda.*
4 *Compromiſſi actus non poteſt plus operari quàm fuerit intentio compromittentis expreſſa.*
5 *Iudicari non debet de eo, quod non fuit cognitum.*
6 *Laudum ferendum ſecundum diſpoſitionem iuris.*
7 *Obligatione in generali non veniunt ea, quæ veriſimiliter ſpecialiter quis non obligaſſet.*

DECISIO XXV.

1 Æres † conuentus à creditore hæreditario, qui erat ſibi coniunctus oppoſuit exceptionem cõpromiſſi vigore Regiæ pragmaticæ, & ſic compromiſſum fuit factum cum obligatione in forma, de ſeruando quicquid fuerit iudicatum, iuxta formam dictæ Regiæ pragmaticæ, per arbitros. Fuit cõdemnatus hæres ad ſoluendum dicto actori, cum autem actor pe-

tijſſet in Conſilio laudum exequi, fuit per hæredem illum oppoſita exceptio diſcuſſionis inuentarij. Actor replicauit ꝙ ex quo in com promiſſo ſe obligauerat ſoluere quicquid fuiſſet iudicatum per arbitros, cum obligatione bonorum ſuorum omnium, propterea dicitur cōueniri ex facto ſuo proprio, ſeu ex ſua obligatione, nec gaudere poteſt beneficio inuentarij, vt not. in l.fi.in §.etſi præfatam.C.de iure delibe.& in l.quæ dotis. ff.ſol. matr. & ita conſuluit in proprijs terminis Angel.in conſ.31. Franc. de Aret.in conſ.31.& Deci.in conſ. 300.& Corne.in conſ... volum.2.

2 Tanto fortius, ꝙ † ex quo hic con uentus petijt fieri compromiſſum, non dicetur ex parte ipſius cōpromiſſum neceſſarium, ſed voluntarium, vt optimè declarat Tho. Par pal.in l.ſiquis maior. C. de tranſactio. Et ideo cum voluntariè compmiſerit & ſe obligauerit, ſibi ſuccurri non debet.

¶ In contrarium tamen determinauit ſacrum Conſilium. Et in primis dicebatur, quòd iſtud compro miſſum erat neceſſarium, licet fuiſſet petitū ab ipſo reo: quia ex quo cogi poterat ad faciendum dicitur ſub illa neceſſitate feciſſe, vt latè deducit Franc. de Aret.in conſil. 24. Angel.in conſil. 192. & latè per Deci.in c.cum M.Ferra.7.cart. de conſtitu.per tex.& ibi gloſ. & Bal. in l. nouiſſimè. ff. quod falſ. tuto.auct. Si igitur neceſſitate R^iæ pragmaticæ adductus fecit, nō poteſt dici ꝙ voluerit ſibi præiudicare, neque deberet præiudicari, per ea quæ dicuntur in l. qui erat. §. j. ff.famil.erciſcun. l. ſi plures. ff.de pact.& in c.ſignificauerunt. Areti. de teſtibus.in l.j.§. hoc interdicto. per Bar.ff.quod vi aūt clam.

3 ¶ Præterea compromiſſum † fuit factum de iure tantum in ſententiando, ſed de iure gaudet beneficio inuentarij.l.fi. C.de iur.delibe. Ergo per ſententiam arbitralem non potuit condemnari non habita ratione inuentarij,& condemnatio aliter facta non poteſt exequi, niſi facta inuentarij diſcuſſione, ſicuti in ſententia.l.rei iudicatæ. & l.ex diuerſo.ff.ſol.matr.

4 ¶ Præterea, actus † cōpromiſſi nō poteſt plus operari quàm fuerit intentio compromittentis expreſſa. l.non omnis.ff.ſi cert.peta.l.ſi repetendi.C.de condi. ob cauſ.ſed intētio compromittentis fuit expreſsè relata ad Regiam pragmaticā, per quam non intenditur in plus obligare compromittentem, ſed per compromiſſum citius lites expedire. Ergo per tale compromiſſum non cenſebitur in plus obligatus quàm legis beneficio teneretur.

¶ Præterea & poſtremò, aut volumus dicere, ꝙ iſtud beneficium excludatur à laudo etiam ſimpliciter lato,& iſtud eſt impoſsibile. Primò

5 † quia de hoc, an debeat gaudere, vel non gaudere tali beneficio, nō non fuit cognitum, ergo nec iudicatum.l.de qua re,de iudic. Secun-

6 dò: quia † laudum ferendum eſt

ſecundum

ſecundum diſpoſitionem iuris, & ſicuti ſententia, eo modo & laudum recipit modificationē quantitatis expreſſę ab inuētarij diſcuſſione. Aut dicimus, ꝙ iſtud cauſetur ex obligatione facta in cōpromiſſo, prout vult Angel. & alij ſupra relati, & ſimiliter dico impoſſibile. Primò quia talis obligatio eſt relata ad iudicādum de iure, & ſicuti iudicatum recipit dictam modificationem, ita & eodem modo recipere debet illa obligatio. Secun
7 dò dico, ꝙ † in obligatione generali non veniunt ea, quæ veriſimiliter ſpecialiter quis nō obligaſſet. l. in obligatione generali. ff. de regul. iur. c. j. de capita. qui cur. vēdi. l. j. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdict. ita & eodem modo non eſt veriſimile, ꝙ quis litigans de certa quantitate ad quam negat defunctum obligatum, neque ſe vt hæredem teneri, ꝙ voluerit compromittendo obligari etiam proprio nomine & vltra vires hæreditarias, argu. l. cum de indebito, de proba. Ergo in ea obligatione tale beneficium eſſe remiſſum intelligi non debet.

¶ Non obſtat, ꝙ obligauerit bona ſua propria, & conſequenter videtur apparere, quòd voluit teneri vltra vires hæreditarias, aliàs nihil operaretur illa obligatio, quod eſt abſurdum. l. ſi quando. ff. de lega. j. cum vulga. Quia ſatis poterit obſeruari, vt poſſit exequi etiā in bonis proprijs ipſius hęredis, pro quātitate tamen quæ continetur in viribus hæreditarijs: ſeu pro quanto eſt in ipſa hæreditate, ſufficit enim quòd aliquid operetur.

¶ Et iſta pars ſine dubio viſa eſt æquior: quia nullo modo apparuit, ꝙ intentio ipſarum partium fuiſſet ex hoc compromiſſo voluiſſe in aliquo lædi, immo ille qui cōpromiſit, poſt laudum oppoſuit de diſcuſſione inuentarij, & fuit facta diſcuſſio parte non opponēte, & demum viſo defectu hæreditatis oppoſuit. Ideo ex his omnibus fuit declaratum exceptionem inuentarij admittendam.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio an valeret, per quam excluditur ſoror vtrinque coniuncta.*

2 *Excluſus per alium ſufficit, qui poſſet ſuccedere, licet cum effectu non ſuccedat.*

3 *Diſpoſitio generalis generaliter debet intelligi.*

DECISIO XXVI.

IOannes Antonius de Ianuario habēs auiā paternam & ſororē vtrinque coniunctā inſtituit hęredē auiā fideiq́; eius commiſit, vt hæreditatem reſtitueret extraneis quibuſdā.
1 Fuit magna diſceptatio, an † valuiſſet tali inſtitutio & fideicōmiſſum, per quod excludebatur ſoror vtrinque coniuncta à medietate bonorum obuentorum ex linea paterna.

na. Et dicebatur, quòd patre vel alio aſcendente exiſtente in medio ceſſabat conſuetudinis diſpoſitio, incip. Si quis vel ſi qua. Et cōſuetudinis, & ſi teſtōr: q̄a ſeruat ius cōe. in auth. defuncto, vt per Neapoda. in præallega. conſuetud. Et quòd iſtud in tantum procedit, vt iſto caſu ſit data libera poteſtas ac facultas, quaſi ceſſante conſuetudinis vinculo, liberè diſponendi, etiā in extraneos excluſo patre vel matre. Et pro hoc adducebatur auctoritas Domini Stephani de Cayeta de Neap. qui fuit præſidens Regię Camerę & vir magnę auctoritatis: & ſententię: qui in libro ſuo conſuetu. Ita declarauit Neap. per apoſtillam, quam ego vidi ſcriptam propria manu illius vt dicebatur. Et ad comprobandum iſtud adducebatur illud quod ꝓbatur ex tex. l. 2. §. quòd ſi ſit agnatus. ff. ad Tertull. & per Alex. poſt alios in l.
2 illam. C. de colla. quòd † ſufficit, quòd is qui impediebat ſit excluſus per alium, qui poſſet ſuccedere, licet non ſuccedat cum effectu. Latius deducit & conſuluit Franc. de Aret. in conſil. 24. & 27. Et intentio Neapoda. pro hac parte eliciebatur in multis locis, in quibus videtur ſentire hanc opinionem.

¶ Sed his non obſtantibus, contraria opinio viſa eſt æquior & verior, ac magis conſona conſuetudinibus & intentioni Neapoda. Et ſic fuit declaratum cum interuentu. D. Sigiſmundi de Loffredo Regentis Regiam Cancellariam. Et hæc opinio præſertim fundabatur, ex quo matrimonium contractum cum dicta Auia & D. Antonio Ianuario olim præſidente Sacri Regij Cōſilij fuit ſecundum nouum vſum Nidi & Capuanæ, per quem eſt excluſa & effecta penitus extranea, taliter quòd non poteſt dici in medio exiſtere: ꝓut declarat idem Neapo. in conſuet. Si quis vel ſi qua: & conſequenter conſuetudo locum habere debet, vt collaterales non excludantur à matre. Et licet non fuiſſet excluſa, tamen quia non fuit inſtituta ſimpliciter & perpetuò, ſed fuit grauata de reſtituendo extraneis, quo caſu adhuc videtur dicendū, quòd collaterales non excludantur. Nā rationes, ex quibus concluditur per Napoda. quòd exiſtentia parentum excludat proximiores, ſeu quòd pater non excludatur à collateralibus per conſuetudines, ſunt fundatæ mero fauore patris, & pro vtilitate ac reuerentia patris, vt latius per Andre. in cap. primo, de natu. ſucc. feud. & per Luc. de Pen. in l. prima. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 11. Sed iſto caſu non poteſt conſiderari vtilitas aſcendentis poſt mortem, cum ab ea fidei commiſſum ſit, & conſequenter ceſſant illæ rationes, ergo remanet diſpoſitio conſuetudinis ſaltē poſt
3 mortem illius, Quæ † cum ſit generalis generaliter debet intelligi cum ceſſet ratio diſtinguendi, per ea quæ latè dicuntur per Imol. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matr.

Alex.

Alexan.in authen. ex teſtamento. C.de colla.Iaſ.in l.j.§.j. ff. de offic. eius cui manda.eſt iur.

¶ Præterea, hunc caſum expreſsè decidit conſuetudo. Si filiusfamilias,quæ præſupponit patris exiſtẽtiam,& tamen dicit, ꝙ teſtatur ac ſi paterfamilias eſſet, ſed paterfamilias non poteſt de medietate diſponere,ergo nec filiusfamilias.

¶ Et ſi dicatur, quòd illa verba nõ referãtur ad id de quo diſponetur ſeu de quanto poſſit,ſed magis ad facultatem teſtandi. Nam dico, ꝙ illa verba taliter relata eſſent ſuperflua: quia eo ipſo quòd dicebatur poſſe teſtari,ſufficiẽs erat,nec oportebat adijcere, ac ſi paterfamilias, quaſi voluiſſet, quòd diſpoſitum in eo qui erat ſui iuris, haberet locum etiam in filiofamilias, & hoc ſatis erat conueniens, quando patrem in totum non inſtituiſſet,vt glo.Neapo.ibi ſentit,& ꝙ non ſolum referatur ad habilitatem teſtãdi, ſed ad id de quo diſponere potuiſſet, apparet ex ſubſequentibus verbis,ibi, itaq; non tenentur &c. Et quòd hæc opinio ſit ex mente Neapo.demõſtratur apertè in pluribus locis. Et primò in conſuetu. filiusfamilias.in j.gloſ.in fi.de alia medietate filiusfamilias habet neceſſe relinquere parentibus bonorum ſubſidium. vt in conſuetu. ſi filiusfamilias, & non de eo quod datur ex prouidentia conſuetudinis alijs proximioribus, & ſic prouidentia conſuetudinis in fauorẽ proximioris non ceſſat propter exiſtentiam parẽtum,quibus tenetur relinquere bonorum ſubſidium, & ſic loquitur in cauſa teſtati, per tex.quem allegat in conſuetu. ſi filiusfamilias, & hoc caſu pater habebit bonorum ſubſidium,& poterit in alia medietate concurrere, cum perſonis de quibus in authẽ. defuncto.Et ideo Neapoda.dicit, ꝙ ſeruatur ius commune, ideſt authen.defuncto:quia non excludũtur omnino proximiores, ſi ſunt tales cum quibus ſeruetur authen. defuncto,non autem vult Neapoda. quòd ſeruetur ius commune.ſ. relinquendi totum extraneis,ſaluo bonorũ ſubſidio patri, vt per partem contrariam prætendebatur.

¶ Secundò, hoc idem ſentit Neapoda.in d.conſue.ſiquis vel ſiqua, in gloſſ.in verbo præterquam. in fin.col.ibi.Ex præmiſſis quæ dixi, ꝙ pater exiſtẽs in medio,ſuccedat filio in dotibus maternis, videtur ꝙ ius commune quoad patrẽ exiſtentem non ſit correctum, quaſi ponderet quòd non in alterius beneficium,ſed quò ad patrem, cum ergo tractatur de extraneorum beneficio,videtur ſine dubio, mentẽ Neapoda. fuiſſe vt correctio ſit forma.

¶ Tertiò idem expreſſius dicit in d.conſuetudine, ſi filiusfamilias, ver. ſi nolit,vbi dicit,ſi filius vult relinquere omnia patri poteſt, & ſic excludere collaterales. Ex quib. verbis demonſtratur, quòd niſi pater inſtituatur,collaterales non excluduntur, & quòd erant vocati

non

non obſtante patris exiſtentia, qã aliàs malè dixiſſet, & ſic excludere, ſi erant ex ſola patris exiſtentia excluſi.

¶ Non obſtant ea quæ dicebãtur, de text. in §. ſi ſit agnatus, & in l. illam, de colla. quoniam contraria opinio eſt verior, vt per Socyn. in conſ. 150. j. volu. vbi reſpondet contrarijs. Et licet videatur obſtare, ꝙ ſatis erat fuiſſe auiam inſtitutam, inſpecto tempore teſtamenti & mortis. l. j. ff. de regul. cato. l. Gallus. in prin. ff. de liber. & poſthum. vt ſi collaterales excluſi, remaneant perpetuò excluſi. Tamen hoc caſu nũquam fuerunt excluſi ſtante pacto noui vſus, & licet prædicaretur de cauſa inteſtati, tamen quò ad medietatem conſideratur vt inteſtati cauſa, prout ſæpe fuit iudicatum ex mente Neapo. qui limitat. l. ius noſtrum. de regul. iur. Neq; poteſt dici teſtatus, in quo non potuit diſponere. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & ideo collaterales nunquam fuerunt excluſi.

¶ Præterea, etiam ꝙ inſtitutio tenuiſſet, quando pactum non obſtaret, tamen quia non fuit perpetua, ſed cum onere fideicommiſſi, idem videtur dicendum, ne detur materia fraudi, & circumueniendi conſuetudinem, contra tex. in l. nõ dubium. C. de legib. l. cum quid. ff. de regul. iur. Et ſic fuit ſententiatũ dictum Ioannemantonium non potuiſſe diſponere de medietate bonorum obuentorum.

SVMMARIVM.

1 *Ritus Magnæ Curiæ impedit appellationem in cauſa homicidij.*

2 *Appellationis formalitas licet ſit ſublata, recurſus non intelligitur ſublatus.*

DECISIO XXVII.

EXtat ritus Magnę Cu-
1 riæ, quòd † in cauſa homicidij nõ appellatur, fuit quidam condenatus ad mortem, conuictus de homicidio, cõmiſſo in perſonam patruelis Ioannis Angeli Piſanelli, non tamen confeſſus, appellauit, & per viam recurſus & querelæ ac omni meliori modo in forma. Fiſcus & accuſator dicebant, ꝙ non debebãt audiri, & habita magna diſcuſſione ſuper validitate dicti ritus. Et quòd de iure debet ſaltem reſtrin-
2 gi, vt † licet ſit ſublata formalitas appellationis, quæ eſt de iure ciuili. Tamen recurſus nõ intelligitur ſublatus, propter defenſiones quæ ſunt de iure naturali. Et habita informatione ꝙ hic ritus non reperiebatur aliquando obſeruatus, licet nunquam prædicti recordabãtur ſimilem caſum eueniſſe, cum voto magnæ Curiæ Vicariæ & Domini de Collæ fuit decretum eſſe admittendum recurſum, & fuit cauſa commiſſa D. Nicolao Maioranæ à quo dato breui termino, fuit ſententia confirmata per Decretum.

cretum quòd magna Curia exequeretur.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius nouus an debeat iterum citare partem abſentem & contumacem, ſtante citatione prius facta ad omnes actus.*

DECISIO XXVIII.

FVit dubitatum, ſi quã proceditur in cõtumaciã, quia fuit facta citatio ad oẽs actus in forma ſacri Conſilij,& exiſtente reo contumace,& propter abſentiam, vel mortem, aut impedimentum cauſæ cõmiſſarij, ſubrogatur alius commiſ-
1 ſarius,an † debeat nouus commiſſarius, iterum monere ſeu citare partem abſentem & cõtumacem. Et licet Specu. & Ioã. And.videantur contrariari, tamen Paul.de Caſtro.in l.edictum.ff.de iudi.diſtinguit concordando opinionẽ, quẽ ſequitur ibi Iacobi. Ego allegaui Archi. qui decidit ꝙ debet iterum ſemel citari, in c.caueant.3.q.9.Et hæc opinio viſa eſt æquior, licet alia videatur magis de ſtricto iure: quia amplius non eſt citandus, vt per Imol. & Geor.in clem.ſæpe, in verſ.nam ſic,de verbo.ſignifi.Hoc maximè procedit,quando cauſa eſſet in terminis, in quibus poſſet pars contumax, refectis tamen expenſis, admitti ad faciendum defenſiones, & ad hoc ſatis facit ille tex.in d.l.edictum,& ita fuit obſeruatum in pluribus cauſis, quando D.Bernardus de Sanctis profectus eſt ad curiam, & proceſſus ſui fuerunt commiſſi mihi & D. Galeotto Fonſeiæ.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quando per ceſſionem ſuorum iurium præiudicet ſibi in prælatione.*

DECISIO XXIX.

1 QVædam †mulier vendidit multa bona cũ viro inſolidum,& cõfeſſa eſt ſe pretium cũ viro recepiſſe,& ceſſit iura:& quantitas bonorum alienatorũ aſcendebat ad maiorem ſummam q̃ erant dotes dictæ mulieris: tandem viro mortuo, cœpit poſſeſsionem aliorum bonorũ viri pro dotibus ſuis, & ſimiliter vendidit: & cum eſſet mortua: quidam creditor viri petijt aſsiſtẽtiam ſuper bonis vltimo loco alienatis: poſſeſſores bonorũ excipiebant, quòd habebant cauſam ab vxore illius debitoris, quæ habebat anteriora iura:ex aduerſo replicabatur,quòd ipſa ceſſerat iura ſua alijs. ... taliter, ꝙ ſibi præiudicauerat, per id quod optimè dixit Ange.in l.ſi cum emptore.ff.de pact.Hic caſus viſus eſt mihi difficilis per ea quę dicuntur per Bal.in auth. ſi qua mulier.C.ad Velleia. p Imo.in c.cum cõtingat.de iureiur. Tamen,qa illa vident habere locũ & cõſiderari in piudiciũ viri, non in præiudicium tertij:quia non eſt

conueniens, vt priores emptores poſſint excipere de iuribus ſibi ceſſis, & ſimiliter poſteriores taliter ꝙ ab omnibus ſit excluſus qui poſſidet bona valoris multo maioris quàm fuerint dotes. Propterea viſum eſt ſacro Cõſilio, ꝙ præſtetur aſſiſtentia, non obſtante ꝙ habeat cãm ab illa vxore debitoris, poſtq̃ ceſſerat iura ſibi competentia alijs emptoribus, per ea quæ dicit Angel. in d. l. ſi cum emptore. ff. de pact. quia per ceſſionem antea factam remanent inania eius iura quò ad tertios. Et ita videtur poſſe reſponderi his quæ ponit Abb. in conſil. 5.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio l. adeo. & l. actionem. §. morte. ff. pro ſoc. explicatur. nu. 6.*

2 *Lex generaliter loquens generaliter intelligenda.*

3 *Quaſi contractus, qui oritur ex aditione hæreditatis non debet plus operari quàm expreſſa conuentio.*

4 *Diſpoſitio teſtatoris dubia debet recipere interpretationem à iure. intellige. vt num. 8.*

5 *Societas finitur morte, ſi non remanet perſona æquè idonea. declara ut nu. 7.*

DECISIO XXX.

1 Vit dubitatum in Conſilio, an † diſpoſitio l. adeo. & l. actionem. §. morte. ff. pro ſocio, habeat locum etiã ſi ſocietas fuerit ordinata à patre inter plures filios, vt vno moriente, alij ſuperſtites teneantur proſequi patris ordinationem, & remaneat ſocietas.

2 ¶ Dubium faciebat, quòd † lex loquitur generaliter, nec diſtinguit cuius ordinatione, vel quomodo
3 ſocietas ordinata ſit. Præterea † nõ debet plus operari quaſi cõtractus qui oritur ex aditione hæreditatis paternæ quàm expreſſa conuentiõ ſocietatis, quæ finitur per mortẽ.
4 Pręterea, illa † diſpoſitio teſtatoris, iubens ſocietatem, debet recipere interpetrationem à lege in caſu nõ declarato per teſtatorem, ſcilicet quando vnus moreretur, l. cõmodiſſimè. cum vulga. ff. pro ſoc. Præterea in caſu iſto non remanebat perſona æquè idonea, ſicut mortuus, quo caſu etiam in limitatio-
5 ne illius legis finitur † ſocietas, ſi perſona non eſt æquè idonea, vt per gl. in d. l. adeo. in verbo ſcripta. ¶ Contrarium fuit deciſum à maiori parte, ex coniecturata mente teſtatoris, qui veriſimiliter interrogatus, ſi vnus ex filijs fuiſſet mortuus, idem diſpoſuiſſet, vt ſocietas
6 duraret. Et † ſic fuit limitata illa lex, vt non procedat in ſocietate iuſſa per patrem teſtatorem.
7 ¶ Nec obſtabat ꝙ † ſuperſtites nõ eſſent æquè idonei, ſicut mortuus: quia hoc pater non curauit, dum ſocietatem iuſſit ab initio, intereſſe ęquales, ideo nõ vr̃ mẽtem ceſſare per mortẽ habilioris: quia mens patris eſt prouidere minus habilibus ꝑ habiliores, & augere pr̃imoniũ.

¶Non

¶ Non obſtat, quòd caſus non eſ-
8 ſet prouiſus: † quia poteſt prouideri per iudicem ex coniecturata mente. l. hæredes mei. §. cum ita. Nec eſt inconueniens vt plus operetur ſocietas ex diſpoſitione teſtatoris, quàm ex contractu: quia in vno fit interpetratio quæ non fit in alio.

SVMMARIVM.

1 *Libellus continens duo remedia contraria nõ procedit, intellige ut nu. 3. 6.*
2 *Actor parte opponente debet eligere.*
4 *Circuitus euitandus.*
5 *Remedia ad diuerſa tendentia cumulantur.*

DECISIO XXXI.

IN cauſa Domini Nicolai Sanctilli fuit
1 dubitatum † an hic libellus procederet. Peto hæreditaté declarato nullo aſſerto teſtamento, & ſiquid eſt peto legitimam. Dicebatur ꝙ nõ ꝓcederet, quia duo ſunt remedia contraria, per text. in l. fi.
2 C. de codi. & † parte opponente, actor debet eligere, vt voluit Ang. in l. Papinianus. §. ſiquis irritum. ff. de inoffi. teſta.

¶ Fuit deciſum, ꝙ libellus procedebat, & ꝙ aliter eligere actor non
3 tenebatur. Primò † quia duo remedia etiam contraria poſſunt conditionaliter & ſubordinatè proponi, vt limitat Iaſ. q allegat in l. j. C. de furt. in quinta limitatione. Secũdò
4 † quia euitatur circuitus, prout limitat Iacobi. de S. Geor. in d. l. j. in
5 vij. limita. Tertiò † quia iſta remedia tendunt ad diuerſa ex diuerſa cauſa non ex eadem ſcriptura: quia legitima non petitur ex ipſo teſtamento, ſeu ex voluntate teſtatoris, quo caſu non habet locum diſpoſitio. d. l. fin. vt patet ex illo tex. & ibi omnes, & ſumus in deſcendentibus, in quibus ſimiliter admittitur contrarietas, & ceſſat diſpoſitio d. l. fi. vt in illo tex. & pro hoc caſu ſatis videtur facere tex. in l. hęreditas materteræ. ff. de peti. hæredita.

¶ Nec obſtat, ꝙ debeat eligi ſecundum Angel. in d. §. ſiquis irritum. quem ſequitur Areti. in l. iij. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſeſſ. quia
6 † illud debet intelligi in remedijs contrarijs, in quibus ſententia lata in vno pareret exceptionem rei iudicatæ in alio. Nam eo caſu quo cumulatio non impeditur, non tenetur eligere, & eo caſu impeditur, quãdo obſtaret litis pendentia in vno, quæ ita demum obſtat, ſi obſtat ſententia. Ita notabiliter declarat Salyce. in l. eum qui. de inoffi. teſta. in fin. Et pro his latè faciunt dicta per Socy. in c. j. de libell. obla. & conſuluit Bald.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidere duo inſolidum non poſſunt.*
2 *Qualitas non præſumitur mutata rei inhærens.*
3 *Jus affidandi & diffidandi eſt iuriſdictionis.*

DECISIO XXXII.

PEr vniuerſitatem Caſtri ſeptem fratrum poſſidebatur quadā montanea, quæ dicebatur ſeptem fratrū, in ea etiam exteros affidando, & diffidando, vtilis Dominus illius Caſtri, qui eſt Magnus admiratus, prætendit illam ad ſe ſpectare & pertinere, & probauit illam eſſe intra fines territorij ſeu Caſtri prædicti, & quòd anteceſſores ſui illam poſſederunt fidando & diffidādo, & probabat de annis quinquaginta de viſu, & vltra. Pro parte vniuerſitatis probabatur quadraginta annorum de viſu, & quadragintaquinque, & de auditu de antiquiſſimis temporibus, non tamen probauit, ꝙ ſcientibus & videntibus dominis qui pro tempore fuerant.
¶ Fuit dubitatum, an eſſet fundata intentio Admirati agentis, & fuit concluſum, quòd ex quo probatur de antiquiore poſſeſſione ex parte actoris, præſupponitur ꝙ illo tēpore erat penes Dominum & nō penes vniuerſitatem; quia † duo in
1 ſolidum poſſidere non poſſunt. l. ſi cut certo. §. duobus vehiculum. ff. comoda. Si igitur erat penes Dominum & intra fines Caſtri, præſumitur ꝙ ſit feudalis, licet aliàs quādo ab alio poſſideretur non præſumeretur, vt latè diſtinguit Socyn. in conſil. 181. part. ij. & in conſ. 266. qui allegat plura, & eſt de mente Andr. de Iſer. in c. j. de benefi. inter maſcul. & fœmi. Et ita videtur expreſsè tenere & fortius Luc. de Pen. in l. quicunque. C. de fund. limitro. lib. 10. Si igitur eſt feudalis cōſiderato illo tempore antiquiori, ſequi
2 tur neceſſariò, ꝙ † illa qualitas non ſit mutata. l. ſemel malus. de regul. iur. Et non apparente legitimo titulo qualiter ad vniuerſitatem peruenerit, illa poſſeſſio etiam quadraginta annorum nihil releuat, vt dicit glo. in conſti. quadam generalem. in gloſſ. fi. & ibi per Andre. & propterea fuit declaratum, ꝙ Montanea ſpectabat ad Admiratū. Tanto
3 fortius, ꝙ † illud ius affidandi & diffidandi eſt iuriſdictionis, & iuriſdictio ſpectat ad dominum, fuit tamen ſaluatū ius ipſi vniuerſitati pro vſibus hominum ipſius vniuerſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum extinguitur, quando ex pecunia legata res emitur, quæ non eſt in libero commertio.*

2 *Gloſ. in l. pater. ff. de adim. lega. reſtituitur.*

DECISIO XXXIII.

PErottus Villaut Magnus mercator Catalanus reliquit quandam quantitatem pecuniæ, quā cōſequi debebat, filiæ ſuæ ſecūdogenitæ. Lege adiecta, quòd ſi debitor pro ea quantitate inſolutū dare voluiſſet

ſuiſſet annuos introitus feudales ꝙ recipere debuiſſet: quia ita illi ipſe promiſerat, ante obitum Perottus ipſe in ſolutum dationem recepit à debitore; Primogenita filia, quæ ſuccedebat in feudis, negabat de-
1 beri legatum: quia † eſſet extinctũ, ex quo de pecunia erat effecta res, quæ non eſt in libero commertio. l.cætera. §.fi.ff.de lega.j. cum concordantibus.

¶ Fuit determinatum cõtrarium, ꝙ cedere debuiſſet introitus cum aſſenſu impetrando per ſecundogenitam, aut ſolueret in pecunia. Pro hoc ſatis facit tex. in l.pater.ff.
2 de adimen. lega. ibi † gloſſ. corrigendo, etiam dum dicit nubens, quia vult dicere lubens, volens, ſeu ſi vult, ſecundum antiquos Codices, & faciunt iura ibi allegata per gloſſ. & facit etiam quia aſſenſus de facili hodie obtinetur in hac re, per ea quæ conſiderat Iacobi.de S.Geor. in tracta. feudo. in ver. & præcipuè nos mouit: quia apparebat de enixa voluntate teſtatoris volentis deberi legatum, ſiue pecunia exigeretur, ſiue in ſolutum darentur introitus, quo caſu æſtimatio debetur. l.ſiquis inquilinos. §.j. ff.de lega. j. vt declarat Alexan. in conſil.9. in prin. in ij. volu.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio an diſpenſatio dicatur, quando quis non eſt habilitatus ad feuda.*

2 *Habilitatio non eſt iuris ad perſonam ſed perſona ad ius.*

3 *Clericus beneficiatus abſque diſpenſatione poteſt matrimonium cõtrahere, licet ipſo iure vacent beneficia.*

DECISIO XXXIIII.

FVit dubitatum in cauſa legitimationis Gaſpa-
1 ris Contæ, an † illa eſſet legitimatio vel diſpenſatio, quia non erat legitimatus ad feudalia, nec ad officia, & ꝙ ſi extaſſent legitimi nõ potuiſſent habere pluſquam legitimus. Quinimmo præſupponebatur, ꝙ Gaſpar fuiſſet clericus in minoribus beneficiatus, & propterea vitium erat indiſpenſabile per Principem ſecularem in radice matrimonij.

¶ Et quò ad primum concluſum fuit, ꝙ exceptio illa nõ facit, quòd dicatur diſpenſatio, ex quo ſuccedit poſt natalium reſtitutionẽ atq; plenariam perſonæ habilitationẽ, ita ſentitur per Andre. in tit. de ſucceſſio. ab inteſta. §. primo. Alexan. in l. pactum. de colla. & in l. ex facto. ff. de vulga. & pupilla. Capra. in conſil. 157. Socyn. in conſ. 246. colum. iij. in princ. Ludouic. Sard. in tracta. legitima. in tit. de legitimatio. per reſcript. quæſtio. iij. & de effect. legitimatio. quæſtio. prima & ſecunda, & Nicol. de Vbal. in tracta. ſucceſſio. ab inteſta. in decima charta, dum reſpondit ad c. naturales. Deci. in d. l. pactũ. & ĩ cõſil. 238. & ſentit idẽ Deci. in cõſ. 52. dum dicit, ꝙ eſt legitimatio ſi fiat

ſecundum communem modum, & idem ſentit Socy. in l. Gallus. in §. ſi eius. ff. de lib. & poſthu. Franc. Curt. Iunior in l. qui ſe patris. col. antepenul. C. vnde liber. Raphael Cumia. in conſil. 88. cui ſe ſubſcripſit Paul. de Caſtr. & hoc tanto magis procedit, quòd illa reſeruatio eſt de his, quæ tacitè erant iam exceptuata ex iuris diſpoſitione: quo caſu non alteratur nomen, & effectus ipſius legitimationis, per text. in l. iij. ff. de lega. j. & cõſuluit Franc. Curt. in conſilio 74.

¶Nec obſtat, quòd non poteſt diſpẽſari in radice matrimonij: quia dupliciter reſpondetur. Primò, quod licet tunc dicat pleniſſima legitimatio ſecundum Ioan. Andr. & Butrio in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legiti. Capra in conſil. 1. Anchata. conſil. 272. tamen nõ tollitur quin nõ ſit plena legitimatio, prout declarat Socy. in l. ſed ſi hac. §. patronum. il 2. ff. de in ius vocan. Non
2 † enim eſt habilitatio iuris ad perſonam, ſed perſonæ ad ius ſecundum Bald. & Iaco. Butrig. in l. ij. C. de natal. reſtitu. Fortu. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ibi p Crot. not. in c. 1. & 2. de fil. preſby. Secundò reſpondetur, quòd nulla erat
3 neceſſaria diſpẽſatio, ex quo † abſq; aliqua diſpenſatione clericus etiam beneficiatus poteſt matrimonium contrahere, licet ipſo iure vacent beneficia: vt in cap. conſtitutus. de cler. coniuga. & in cap. 1. & c. de illo 32. diſtinctio. & in cap. 2. & c. conſuluit, qui cler. vel vouen. Quinimo verior viſa eſt opinio Io. And. in regul. iur. in mercurial.

SVMMARIVM.

1 *Procurator effectus dominus litis mortuo principali, nullo apparente hærede, an poſſit in cauſa procedere.*
2 *Sententia debet formari nomine hæredis defuncti, cũ in hæredem ſit tranſitus à defuncto, intellige vt nu. 3.*

DECISIO XXXV.

LIte vertente inter Regium fiſcum ex vna & Beliſarium Petrarolum, ex altera ſuper petita reſtitutione Caſalis Burgarij, ac ipſa lite per procuratorem cõteſtata, mortuus eſt dictus Beliſarius, Procurator quod fuerat effectus Dominus litis, intendebat procedere in cauſa nullo
1 apparente hærede, fuit dubitatũ, an poſſet. Et † videbatur dicẽdum prima facie, quòd ſic, per text. in l. nulla dubitatio. C. de procurato. l. ſi defunctus. ff. eo. & ſolum in beneficialibus de iure canonico videtur ſecus ſtatutum per tex. in clemen. fin. de procurato. ibi glo. in verbo per eccleſiam, & in hoc ius canonicum ſeu cauſæ beneficiales à iure ciuili, ſeu profano diſtant, ſecundum Guid. Papæ. in deciſ. 119.

¶Contrarium tamen dixi de iure verius. Nam cum nullus appareat hæres legitimus, cui aperto iure feudum pertineat, fiſcus habet fundatam

datam intentionem, quòd ei apertum fuerit, vt eſt text. in cap. Regni ex præſumptuosè. Et ꝓpterea, cum ipſe fiſcus conuentus ſit, nõ põt cõtra ipſum iudiciũ ꝓcedere: argumẽto l. Vranius. ff. de fideiuſſ.

¶ Præterea, ratio quare locum habeat diſpoſitio dictæ clem. fin. eſt quoniam non poteſt nec à moriente, nec à ſucceſſore iudicium ſuſtineri, nec mandatum: ita declarat Imo. ibi. Quartò not. Et optimè Ægid. Bellamer. in conſilio. Sed ſic eſt iſto caſu, quoniam nullus apparet ſucceſſor, ergo idem iuſ. Et quando hæres non apparet, conſuluit etiam Socy. in conſi. 49. vol. 3. & ſentit Vital. in d. clem. fin. quòd iudicium procurator proſequi non poſſit.

¶ Præterea, niſi hæres appareat ſententia ſuper reſtitutione fruſtratoriè petitur, cum non ſit cui reſtitutio fieri debeat, & licet in d. l. nulla, aliqui velint, quòd ſufficiat nomine cuiuſcunque hæredis ad quẽ pertineat in procuratorẽ ferri ſententiam, tamen præſupponunt hæredem exiſtere aliquem, at hic nullus apparet præter fiſcum eundem conuentum, & ſatisfacit quod Ang. Areti. declarat in l. Paulus reſpõdit. ff. quæ ſenté. ſine appella. quod 2 † ſententia debet formari nomine hæredis defuncti, cum in hæredẽ ſit tranſitus à defuncto. l. furti. §. ſi. ff. de infamib. Quæ opinio fuit Rapha. vt dicit ibi Ang. & de mente Paul. de Caſtr. & Salycet. in l. j. C. ne ex delict. defuncto. vbi loquitur ẽt in cauſa criminali. Cum itaq; hoc caſu nomine hæredis procurator ipſe cõdemnari non poſſet, vel in eius fauorem iudicatum concipi, cum nullus appareat hęres, meritò dicendum videtur, ꝙ hic procuratorq; licet Dominus litis effectus ſit non tamen poſſit amplius litẽ proſequi.

3 ¶ Non obſtant contraria: quia † locum habent, quotieſcunque ex perſona hæredis, vires poteſt ſuſcipere mandatum poſt mortem Domini. Et ideo in beneficialibus nõ procedit, vt in d. clem. fina. non ꝙ etiam in prophanis id non procederet, vbi eadem eſſet ratio, prout Ægid. in præallega. loco declarat. Et ſic per Sacrum Regium Conſilium fuit dictum, quòd filius dicti Beliſarij, qui propter metum rebellionis comparere non poterat, cõparere debuiſſet, aliàs iudicium nõ procederet. Quo comparente fuit oppoſita exceptio rebellionis, & ſuper hoc lis pendet, fuit decretũ quòd procederetur, ſufficit apparere qui ſe prætendat hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Soror duplici vinculo coniuncta an cõſanguineo maſculo de iure præferatur.*

2 *Fœmina iure feudorum excluſa eſt à ſucceſſione.*

4 *Sexus prærogatiua ſeruanda. nu. 4.*

5 *Conſtitutio reſpiciens vtrumque caſum debet pariformiter determinare.*

6 *Ordo literæ demonſtrat, pro fœmina admittan-*

admittantur ordine ſucceſſiuo.
7 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*
8 *Stare non prohibetur, quod non mutatur.*
9 *Maſculus ſi excludit fœminam vigore ſtatuti cum onere dotandi, procedit etiam in conſanguineo.*
10 *Fratris appellatione in his ſtatutis venit conſanguineus tantum. Etiam ſi feudum veniret à linea materna. num. 11.*

DECISIO XXXVI.

Dubium fecit in determinanda lite circa hæreditatē filij primogeniti quōdam Marci Saxi in Conſilio deducta, q̄ dicto primogenito ſuperſtes fuit ſoror vtrinque cō iuncta, & frater conſanguineus tātum. Num † ſoror duplici vinculo

1 coniuncta maſculo præferatur. Iure enim communi duplici vinculo coniunctus præfertur, authen. itaque. C. commu. de ſucceſſio. cū vulgar. & in his terminis videtur Andre. determinaſſe in conſti. Regni, vt de ſucceſſio.

¶ Sed cum diligenter veritas inquireretur, communi conſenſu ita votatum eſt, quòd maſculus fœminæ præferatur, licet hic cōſanguineus tantum ſit, illa vtrinque cōiuncta:

2 fœmina † enim iure feudorum excluſa eſt à ſucceſſione. c. j. §. & quia, qui feud. dar. po. & in c. j. de natu. feu. & in c. j. de ſucceſ. feud. cum ſimilibus. Per conſtitutionem autē reperitur admiſſa, vbi deeſt maſculus.

3 Sexus † enim prærogatiua ſeruanda præcipitur ex dicta conſtitutione, & conſequenter vbi maſculus eſt, non cenſetur admiſſa fœmina, cap. j. de his qui ſibi & hæred. ſuis maſcul. & fœmi. §. quid etiam, Epiſcop. vel Abba. maſculus autem, qui ad ſuccedendum in collaterali linea vocatur, ſiue ex vno parente ſiue ex altero iunctus ſit, æquè admittitur. Ergo ſequitur per conſtitutionem prędictā hunc maſculum ex vno parente iunctū, operari fœminę excluſionem: cum illa non admittatur, vbi maſculus eſt, qui ſuccedere valeat, vt eſt ſenſus ac vera dictæ conſtitutionis interpetratio. Hæc autem interpetratio duplici ratione fundatur. Pri-

4 mò † quia illa clauſula prærogatiuæ ſexus ſimpliciter eſt poſita in conſtitutione, non determinando prærogatiuam ad caſum duplicis vinculi. Et conſequenter debet ſimpliciter accipi. l. de pretio. de publi.

5 & † cum reſpiciat vtrūque caſum, ſcilicet quando conſanguineus tātum, vel vtrinque coniunctus, debet vtrumque pariter determinare. l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. Nec poteſt dici diuerſam rationem habere propter duplex vinculum in fœmina: quia hæc ratio non eſt in cōſideratione apud ſtatuentem. Patet, quia ſiue ex duobus, ſiue ex altero tantum admittit. Præterea in maſculo duplex vinculum conſideratur, & fortius quidem

dem ſexus maſculinus, & conſanguinitas eſt hoc fortius: quia iure feudorum nititur & concordat. Et ita quaſi in proprijs terminis cõſuluit & probat Alex. in conſil. 29. prim. volu. Et licet illa clauſula prærogatiuæ ſexus, non ſit poſita in verſiculo, ex collaterali, tamen per
6 gloſſ. ibi ſubintelligitur, & † ordo literæ demonſtrat, ꝙ ordine ſucceſſiuo fœminæ admittantur, vt in d. c. j. de his qui ſibi, & latè probat Deci. in conſ. 139. & in cõſ. 193. col. iij. vbi allegat quamplura conſilia. Secundò fundatur, ꝙ certum eſt hunc caſum pro fœmina non decidi per cõſtitutionem. Non enim dicit, fœminam ex vtroque parente coniunctam maſculo præferri,
7 eſt ergo omiſſus † ſi omiſſus, remanet fœmina iure communi excluſa. l. comodiſſimè, de liber. & po-
8 ſthum. Quod † non mutatur, cur ſtare prohibetur. l. præcipimus. C. de appella. Neceſſe eſt igitur fateri, aut hunc caſum pro maſculo decidi, vt ſupra probatum eſt, aut pro fœmina nihil ad hunc caſum eſſe ſpecialiter diſpoſitum, & conſequẽter non poſſe fœminam admitti exiſtente fratre ex vno latere coniuncto: quia non vocatur. Et hoc etiam ſatis apertè in his terminis concludit Alex. in conſil. 9. volu. 5. circa fin. quem refert & ſequitur Cur. in tracta. feudo 3. par. 6. q. principi. volens fœminam admiſſam deficientibus maſculis, non admitti quando maſculus ex vno tantũ parente morienti iungeretur, licet ipſa ex vtraque. Hanc quoque ſententiam firmant ſatis ea quæ conſiderat Ludo. de Ro. in conſil. 411.
9 Quod † ſi vigore ſtatuti maſculus excludit fœminam cum onere dotandi, licèt frater conſanguineus tantum ſit ſorori, erit admittẽdus, ſorore excluſa, & dotata ex ratione ſtatuti, vt bona in familia ſeruentur, vti in hac conſtitutione conſideranda eſt. Et hoc ſequitur & cõprobat Ioan. Cãpeg. in tracta. dot. in fin. tracta. q. 47. dicens aliàs Mãtuæ obtentum, & tenet Iaſo. in l. tres fratres. ff. de pact. & Albert. Brun. in tracta. ſtatu. exclud. fœm. in 12. arti. q. 18. col. 2. & allegat Conſilium Pauli de Caſtr. nu. 344. & faciunt ad propoſitum ea quæ dicit Alexan. in conſil. 144. in 6. volu. Quod ſtante ſtatuto excludente omnes aſcendentes, & ex fœmina deſcendentes fratre ſuperſtite, & ſuperſit frater cõſanguineus & ſoror vtrinque coniuncta, hic fra-
10 ter ſororẽ excludet, fratris † enim appellatione, non dubium eſt in his ſtatutis etiam conſanguineum tantum contineri, vt optimè vltra prædictos probat Capr. in conſil. 138. licet Fulgo. aliter ſentiat in conſil. 85. cuius opinio ad hunc caſum non poteſt adaptari, conſiderata ratione prædicta huius conſtitutionis, vt bona in familia conſeruentur, quæ pro expreſſa debet haberi, prout declarat in ſimili Brun. in d. tracta. in iij. articulo principali, & iſta ratio debet haberi pro expreſſa in hac conſtitutione. per no

ta.in l.quamuis. C.de fideicom. in ca. ſuggeſtum.de appella. Et ſi alia ratio redderetur, non eſſet alia quã ob fidelitatem,& alia, quæ melius per maſculos præſtantur domino quàm per fœminas, vt conſiderat Alex.in conſil.30.in 6.& 7.colum. volu.j. & ſic militat ſemper ratio, vt qualitas maſculina attendatur, quæ qualitas non minus eſt in cõſanguineo quàm in vtrinque coniuncto,& ſic idem ius ſtatuẽdum, & maximè cum ratio.l.maximum vitium, in feudalibus conſiderari non poſſit:quia Princeps à quo feuda habentur, legem rei ſuæ talem impoſuit.l.in re mandata.C.manda. & non recedendo ab auctoritate noſtrorum ſatis hoc videtur ſentiſſe Andre.in dicta conſtitu.verſ. ex collaterali,ibi,vt donec ſit locus alijs, non faciẽdo vim in eo quod exemplificauerat de fęmina, & in d.§.& quia, in c.j.qui feud.nã ſimpliciter dicit,fęminam admitti,niſi concurrat cum maſculo, quare prærogatiua ſexus ſit tantummodo conſideranda, per d. conſtitu. & conſtitu.in aliquibus. Et hoc ſine dubio videtur admitti debere, cum bona ex illa parte proueniant vnde iungitur. Propter quod fuit allegata quædam apoſtilla D.Diomedis Maricondæ dicentis, quòd ita fuit iudicatum, quòd conſanguineus excludat vtrinque coniunctum à ſucceſſione feudorum prouenientium ex paterna linea,vnde maſculus iungebatur, ex generalitate dictæ conſtitutionis, & propter illa verba Andre. in d. verſic. ex collaterali, & allegat inſuper ita reperiri determinatũ in Regiſtris Regis Alfonſi primi chart. 104. & 193.

¶Ex quibus omnibus fuit communi voto deciſum, fratrem legitimũ ſucceſſorem fratri conſanguineo in feudis, quæ à communi patre prouenerunt extitiſſe,ſaluo iure cõpetenti ſorori pro Paragio.

¶ Quid autem videretur dicendũ
11 † ſi feuda non ex paterna linea,ſed ex materna proueniſſent, vnde fratri mortuo maſculus non iungebatur ſed fęmina. Videtur q̃ poſſet ex prædictis idem determinari,vt talis diſcretio fieri non debeat,& hoc ſentit gloſ. in d. conſtitu. in verbo ſuccedant,quę vult,pręrogatiuam ſexus in collaterali linea ſeruandam, vt prædixi non facta bonorum differentia. Et licet Andre. in d.conſtitu. col. iij. videatur admittere in terminis dictæ conſtitutionis talem bonorum differentiã, per tex. in l.de emancipatis. & in authen.poſt fratres. C.de legit.hæred. tamen loquitur quando ſuccederent maſculi vel fęminę, inter quos non eſſet habenda ſexus prærogatiua: quia tunc debet per ius commune declarari, ſed cum per conſtitutionem illam, & conſtitu. in aliquibus,aperta ſit mens conſtituentis, ſtante maſculo fęminam non admitti,ſi admitteretur,contra conſtitutionem fieret.l.ea lege. ff. de leg. & vocaretur ad feuda à quibus lege feudali excluditur, vt dixi.

dixi. Ideo non debet ſecundum diſpoſitionem iuris communis declarari, vt notabiliter dicit Anto. de Butri.in c.ex parte.lo ij.in gloſ. j. de foro competen. c. in memoriam.19.diſtinct. Deci.in conſ.33. j.col. Et hoc verius videretur, licet in dicta cauſa non fuerit diſcuſſum.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*
2 *Reſcriptum Principis eſt ſeruãdum.*
3 *Petitorium abſorbet poſſeſſorium.*
4 *Poſſidet iuſte, qui auctoritate Regia iudicialiter procedente poſſidet.*
5 *Auctoritas ſuperioris ſpoliantis non tollit interdictum recuperandæ.*
6 *Conſiderandum non eſt, quid fuerit obſeruatum, ſed quod obſeruari debuit.*
7 *Infidelis ex deſcendentibus primi acquirentis non cenſetur vocatus ad ſucceſſionem.*
8 *Fidelitas eſt cauſa infeudandi.*
9 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
10 *Rebelles illi dicuntur, qui contra honorem & fidelitatem Principis opera rebellionis faciunt.*
11 *Confeſſio facta parte præſente in actis nullis probat tanquam extraiudicialis.*
12 *Confeſſio facta in iudicio, licet nullo, nocet.*
13 *Remiſſio ſeruitij non inducitur taciturnitate ſola cum poſſeſſione feudi abſq; præſtatione ſeruitij.*
14 *Actio competens Domino contra vaſſallum ad repetendum feudum apertum ob feloniam non terminatur tempore.*
15 *Anni triginta requiruntur in feudis, vt præſcribatur*
16 *Anni viginti verò in rebus fiſcalibus de iure communi.*

DECISIO XXXVII.

¶ *Ego cuperem in cauſa hac eſſe potius auditor, quàm relator, tum grauitate negotij, tum auctoritate rei iudicatæ, ſed poſtquam ita oportet, dicam quod ſentio. In primis dubia tria occurrunt. Primum, vtrum iudicari potuerit in petitorio, illudq; abſorbuerit poſſeſſoriũ intentatum pro parte quondam Sancij de Hamudio. Secundum, vtrum in petitorio fuerit non rectè iudicatum ratione prætenſæ inhabilitatis quondam Domitij Carboni ad ſuccedẽdum Henrico, quæ dicitur conſiſtere in duobus. Primò, quia patruus. Secundò, quia dicitur, illum non fuiſſe fidelem. Vltimò, vtrum poſito quòd ex his ſententia ſuſtineri non poſſit, ſuſtineatur ex renũciatione Dominæ Mariæ facta ratione excambij per eam recepti. Dicam (ut ſpero) breuibus & per concluſiones.*

Circa primum, videtur mihi ſine dubio dictum Sanciũ fuiſſe grauatum: quia
1 † ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus: etiam ſi incõtinenti offeratur probatio dominij.l.ſi quis emptionis. C. de præſcript.30.vel 40.anno.in c.j. de reſtitu. ſpoliato.c.in literis. eo.tit.in

l.ſiquis

l. ſi quis à ſe fundũ. C. vñ vi, cũ ſimilibus vltra hanc prouiſionẽ & iuris diſpoſitionẽ extet aperta prouiſio Catho. Regis in proceſſu præſentata, quæ fuit habita pro fidem faciẽ
2 te, quæ prouiſio † ſeu reſcriptum debuit obſeruari. c. cum teneamur. de præben. & in c. ſi quando. de reſcript. Neque (meo iudicio) huic concluſioni obſtant duo, quæ potuerunt mouere excell. Dominos
3 iudicantes. Primũ videlicet ꝙ † petitorium abſorbeat poſſeſſoriũ, quæ cauſa exprimitur in ſententia. Secũdum, quia erat difficilis reſtitutio ratione Regiæ pragmaticæ, quæ poſſeſſores tuetur. Nam ad primũ dico, ꝙ tunc cauſa poſſeſſionis abſorbetur à cauſa proprietatis, quotieſcunque ex parte proponentis poſſeſſorium, proponitur etiam petitorium, vel ipſe idem conſentit de exceptione proprietatis diſcuti, vel in cauſa proprietatis ab alia parte propoſitæ iudicari. Apertè probatur in ca. paſtoralis. de cau. poſſ. & proprie. vbi Abb. poſt Ioã. And. Inno. & alios. & in c. in literis. & in c. ſolicitè. de reſtitu. ſpoliato. per Docto. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poſſ. Sed in proceſſu clarè conſtat, numquam dictum Sancium conſenſiſſe, quòd de petitorio tractaretur, ergo &c. Ad ſecundum dico, ꝙ quando eſſet difficilis, immo impoſſibilis reſtitutio, de iure... exceptionem ẽt odioſam, debet tamen in poſſeſſorio iudicari, glo. eſt ſingularis, quã omnes ſequuntur in d. c. paſtoralis. in verbo facultatem, quæ loquitur in retentione ex aliqua cauſa, etiam per l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, cuius legis diſpoſitio eſt pœnalis & odioſa. Quinimmo diſpoſitio dictæ Regiæ pragmaticæ nõ trahitur ad eos, qui haberẽt diſpoſitiones aliorum Regum cõtrarias diſpoſitioni Regis Ferdinandi, & vt iam fuit aliàs iudicatũ in ſacro Conſilio in cauſa cœpta à tempore dictæ pragmaticæ. Neq; (meo iudicio) hanc opinionem ſubuertit
4 illa ratio, ꝙ † auctoritate Regia fuerit priuatus poſſeſſione dictus Sancius, per ea quę dicuntur in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſio. quoniam hæc ratio locum habet Rege vel Iudice procedente iuditialiter, etiam quòd iuris ordo ſeruatus nõ fuerit, ſecus autem eſt vbi omnino extraiudicialiter proceſſit, vt in caſu iſto, ita declarant Docto. in d. l. iuſtè poſſidet, & in l. meminerint. C. vnde vi. & Dec. conſil. 361. vbi allegat. Quinimmo in hoc caſu Rex ad ſuam vtilitatem hoc fecit propter viginti mille ducatos, quos ſibi Iacobus Carbonus promiſerat. Et ſic ipſe Rex non fuit auctor ſpolij, ſed ſpoliator, vnde ſuccedit diſpoſitio. c. cõquerẽti, de
5 reſtitu. ſpoliato, ꝙ † auctoritas ſuperioris ſpoliantis nõ tollit interdictum recuperandæ poſſeſsionis, certũ eſt, ꝙ Rex ad ſuas manus redegit, & poſtea reſtituit Iacobo, licet in hoc vim aliquam non faciã, cum nulla præcedente cognitione fuerit facta illa reſtitutio, & ſic datur

tur interdictum ſeu remediū reſtitutorium vt ſupra dixi, etiam quòd Rex aut Princeps fecerit, l.& ſi non cognitio. C. ſi contra ius vel vtilit. publi. maximè nulla publica vtilitate ſubſiſtente: quia iam Regnum erat diuiſum & rex cogitabat de fuga, vnde ceſſat ratio. l. Item ſi vulneratus ff. ad leg. aquil. & quæ in l. fi. C. ſi contra ius vel vtilit. publ. cum ſimilib. in ca. Quæ in eccleſiarū, de conſti. & per hæc circa hoc caput dico bene reclamatum per Ioannē de Hamudeo. Verum quia in hoc iudicio conſenſit, vt etiam de petitorio cognoſcatur. Ideo tranſeo ad aliam dubitationem.

¶ Circa ſecundum, an fuerit bene iudicatum in petitorio, circa quod ſunt diſcutienda duo. Primum, an obſtitiſſet ſucceſſioni dicti Domicij, qualitas quia patruus, ſecūdum an fuerit infidelis. Circa primū quęſtio eſt ſatis ardua inſpecto iure cōſtitutionum Regni licet hodie deciſa per ca. Regis catholici. Tamen quod attinet ad tempus Regis Ferdinandi Primi, quod tempus inſpici debet, quādo terram Padulæ ad ſe recepit, vt vr̄ opinio. gl. in cōſti. de ſucceſſionibus. in Regno fuiſſe magis probatam q̄ opinio. Andre. ibi in c. 1. Imperator lotha. & ſecundum illam opinionē fuiſſe iudicatū, refert D. Anto. de Alex. in Apoſtilla, & Luc. de Penna. in l. j. C. de impo. lucrati. deſcriptio. & D. Mathe. in d. conſtitut. vt de ſucceſſio. & in d. cap. 1. Imperat. lothar. Quia immo recolendæ memorię Sigiſmundus Loffredus. in dicto cap. 1. Imperat. lothar. qui tenet opinionem Andre. pro patruo, etiam inſpecto iure conſtitutionum Regni, dicit tamen, quòd Reges Aragonei in hoc conniuentibus oculis pertranſibant, & ſic licet non iudicauerint contra patruum, non tamen iudicauerunt pro patruo. Immo Rex Federicus in feudo Trentulæ cum Paulo Brancatio proteſtatus extitit, quòd volebat iudicare pro patruo. Mihi tamen in propoſito hæc ratio non ſatisfacit, quia verior videtur opinio Andre. per rationes ſuas, quas

6 breuitatis gratia omitto. Nec † conſiderandum eſt, quid fuerit obſeruatum, ſed quid obſeruari debuerit, quia Reges huius Regni iurant obſeruare conſtitutiones Regni, & ideo non poſſunt illas in pręiudiciū ſingulorum & totius Regni mutare, vt in c. cum intellecto, de iureiur. cum ſimilib. & propterea hæc ratio iudicatum infringere non debet.

¶ Circa ſecundum de ratione prętenſæ infidelitatis quæſtio eſt facti magis quàm iuris. Nā clarū eſt de

7 iure, quòd † is qui eſt infidelis ex deſcendentibus primi acquirentis non cenſetur vocatus ad ſucceſſionem, probatur apertè in cap. primo. §. Huius autem generis. in quibus cau. feud. amitta. & dicit Andre. in c. 1. §. porrò. quę ſit pri. cau. benefi. amitten. ꝙ Dn̄s non tenetur inueſtire ſibi ſuſpectum, allegat tex. in l. ij. C. de poſtu. Et alia circa

Gg ſuſpi-

ſuſpicionem vitanda: & dicit idē Andr. in c. Imperialē. in §. inſuper. col. 2. de prohib. feud. aliena. quòd Dñs poteſt dicere petenti inueſtituram, tu fuiſti ingratus, nolo inueſtire, & habet rationē euidentem,
8 quia † cū fidelitas ſit cauſa infeudandi, vt dicitur in ca. 1. in fin. per
9 quos fi. inueſti. limitata † cauſa limitatū producit effectū. l. in agris. ff. de acquir. re. Dom. c. cū ceſſante. de appell. cū vulga. ſed ꝙ M^cus Domitius fuerit infidelis & rebellis Regis Ferdinādi primi, videtur (meo iuditio) ex primis & nouis probationibus ſatis apertè demoſtrari & probari. Nam vt dicitur in c. 1. qui
10 ſint rebell. Illi † nō dñi fideles ſed rebelles, qui contra honorē & fidelitatem Principis, opera rebellionis faciunt, vt in l. j. cum ſequēti. ff. ad legem Iul. maieſt. ſed per oēs teſtes numero decē examinatos pro parte magnifici Iacobi Carboni in primo proceſſu ſuper articulis additis probatur, & ſunt teſtes nobiles de viſu, ꝙ tempore belli, quod gerebatur per Ducem Ioānē Henricū poſſidebat terrā Padulę & Caſt^ni, fructus percipiendo mediante Domitio, qui erat Balius Henrici & omnia per ipſum gubernabantur, & hoc etiam fatetur ipſe Iacobus tanquam principalis examinatus ad inſtantiam Hamudij: & terra Paduli cum caſtro fuit rebellis contra Regem Ferdinandum, vt probatur latiſſimè per teſtes Hamudij ſuper 64. & 65. & Carbonus non inficiatur: ergo dictus Domitius tenuit caſtrum rebellatum contra honorem & fidelitatē Regis Ferdinandi Primi, & conſequenter fuit rebellis & infidelis. d. c. 1. qui ſint rebel. & in d. l. j. ibi, Artem tenuerit. Item probatur per cōfeſſionem ipſius Iacobi, de qua in ſupplicatione & articulis factis
11 tempore Regis Caroli. Nam † illa acta licet non habeant vim actorum, propter defectum iuriſdictionis, cum dictus Rex Carolus fuerit inuaſor, & tyrannus tamen probabit illa confeſſio tanquam extra iudicialis facta parte preſente, quia omnia fuerunt Alfonſo intimata & notificata, & fuit geminata, immo ſępiſſime reiterata, maxime in ſcriptura, quo caſu abſque oī difficultate plenè probat, vt tenet Bar. in l. cum ſcimus. C. de Agri. & cenſit. Paul. in l. publia. ff. depoſi. Fely. latè in c. ſi cautio. de fide inſtru. &
12 † confeſſio facta in iudicio licet nullo, nocet. Abb. in c. cū dilectus. de ordi. cogni. & tā in primo proceſſu quàm in hoc poſtremo nunquam Iacobus docuit de errore, vel probauit cōtrarium, immo non allegauit, quòd Domitius fuerit fidelis, & iſta probatio eſt fundata in hac cauſa reclamationis, quia non apparebat in primo proceſſu de omnibus ſupradictis qualitatibus fundantibus dictam confeſſionem: & licet producantur articuli dicti Hamudij, tamen non apparet de mandato in hoc, neq; quòd ratum habuerit, & eius exceptiones fuerunt reiectæ & non probatę.

probatæ. Quo caſu ſuccedunt dicta per Docto. in c. cum venerabilis, de exceptio. in l. alio. ff. de his quib. vt indign. Felyn. in c. capitulum Sanctæ Crucis, de reſcript. & ſententia inde ſequuta comprobauit veritatem rei, ideo iſta probatio firma remanet. Tertiò probatur, quòd fuerit infidelis per teſtes examinatos inter eaſdem partes. Quartò, per teſtes examinatos per dictum Iacobum in anno 1504. Quintò per teſtes examinatos per dictum Hamudium contra Nicolaum Caracciolũ. Sextò, per teſtes in proceſſu antiquo examinatos.

¶ Non obſtat his probationibus, quòd Rex Ferdinandus Primus paſſus fuit, dictum Domitium poſſidere feudum Padulæ, vt pro parte Carboni aſſeritur: quoniam omiſſa reſponſione quæ in facto conſiſtit,

13 Reſpondeo † ꝙ de iure per taciturnitatem ſolam cum poſſeſſione feudi abſque præſtatione ſeruitij & contrario actu, nõ inducitur remiſſio. Ita tenent Andre. & Bald. in d. §. inſuper. & in §. præterea ſi vaſallus, & in c. j. col. ij. de feud. ſine cul. non amitten. Imol. in ca. ij. de feud. & Præpoſ. in c. j. colum. iij. quo tempore mil. Et dicit Andre. in c. j. §. porrò. quæ ſit prim. cau. bene amitten.

14 Quòd † actio competens Domino contra vaſallum ad repetendum feudum apertum ob felloniam, non terminatur tempore, niſi vt aliæ actiones, & certè donec vaſallus & Dominus viuit, Docto. non dubitant, ꝙ non obſtante lapſu temporis poſſit feudũ vindicari à domino.

15 Et † in feudis requiruntur triginta anni cũ præſtatione ſeruitij, vt ſupra dixi, vt præſcribatur, c. ſiquis per triginta, ſi de feudo. Et de iure conſtitu. Regni 40. vt in conſtitu. Quadragenalem,

16 & † in rebus fiſcalibus de iure communi viginti anni, vt in l. in omnibus. ff. de var. & diuerſ. niſi in caſibus, vt in l. j. §. j. ff. de iur. fiſc. per Abba. & alios in c. cum nobis. de præſcript.

¶ Non obſtat aſſertum capitulum copiatum à trãſumpto: quia illud minimè probat, vt ĩ authen. ſiquis in aliquo.

¶ Non obſtat Priuilegium confirmationis functionum fiſcalium: quia illud non poteſt applicari dicto Domino Domitio, qui in feudalibus non fuit hæres Iacobi ſui patris, ex quo erat ſecũdogenitus, & non intelligitur de filijs primogeniti. Et propterea dicẽdum eſt, ſtante huiuſmodi inhabilitate, non fuiſſe admittendum dictum Domitium ad ſucceſsionem Henrici & propterea bene reclamatũ. Ante publicationem partes ſe concordauerunt.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ſiquis vel ſiqua, an habeat locum, patre vel matre exiſtente in medio.*

2 *Conſuetudo corrigens ius commune debet ſtrictè intelligi.*

3 *Principium numeri non eſt numerus.*

4 *Verba legis vel conſuetudinis cui non conueniunt, nec eius diſpoſitio conuenit.*

5 *Conſuetudines ceſſante habet locum ius commune.*

6 *Statuto ſtante excludente matrē propter agnatos, ſi ſuperſint ſorores vel fratres, poteſt mater admitti, ceſſante ſtatuto.*

DECISIO XXXVIII.

1 AN † conſuetudo ſi qs vel ſi qua, habeat locum, patre vel matre exiſtente in medio, & ſimiliter conſuetudo. Et ſi teſtator. Neapod. vult q̀ non habeat locum cōſuetudo, ſed remaneat firma diſpoſitio authen. defuncto. C. ad Tertullia. Probatur 2 eius opinio ratione. Quia † conſuetudo corrigit ius commune & debet ſtrictè intelligi, & ſic ī caſu ſimplici, quando quis decedit relictis collateralibus, non autem aſcēdentibus ſimul cum collateralibus, qui eſt caſus mixtus. Item quia conſuetudo loquitur de proximioribus ex parte matris vel patris, non debet includi pater vel mater: quia ſunt principia, non principiata, ſicuti 3 † principium numeri non eſt nu- 4 merus, & † cui non conueniunt verba legis vel conſuetudinis, non conuenit etiam diſpoſitio.

¶ Iſtud declara quando pater vel mater aut alius aſcendens cōcurrit ſimul cum fratribus defuncti ſecūdū terminos dictæ authen. defuncto, tunc ſuccedunt omnes ſecundum terminos d. authen. Sed quādo aſcendens concurrit cum alijs remotioribus, qui non comprehēditur in d. authen. tunc ſuccedit ſolus aſcendens ſine illis, quia neque per conſuetudinem vocantur ſtante aſcendente per prædicta, neque de iure: quia ſecunda cauſa eſt aſcēdentium & excludit collaterales, p̄ter eos qui in d. authen. defuncto. authen. ceſſante. C. de legi. hæred.

¶ Hic dubitatur de duobus. Primò, ſi frater vterinus, q̀ vocatur ad ſucceſſionem per conſuetudinem ſecundum Neap. concurrit cū aſcēdente: quia non eſt incluſus in d. authen. debeat excludi. Secundò, an poſſit decedens diſponere in quem voluerit in præiudiciū aſcendentis, & aliorum qui ſimul vocantur. Quò ad primum Neapoda. determinat, q̀ ſuccedit, quò ad ſecundum diſtinguit, aut vult diſponere in præiuditium aſcendentis, in fauorem extranei, & nō poteſt: quia fieret fraus conſuetudini, & ita fuit deciſum per ſacrum Regium Conſilium in cauſa Dominæ Ioannellæ Oriliæ, auiæ Ioannis antonij Ianuarij, aut vult diſponere in fauorem aſcendentis, & in præiudiciū corū qui p̄nt cōcurrere cum aſcendente per authen. defuncto. Et Neapoda. videtur ſentire q̀ non, in conſuetu. Filiusfamilias. in prima gloſſ. in fin. ibi de alia medietate: Fuit deciſum ſimpliciter in cauſa Ferdinandi Roberti, quòd poſtquam conſuetudo non habet

locum

locum patre vel matre exiſtente in medio, vel alio aſcendente, quòd poteſt ſimpliciter & liberè filius di
5 ſponere: quia † ceſſante conſuetudine habet locum ius commune. Et pro hoc adducebatur auctoritas D. Stephani de Cayeta in apoſtilla, qui ita decidit, & vltra eum allego Bal. in l. illam. C. de colla. & Matheſillan. in tracta. de ſucceſſio.
6 ab inteſta. quòd † ſtante ſtatuto excludente matrem propter agnatos, ſi ſuperſint ſorores vel fratres, poteſt mater admitti ceſſante ſtatuto. Et idem in ſimili decidit Bal. in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. & Petr. de Anchara. in c. canonum ſtatuta. verſic. item conſulo. de conſtitu. ſequuntur Moder. in l. poſt contractum. ff. de donat.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus an poſſit accuſationem inſtitutam proſequi.*

2 *Laycum nullum admitti ad accuſandum de vſuraria prauitate, niſi ordinariè agendo.*

3 *Lex ſimpliciter loquens à nobis diſtingui non debet.*

4 *Pœnitentia ſola plurima peccata delentur, excepto eo propter quod extorta reſtituenda ſunt.*

5 *Vſura crimen eſt, quod natura ipſa atque euangelica lex maximè deteſtatur.*

6 *Vſuris quæ diripiuntur uerè miſerabiles cenſendi ſunt.*

7 *Vtilitati communi nec incongruum, ac diuinæ legi viſum eſt, vt excreſcente impiorum nequitia acrius procedatur.*

8 *Decreta ſacri Conſilij vicem legis obtinent.*

9 *Doctoris auctoritas probationem deſiderat.*

DECISIO XXXIX.

CVm fœneratorũ abuſus adeo frequens eſſet, vt iam in plurimos huiuſmodi criminis notatos animaduerti deberet. Ne amplius in contemptum Diuinæ atque humanæ legis hoc ſcelus ſuſtineretur. Hæſitatum fuit ſæpius, an
1 † deſiſtentibus accuſatoribus, qui ad agẽdum ordinariè fuiſſent admiſſi, ſuam ſuorumque iniuriam proſequentes, poſſit fiſcus accuſationem ipſam proſequi, pœnaſque ab his ſumere quos deliquiſſe probaſſet. Et varias fuiſſe antiquorum ſententias, quidam è ſenioribus affirmabant, cum alij non poſſe fiſcum proſequi ex antiqua ſapientum interpetratione dictauerint. Alij verò ex conteſtatione litis cũ accuſatore facta ius fiſco oriri cõprobauerint, cum autem hæc quæſtio in cauſa cuiuſdam Pictoris de Calatia, certam determinationem deſideraſſet in ſacro Cõſilio adducta, oĩum conſenſu & authoritate veluti gñali quadam lege Sanciẽs definita extitit, vt cũ accuſator admiſſus fuiſset, tũc fiſc⁹ admitti debuiſset, ordinarieq; pſequeretur,

ſiue ante conteſtatā litem, ſiue qui dem poſt accuſator deſtitiſſet: Firmatur id primum ritus autoritate,
2 quo cautum eſt, nullum † laicum ad accuſandum de vſuraria prauitate admitti, niſi ordinariè agēdo, & tunc eo ipſo, quòd admiſſus fuerit accuſator fiſcus quoque ſimiliter admittatur, per ea quæ no. glo. in l. lecta. in l. tunc. ff. ſi cērt. peta. & in l. iiij. §. fi. ff. de condit. & demon. in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & poſthum. Non eſt igitur ex illis verbis expectandum, an accuſator deſiſtat, an proſequatur, cum ea lex,
3 † quæ ſimpliciter loquitur, diſtingui à nobis nō debeat. l. de precio. de publicia. Quod ſi dicatur lege diſtinguendū, l. ſed & ſi poſteriores. ff. de legib. l. ſciendum. ff. de his qui ſatiſd. cog. iūcta authen. offeratur. C. de lit. conteſta. fatendū quippe eſt: ſed non alia lege quàm Regni conſtitutione: per quam crimen hoc publicum redditur competitque propterea ius fiſco vindicandi, vt ſi alio ritu corrigatur, q; accuſator pro ſua ſuorumue iniuria ſit: non erit publici inditij qualitas correcta atque ſublata in omnibus: ſed quanto minus poterit. l. Præcipimus. C. de appella. l. Sancimus. in fi. C. de teſt. vt ſi accuſator interueniat, legitimeq; inſtituta accuſatione deſiſtat, poſsit fiſcus proſequi: Nam dum accuſatio præceſſit, corrigenti ritui ſatis videtur factum, & dum fiſco proſequēdi poteſtas ſit, id quod expreſsè à conſtitutione ſublatum atq; abrogatum non eſt, obſeruatur, ita quidem in ſimili voluit tex. in l. vnic. §. his tātum, ibi gloſſ. & Bald. C. de lati. liber. toll. gloſ. in authen. de hæredi. ab inteſta. in verbo vacantib. Bart. in extrauagan. ad reprimē, in verb. non obſtantibus. Roma. in conſil. 57. & 332. Nulla igitur lege diſtingui debet ritus ille qui fiſcum admittit, cum nulla ſit, quò ad cauſæ proſequutionem Regni conſtitutio, quæ diſtingui patiatur, immo verū ſiquis hoc diceret, correctionem extendi vellet, quæ omnino vitanda, eſt vbi aliter poſſit. l. j. C. de inoffic. dot. c. cum expediat. de electio. in vj. ca. Eccleſia veſtra, ibi Abba. in 6. not. de electio. Barto. in l. iiij. §. erit. ff. vi bonor. rapto. Alex. in conſil. 42. col. j. & ſequent. vol. 3. Acceſſit quoq; huic determinationi, quòd partis loco fiſcus alio ritu vocatus atque admiſſus videtur, cū obſeruari. l. libellorum, formam à fiſci procuratore ſtatuitur: obſeruari quidē nō poterit, niſi ad agendū admittatur, argu. l. edita. C. de eden. c. examinata. de iudi. neque nōn fruſtra id requireretur ſi cum accuſatore procedi ſemper deberet cum illi id onus incumberet d. l. libellorum. & authen. offeratur. c. qualiter & quando, de accuſ. quinimmo accuſatore deſiſtente poterit alius à iudice. accuſatoris loco ſubrogari. l. ij. ff. de dolo. Bal. in l. j. C. qui accuſa. non poſſ. Bart. in l. in eum. ff. de accuſa. Specul. in titu. de accuſat. §. j. verſi. quòd ſi nullus. cur non ritus autoritate fiſcus id poterit,

rit, quòd non minus ad publicam vtilitatem pertinet quàm quòd cętera omnia puniantur crimina?
4 quæ & ſi plurima † vel ſola pęnitentia delentur: hoc tamen minimè, niſi quod extortum fuerit reſtituatur. c. quia in omnibus, de
5 vſur. crimen † eſt quippe, quod natura ipſa atque euangelica lex maximè deteſtatur & horret. c. ſuper eo. de vſur. c. quoniam mul-
6 ti. 14. q. 4. Nec ab re eſt † q̃ qui vſuris diripiuntur verè miſerabiles cenſendi ſunt. Sed Regni capitulum Pridem: initio prouideri inſtituit ex officio iudicantis his qui pro eorum miſeria diriperentur; cur nõ igitur accuſatione præmiſſa id poſsit fiſcus? Et hoc etiã communi iure probatum eſt, vt ꝑ Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, ꝑ denuntiationẽ. Bal. in auth. Ad hæc in fi. C. de vſur. & Iacobin. in Rubri. C. de iudi. qui quæſtionẽ pęnè hanc in iſtam ſententiam re-
7 ſoluunt. Nec † incongruum communi vtilitati ac diuinę legi viſum eſt, vt excreſcẽte impiorum nequitia, & debacchante cupiditatis luxuria acrius procedatur. l. aut facta. §. fin. & l. capitalium. §. graſſatores. ff. de pœn. not. per Abba. in ca. at ſi clerici, de iudi. Iaſ. in §. ex maleficijs, not. 8. inſtitu. de actio. præſertim in eo qui verſari in hoc crimine aſſuetus eſſet l. j. C. de ſuperexacto. lib. 10. Ex quibus rectè iudicari debuit, vt etiam, ſiqua eſſet contraria lex, Sacri Conſilij auctoritate abro-
8 garetur † cuius decreta vicem legis obtinent. l. fi. C. de legib. ne ea amplius præſidio eſſet fœneratoribus. argu. eorum quę dicuntur per Bar. in l. omnes populi. 6. quæſtione. ff. de iuſti. & iur. & in l. non dubium. C. de legibus. in l. j. C. de indict. viduita. tollen. & in l. j. in princ. C. de cadu. tollen. & in c. ſuggeſtum, ibi Abb. de decim.

¶ Huic ſententiæ ita probatæ nequaquã obſtat Parid. deciſ. in ſuo tracta. ſyndicat. vt eo caſu procedere poſsit iudex accuſatore deſiſtente, cum aliàs ex officio potuiſſet, quoniam ſi lege ciuili fortaſſe conſtat, refragantur tamen Regni conſtitutiones & ritus, vel (quod ſatis probo) & ſi iudex procedere non poſsit, nõn inficiatur tamen fiſci procuratorem partis loco ſubrogatum poſſe, immo id ex rationibus ſuis probatur & defenditur, nec ſunt accipienda ſecus verba Iſerniæ in conſtitutione prædicta, quæ habet initium, vſurariorum. Nam etſi neget publicari bona, accuſatore deſiſtente, non tamen inficiatur, fiſcum ordinariè admitti poſſe, id enim vtrumque verum eſt, bona eius non publicari, ſi accuſator deſiſtat, & fiſcum admitti debere ad proſequendum vt publicentur. Nam illud primum, ita quidem accipi debet, ex his quæ probauimus, ſi non ordinariè agendo, atque accuſatoris loco accuſationem proſequens publicari bona fiſcus vellet. Si verò aliter illũ ſenſiſſe quiſquam putaret non efficiet vt diſcedendum ſit à priore ſenten-

tia,

9 tia, cum † doctoris auctoritas probationem deſideret, non neceſſitatem inferat.

¶ Ab hoc decreto cum ad Proregé reclamatum eſſet, iterum votis omnium recenſitis iuſtum omnibus ac expediés reipublicæ viſum extitit.

SVMMARIVM.

1 *Actor ſi debet exhibere inſtrumentũ, & illud in promptu non habet, procedetur in cauſa.*

2 *Iuramento alterius ſtatur, dicentis ſe non habere.*

3 *Intellectus l. fi. C. de fid. inſtru.*

DECISIO XL.

QVòd is qui debet exhibere aliquam ſcripturá excuſetur, ſi illam non exhibeat, videtur apertè fundari auctoritate Inno. in c. j.
1 de probat. volentis, ꝙ † licet Actor debeat exhibere inſtrumentum, tamen ſi illud in promptu nõ habet, procedetur in cauſa, & illam deciſionem Inno. ſequuntur Domini de Rota in deciſ. 34. in nouis, ſub titulo de probat. & tradit Specul. in tit. de inſtrumento. editio. §. nunc dicamus. verſic. quid ſi in libello. Moder. in d. c. j. Et hoc videtur indubitabile.

¶ Difficultas tamen ſtat, qualiter debeat verificari iſtud, quòd non habeat in promptu ſeu de facili. Et ex verbis Inno. & prædictorum non videtur, ꝙ requiratur aliqua probatio nec verificatio. Domini de Rot. Abb. & alij in d. c. j. & Bal. in l. qui ſtipendia. C. de procurato.
2 tenent ſimpliciter † ꝙ ſtetur iuramento dicentis ſe non habere, nec requirunt caſus fortuiti probationem vel amiſſionem, ſed tantummodo dicunt, ꝙ ſtatur iuraméto, etiam ꝙ altera pars dicat partem penes ſe habere. Et quia Inno. pro ſua opinione nihil allegat, Domini de Rota allegant tex. in c. ij. de iuramen. calumniæ. lib. 6. & in ca. cum Ioannes. de fide inſtrumẽto. & dicũt Domini de Rot. ꝙ Ægid. dicebat, hanc eſſe veram opinioné, & poteſt ſatis fundari per text. in l. fin. in fin. ff. de bon. auctorita. iudi. poſſiden. & ita etiam ſimpliciter ſequitur Angel. in l. j. §. edenda. ff. de eden. & Areti. in d. c. j. col. pen. qui dicunt opinionem Inno. eſſe communem.

3 ¶ Non † obſtat text. in l. fi. C. de fid. inſtru. quia ille tex. procedit in alijs fortioribus terminis, videlicet quando ſcriptura fuit producta in iudicio & remãſit exemplum: quia tunc originale exhibendum eſt, ſi de falſo redarguendum eſt per partem. Nam apparet euidenter malitia, niſi probetur amiſſio, & ex quo productio originalis eſt de actis, in ipſo originali eſt ius quæſitum parti, & conſequenter eius reproductio peti poteſt, non obſtante iuramento.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filia an cenſeatur præterita, ex quo titulus institutionis non probatur per ſeptem teſtes.*

2 *Inſtitutionis titulus eſt quædam ſolennitas.*

3 *Solennitas voluntatis debet probari per tot teſtes, per quot ipſum teſtamentum probatur.*

DECISIO XLI.

Dubium eſt, quod explicandum videtur, An † filia cenſeatur pterita, ex quo titulus inſtitutionis non probatur per ſeptem teſtes. Nam
2 † vt dicit Iaco. de Aret. in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtituen. titulus inſtitutionis eſt quædam ſolennitas, quæ poteſt probari per duos teſtes, ſecundum Gloſ. in l. ij. C. de bonor. poſſeſſio. ſecun. tabu. quam gl. ſequuntur omnes antiqui, & videtur ſequi Pau. de Caſtr. & Alex. & ꝙ ſit ſolennitas, tenet apertè Cardin. Zabarel. in conſil. ſuo 60.

¶ Contraria tamen opinio in hoc caſu videtur verior, conſiderando, ꝙ iſtud teſtamentum nō poteſt dici inter liberos, quo caſu ſecūdum regulam communem debent ſeptem teſtes adhiberi. l. hac conſultiſſima. l. ſi vnus, cum vulga. Quando igitur ſeptem teſtes requiruntur, communis* eſt opinio, quòd ſeptem teſtes probare debeāt titulum inſtitutionis. Ita Bal. apertè in d. l. 2. verſi. ex prædictis qui di-
3 cit, quòd † hæc eſt ſolennitas voluntatis, non ſolennitas probationis, & debet probari per totidem teſtes, per quot ipſum teſtamētum probatur: & ita etiam expreſsè diſtinguit Paul. de Caſtr. Philip. Corne. & Moder. & ſecundum hanc opinionē in propriis terminis conſuluit Deci. in conſil. 105. Et Andr. Sicul. in conſil. 29. col. 5. & pro hac opinione adduco doctrinam Bal. in l. non codicillum. C. de teſtam. qui vult, quòd ſi filio aliquid relinquatur in teſtamento & in codicillis, dicitur quòd illud relictum intelligatur titulo inſtitutionis, ꝙ nōn propterea præteritio excuſatur, quia in codicillis & ſic ꝑ quinque teſtes titulus inſtitutionis probari non poteſt: & hoc refert & ſequitur Iaſ. in authen. Nouiſſima. col. 18. C. de inoffi. teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Princeps poteſt de plenitudine poteſtatis tollere rem alterius illi quæſitum per modum iuris naturalis vel gentium.*

2 *Plenitudo poteſtatis eſt illa, cuius cauſa dicitur in Principe non eſſe rationem exquirendam, cur ita facis.*

3 *Silentium perpetuum illi imponi debet, qui venit ad impugnandum illud, quod ex certa ſcientia et de poteſtatis plenitudine Princeps facit.*

4 *Actio licet tollatur per Principem, tamen non tollitur naturalis iuſtitia.*

5 *Imperator aditus ſuper executiōe obligatio-*

gationis naturalis , peccaret , ſi iuſtitiam non miniſtraret .

6 *Imperator licet ſolutus legibus obligatione naturali ligatur.*

7 *Defenſio non poteſt tolli per Principem .*

8 *Princeps quòd obligetur ex contractu intelligitur ſano modo.*

9 *Princeps ſine cauſa non poteſt tollere quæſita de iuregentium , ſed bene obſtaculum .*

DECISIO XLII.

DVæ concluſiones pro determinanda hac controuerſia meo ſunt iuditio faciendæ. Prima
1 concluſio eſt , ꝙ † Princeps poteſt de plenitudine poteſtatis tollere rem alterius illi quæſitam, etiã per modum iuris naturalis ſeu gentiũ.
2 Plenitudo † enim poteſtatis eſt illa, cuius cauſa dicitur, in Principe nõ eſſe rationem exquirẽdam, cur ita facis, prout dicit Bal. in l.ij. C.de ſeruitu.& aqua.& in l.Impetrata . C.ſenten.reſcin.non poſſ.& dixit idem Bald.in c.j. §.ſiquis autem.in
3 tit.de pace Conſtan.ꝙ † debet imponi perpetuum ſilentium ei , qui venit ad impugnandũ illud, quod ex certa ſcientia & de poteſtatis plenitudine Princeps facit.
4 ¶ Secunda concluſio eſt, quòd † licet tollatur actio per Principem , & quis priuetur omni iure ſibi cõpetenti , tamen non tollitur naturalis iuſtitia, per quam quis poſſit adire eundem ſuperiorem , & per quam ipſe ſuperior debeat ſibi iuſtitiam miniſtrare ſaltem in forma iuris gentium & manu Regia. Ita tenet Inno. Anto.de Butr.& Gemi. in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.Io.de Imol.in clem. ſæpe.de verbor. ſignifica. penul. col. Paul.de Caſtr.in rubri. ff.ſi cert.peta. Et di-
5 cit Innocen. ꝙ † Imperator aditus ſuper exequutione obligationis naturalis, pro qua nulla datur actio , peccaret, ſi iuſtitiam non miniſtra
6 ret. Quia † ſicut ipſe ſolutus eſt legibus , ita obligatione naturali ligatur, vt ad iuſtitiam reddendam & audiẽdam cogatur ex debito officij, idem confirmant Cardi. & Felyn. in clementi. Paſtoralis . iij. not.de re iudi. Et ideo ad propoſitum dixit notabiliter Bald.in l.j.ff.
7 de conſtitu. Princip. quòd † licet tollatur aliquo caſu exceptio legis 3. ff.quod quiſque iur.intelligi debet ſublata eius propoſitio & forma , non defenſio & ſubſtantia, idem Bald.in l.quod Principi. eo.tit. dicit, ꝙ licet fiat ampla derogatio iurium per Principem , nunquã erit ſublata obligatio proueniens ex naturali iuſtitia , & idem firmat in l. ſi vnus.§.pactus. verſic. quid ſi in ſpecie.ff.de pact.conuen. Moder.latè in §.ſed naturalia.inſtitu.de iur. natural.& Bar.in l.fin. §.fin.ff.rem rat. habe. Deci. in l.pacta nouiſſima. C.de pact. Et ideo ſublata appellatione, cenſetur ſublata formalitas tantum, Abb.in c.j.de reſcrip. Deci.in rubr.de appella.
8 ¶ Non obſtat, quòd † ex contractu

Princeps

Princeps obligetur, vt non poſsit contrauenire. Nam non diſceptando vtrum ſit contractus vel conceſsio, ſaltem reſpectu illarum clauſularum, quæ non veniunt ex natura contractus neque de conſuetudine, ſi ſunt communiter inſolitæ. Tamen dato quòd eſſet contractus, illa regula limitatur per Hoſtienſem in cap. cum dilecti. de maiorita. & obedien. vt nõ habeat locum, quando contractus noceret & eſſet in præiudicium tertij, quia non tenet nec propterea ꝙ princeps ſe obligauit debet perſiſtere in præiudicio ſubditorum: & illud confirmant Anto. de Butr. & Geminia. in c. Quanto. de iureiur. & Domini de Rota in deciſio. 381. incip. Item quòd prępoſitus, Moder. in c. 1. de probat. & in cap. 1. de pact. Neque ſit præiudicium tale, quod princeps facere nequeat. Nã tollitur obſtaculum, vt audiatur,
9 & † licet Princeps ſine cauſa non poſsit tollere quæſita de iure gentium, tamen poteſt tollendo obſtaculum priuare aliquem iure ſibi competenti etiam de iure gentium; quia reſtituitur res in priſtinum ſtatum. Gloſſ. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. & in c. Ab exordio 15. diſtinct. Curt. conſi. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clauſulæ quibuſcunque, veniunt etiam hi, qui alias non eſſent ſucceſſuri.*
2 *Priuilegium probatur ex traſumpto in actis producto.*
3 *Exemplatione quoties quis lædi non poteſt non eſt citandus.*
4 *Regiſtris ſtari debet.*
5 *Exemplum facit ſemiplenam probationem.*
6 *Teſtis de viſu facit ſemiplenam probationem.*
7 *Probationes duæ ſemiplenæ iunguntur ad faciendam plenam probationem.*
8 *Vſusfructus eſt pars dominij.*
9 *Princeps omnia iura habet in ſcrinio pectoris.*
10 *Teſtandi facultas in his, de quibus teſtari non licet, ſtrictè interpretanda.*
11 *Regula. l. boues. §. hoc ſermone. limitatur.*
12 *Clauſulæ, omni meliori modo, virtus. & nume. 13.*
14 *Teſtamentum quoties non valet in primo gradu incipit à ſecundo.*
15 *Diſpoſitio de primo actu intellecta non conſummatur per actum inualidum.*
16 *Princeps de his quæ in facto conſiſtunt, veriſimilem notitiam non habet.*
17 *Inductum in augmentum non debet operari contrarium.*

DECISIO XLIII.

Titulus Mazei reſultans ex inueſtitura põt cõſiderari dupliciter, Primò, vt hęreditari⁹ & ſibi competens tãquã hęredi, Secundo, vt noua conceſsio, Alberic. in l. fi. C. de iur. emphi. Io. de Imol. in l. qui Romæ, §. duo fratres. & Ange. ibi. ff. de verb. obl. Alex. in conſi. 554. Lud. de Ro- in

in conſi.155. in ſecundo volumi.& in conſil.17. vol.3. Quòd teneat vt titulus hęreditarius videtur fundari ex eo, quòd Comes habeat illa feuda pro ſe & hæredibus quibuſcunque,cum poteſtate diſponendi tã inter viuos q̃ in vltima voluntate &c. Et præſuppoſito quòd † ex
1 clauſula quibuſcunq;, veniant etiã hi,qui aliàs non eſſent ſucceſſuri,vt videtur omniũ opinio, licet Deci. aliter ſentiat in ca.in præſentia.de prob. Alexã. in conſil.2.col.5.& in conſil.x. inter conſil. Brun. Ludo. in l. id tempus.§.fina.C.de vſur. & in l.quodcunque, de verbo.oblig. Quòd hanc poteſtatem atque priuilegium Comes habuiſſet probatur ex tranſumpto in actis producto, ad quod tranſumptum, licet
2 pars citata non reperiatur. † prout de iure requiritur, vt notatur in c. cum olim.de priuileg.& in c. cum dilecta, de cõfirma.vtil. vel inutil. per Docto.in autenti.Siquis in aliquo documento.C.edendo & latè deducit Sicul.in conſi.194.Tamen in hoc caſu minimè videbatur,par tẽ quæ erat Regia curia ſeu regius
3 fiſcus citari debere:quia † quotieſcunque per exemplationem quis lædi non poteſt,non opus eſt ꝙ in exemplatione citetur,ita tenet Bar. in l.quicunque.§.vbi decretum. ff. de offi.proconſul.& legã.Alex.in l. filiusfamilias. in §.Diui. col.3.ff.de leg.1.& ibi etiam Iaſ. col.8. ſed Regia curia habebat pęnes ſe Regiſtra priuilegiorum, ex quibus poterat veritas exempli cognoſci,& ex exẽ-

4 plo minimè fraudari, cum † ipſis regiſtris ſtari debeat ſecundum Angel.in §.fin.in auten. de tabellio.& Bal.in l.Imperatores ff.de ſtatu homi.ideo minimè citari debebat. Et dato quòd citari debuiſſet, & propterea plenam fidem non faciat.
5 Tamen vera eſt concluſio, ꝙ † tale exemplum facit ſemiplenam probationem ſecundum gloſ.in l.2.ff. de fide inſtrumento. Bart.in l. Admonendi.in 8.oppoſitio.de iureiuran.tenent Ange.& Anto. de Alex. in d.autenti.Siquis in aliquo.Cum igitur ſit examinatus vnus teſtis de
6 viſu † qui etiam facit ſemiplenam probationem.l.iuſiurandi. C.de teſtib.c. à nobis & c. in omni.eo.tit.
7 iunguntur † ſimul iſtæ duæ probationes ſemiplenæ & facient plenam probationem, per tex. in l.in bonefidei. C.de rebus.credit.& per Abb.in c.cum cauſam.de proba.& Bar. quem omnes ſequuntur in d. l.Admonendi.de iureiuran. & huius priuilegij veritatem ſatis mihi perſuadeo ex inueſtitura Regis Federici, qui veriſimiliter niſi certus fuiſſet de poteſtate prædicta, non admiſiſſet Comitiſſam ad vſumfructum feudorum,quo caſu aut ſcin
8 ditur feudum: quia † vſufructus pars dominij eſt l.4.ff.de vſufruct. aut certè onus imponitur, vt in l. rectè dicimus.ff.de verbo.ſign.nec dictum Mazeum de dictis feudis inueſtiiſſet, qui ſuccedere non poterat. Aliàs ſequeretur eſſe de ignorantia iuris redarguendum cum
9 † qui omnia iura habebat in ſcrinio

nio pectoris. Vnde cum talis diſponendi poteſtas ſit cõprobata tranſumpto, ſit verificata teſtibus & demũ per Regẽ ex certa eiuſcientia cõfirmata, ſequitur neceſſariò ꝙ inſtitutio facta de Mezeo tenuit.

¶ Nec obſtant duæ difficultates, quæ contra hoc opponebantur. Primò, ꝙ in conceſsione illius poteſtatis diſponendi ſit facta reſeruatio aſſẽſus taliter, ꝙ nulla fuit diſpõ nõ habito aſſenſu añ mortẽ ipſius comitis. Secundò, ꝙ iſta poteſtas ſit conſumpta per vnicum actum inſtitutionis factę de vxore, taliter quòd poſt mortem vxoris, Mazeum inſtituẽdo, non valet inſtitutio, cum talis poteſtas ad ſecundum actum non extendatur.

¶ Quò ad primam difficultatem, ommiſsis multis reſpõſionibus de clauſula ex certa ſcientia, appoſita in dicta inueſtitura. Dico, quòd illa reſeruatio aſſenſus tãtummodò intelligitur facta, ad cognoſcendũ perſonam, in quam fit alienatio: quia aliàs illa ampla facultas diſponendi nihil operaretur. l. ſi quando cum filius. C. de inoffic. teſtam. & propterea ſi alienatio eſt facta in fidelem aſſenſus debet haberi pro præſtito, quia præſtari debet ſecundum ea quæ traduntur in ſimilibus caſibus in conſtitu. Regni ſi quis poſt litem, & hanc opinionem in iſtis terminis tenuit Franciſc. de Aret. in quodam ſuo conſilio facto in cauſa Iulij de Altauilla de Caſtro Gambateſe, & conſuluerunt Domini Mathe. de Afflict. & Do. Par. de Put. prout aliàs didici ab excellente Domino Sigiſmundo Loffredo, & mihi ſemper viſa eſt opinio in puncto iuris veriſsima.

¶ Quò ad ſecũdam difficultatem, quòd vnico actu videatur cõſum-
10 pta illa facultas, & † licet facultas teſtandi in his, de quibus teſtari non licet, ſit ſtrictè interpretanda ſecundum Angel. in l. ſi ſeruus cõmunis Meuij. ff. de ſtipula. ſeruo. & & Imol. & Bald. in l. ſi quando. C. de inoffic. teſtamen. & Andr. Sicul. in tracta. de pręſtan. Cardin. q. 4. in prima colum. in princ. & in 3. col. in fin. & propterea in hac facultate diſponendi in quemcunque, videatur dicendum quòd habeat locum Regula. l. Bones. §. hoc ſermone ff. de verbo. ſignifi. l. cum pater. §. Pater certum. ff. de lega. 2. l. fideicommiſſa. §. ſi decem ff. de lega. 3.
11 cum ſimil. Tamen † illa regula communiter intelligitur & limitatur vt non procedat, quando effectus diſpoſitionis minimè conſumitur & completur in primo actu ſecundum mentem diſponentis, etiam in materia ſtricta. Ita declarat Bald. in l. inuitus. in fi. C. de procurato. & in l. qui per ſalutem, de iureiurando, & Alexan. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de edendo, & conſuluit Deci. in conſilio 77. columna quarta in meo primo volumine, & faciunt dicta per Ioan. Andre. in Mercurial. & Ioan. Monach. in capitolo innotuit. de electione. Sed effectus iſtius diſpoſitio-

nis eſt ſecundum mentem concedentis expreſſam in præfatione intelligendus, iuxta tex. in l.item qa. ff.de pact., vt quicunq; hæredes in perpetuum habeant, ibi, pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus in perpetuum &c. Per inſtitutionem autem vxoris in vita, non haberent hæredes Comitis in perpetuum, ergo effectus non conſumetur in inſtitutione vxoris: ergo neceſſariò ſequitur ꝙ porrigatur ad inſtitutionem Mazei. Nec procederet in infinitũ: quia non excederet ſecundam vicem. vt in d.§.hęc vox.& in l.j.C.ſi pignus pign. per Fel.in c.licet, il 3°. de teſtib.& in c.2. de tregua & pac. & conſuluit Alex.in cõſil.15.vol.2.

¶ Præterea in dicto teſtamento eſt appoſita clauſula, oĩ meliori mo-
12 do † ex qua clauſula videtur teſtatorem voluiſſe, ꝙ ſi Comitiſſa nõn poſſet eſſe hæres, & Mazeus poſt mortem illius: ꝙ Comitiſſa habeat fructus iure legati, & Matheus intelligeretur ſolus hæres directò inſtitutus, cum aliàs hæres eſſe non poſſet, pro hoc faciunt dicta per Bal.in l. quoties. C.de hæredi.inſti
13 tu. ꝙ † licet teſtamentũ non valeat, in quo filio aliqd relinquitur abſque titulo inſtitutionis §.aliud quoque capitulũ, tñ ex illa clauſula cenſetur inſtitutus, & ſic vnus titulus tranſmutatur in alium, per quem teſtamẽtũ ſubſtineatur, vt per multa conſuluit in ſimili Paul. de Caſt. in conſi.25.pri.vol.Fulg.in cõſ.90. & Deci.in d.conſ.77.col.3.& ꝙ verba obliquentur & improprientur, vt teſtamentum ſubſtineatur, infinita ſunt iura allegata per glo.in l. cum pater.§. mãdo.ff. de lega.2.in l.quoties. C.famil.erciſcun.in l.eas cauſas.ff.de condit.& demon.cum ſimilibus.

¶ Prętere a pro parte Ducis dicitur, ꝙ quando in perſona eius qui vellet ſuccedere ex clauſula quibuſcũque, reperiretur duplex improprietas, ꝙ tunc clauſula quibuſcunque non operatur, per multa quæ allegantur. Tunc ſic, ſi in vxore reperitur duplex improprietas: quia fęmina, & quia in vltimo gradu ſucceſſionis etiam in burgenſaticis, ſequitur quòd Mazeus hæres erit di-
14 rectò & ſolus. Nam † quoties teſtamentum nõ valet in primo gradu incipit à ſecundo tex.eſt.in l.3.§.fi. ff.de liber.& poſth.l.ſi à primo.eo. tit.l.ex facto.§.Lucius.ff. de vulg.& pupil.l. non putauit.§. à primo, de bon.poſſ.contra tab. Sed in primo gradu inſtitutionis factæ de vxore teſtamentum non tenet; ergo tenebit in inſtitutione Mazei, & non erit fideicõmiſſarius, ſed hæres directò & ſolus, & ſic nõ habet locum diſpoſitio d. §. hoc ſermone, quia
15 diſpoſitio † de primo actu intellecta non cõſumatur per actum inualidum.l.hęc conditio, la grande ff.de cõd.& demon. cũ multis quæ allegantur per Roma.in conſ.540. Et per hæc vr̃, ꝙ titulus Mathei ſit validus & firmus, cui cum magni Capitanei confirmatio acceſſerit, neque de iure ipſius Mazei atque confirmatione fuerit facta

mentio

mentio Regi Catholico conceden ti dicta feuda ipſi Magno Capitaneo. Nec†Rex Catholicus veriſimi
16 liter de his quæ in facto conſiſtebant notitiam habuit, ſequitur euidenter titulum Magni Capitanei in aliquo ipſi Mazeo non obſtare, per ea quæ latè dicuntur per Socy. in conſi.164.in 2.volum. Poſt ſcripta per Docto. in l.Præſcriptione. C.ſi contra ius vel vtilit.publ. & in c.quæ in eccleſiarum. de conſtit.& in c.1.de iudi.& in c.Paſtoralis de re iudi. Nec me mouet Albaranum, quia videtur non obſtare:
17 quia † inductum in augmentum & fauorem dicti Mazei, & propterea non deberet contrariũ operari.l. Quod fauore.ff. de legib. & ex verbis ipſius ſatis conſtat. Et ſic dictum Ducem condemnandum eſſe ad reſtitutionem dictæ terræ, ſalua meliori deliberatione quò ad fructus propter introitus perceptos.

DECISIONVM FINIS.

Clariſsimi viri

BARTHOLOMEI CAMERARII REPETITIO

Cap. primi, An agnatus.

Licet *feudum ſit ex pacto & prouidentia non hæreditarium; adhuc filius non faciens inuentarium tanquam filius obligatur ad onera hæreditaria, præterquàm ſi agnatis conſentientibus tanquàm de nouo à Domino inueſtiatur. Agnati non niſi de fructibus præmortui: h. d.*

SVMMARIVM.

1 Patrem non poſſe filio in aliquo præiudicare in feudis.
2 Pater & filius vnum reputatur corpus.
3 Honor eſt cum hærede mori.
4 Pater an in ipſo feudo filio nocere poſſit.
5 Fidelitas præſumpta patris feudum defert filio.
6 Feuda dantur iure iuſti ſanguinis deſcendentis.
7 Fidelitas ipſi ſanguini hæret.
8 Feudo priuari, qui familiarem vel conuaſallum Domini occiderit.
9 Cardinalis pars corporis Papæ cenſetur.
10 Fratrem domini ſecum habitantem offendens feudo priuatur.
11 Pater filium ingratum exhæredat etiam in lucris maritalibus à patre prouenientibus. nu. 12.
13 Conſuetudines feudales ſolam præſumptionem infidelitatis ſtrictius quàm leges ciuiles permittant.
14 Filius à patre non poterit exhæredari à feudo aui, quod poſt mortem à patre præmortuo iam non capit.
15 Feuda ſicut militia à publico originem ſumpſerunt.
16 Pater ea ratione filio nocet, quia tenetur eſſe hæres ipſius.
17 Filius contra factum patris venire non poteſt.
18 Hæres ſucceſſor vitiorum.
19 Agnati factum nullum agnato nocet.
20 Delictum patris principaliter in omittendo filijs nocere poteſt.
21 Iura in pœnalibus ſunt reſtringenda.
22 Vaſallus non petendo inueſtituram minimè agnatis nocet, ſed filio.
23 Agnatorum conſenſus, ad quos feudum recaſurum eſt, facit actum valere poſt mortem.
24 l. Statius Florus. § Cornelio. de iu. fiſ. declaratio.

25 *Prælatus in committendo minus nocet Eccleſiæ quàm in omittendo.*

26 *Feudum domino magis aperiri in omittendo quàm in committendo.*

27 *Pater vt noceat filio in feudo, tria requiruntur. & nu.30.*

28 *Feuda hęreditaria tranſmiſſionem habent qualitatis hæreditariæ.*

29 *Ingratitudinis pœnam ipſi patri lex feudi reſeruat.*

31 *Facta multa tenẽt, quæ facienda impediuntur.*

32 *Feudum capiens cenſetur capere pro ſe & hæredibus.*

33 *Exemplum quando noceat.*

34 *Feudum antiquum ſi pater alienat, in vita filius ſoluto pretio reuocat.*

35 *Feudum ſiquis capiat, & expreſsè de hæredibus mentionem non faciat, hæreditarium non eſt.*

36 *Rem iure hæreditario captam, quando ex aliqua coniectura non hæreditaria non apparet.*

37 *Feudi natura cum hæreditaria non ſit, iure hæreditario data non cenſetur.*

38 *Expreſſum operatur, quãdo quod ineſt tacitè aliter operatur in expreſſo.*

39 *Intentio ab vna parte in mente retenta nihil operetur.*

40 *Feudalis rei natura eſt hæreditaria & non hæreditaria.*

41 *Hæres qui eſt primo, eſt hæres vltimo in vniuerſalibus.*

42 *Feudum eſt quoddam vniuerſum.*

43 *Feudum quaſi Caſtrenſi peculio comparatur.*

44 *Verbum hæredibus, in feudis intelligitur, ideſt filijs maſculis.*

45 *Fœminæ regulariter in feudo non ſuccedunt.*

46 *Hæredis appellatione venit frater, quando à lege vocatur.*

47 *l. & pacto. §. fi. ad Treb. expoſitio.*

48 *Accidens poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem.*

49 *Feudi naturam immutat qualibet alteratio.*

50 *Fidelitas ſola eſt ſubſtantia feudi.*

51 *l. cum à matre. C. de rei. vind. an procedat in feudis. nu. 52.*

53 *Conſequentia non tenet de maiori ad minus.*

54 *Exhæredatio cauſatur à culpa filij.*

55 *Patrem ſine domini aſſenſu feudum antiquum non poſſe obligare.*

56 *Filius vt ſit hæres quandoque nocet vita ipſius filij duntaxat durante.*

57 *Alienatio feudi vt irritetur, requiritur, vt dominus offendatur.*

58 *Diſtinctio quædam not. ſubijcitur.*

1 Oppono: Imò † videtur patrem non poſſe filio in aliquo præiudicare ca.1.de ſucc. feud. ſol. Licet verba cõtextus illius (nulla ordinatione valente vel manente) plures habeant intellectus: vera tamen ſolutio hæc eſt. vt quod ibi dicitur, intelligatur, ne in feudo grauetur. Hic grauatur filius ex qualitate: quia filius:
2 quoniam ſi habet eſſe à patre † & vnum reputatur corpus. l. fin. C. de impub. & al. ſub. patris item iuſto ſanguine, quem ei cõſeruauit. poſt patrem feudum capit, recompen-
3 ſat in hoc. vti Iſer. dicit, vt † pater honoris ſui cã cum hęrede moriatur.

tur. argu.§.1.inſtitu.quibus ex cau. man.non licet, pro quo verba illa obſeruanda ſunt. Onera hæreditaria, atq; illa, nullo ei hæreditario onere imminente. Non ergo erat onus in feudo, vt in oppo.5. dicam.

4 ¶ Oppo.patrem † in ipſo feudo filio nocere poſſe.ca.1. ſi vaſ.feu.pri. c.ſi vaſallus culpam. ſi de feu. fue. contro. ſol. Aut pater directè delinquit in dominum, & culpa patris nocet filio, vt in iur.contrarijs,
5 propter infidelitatẽ patris; ita † vt quemadmodum præſumpta fidelitas patris feudum defert filio: ita ex diuerſo præſumpta infidelitas filij, quæ à patre infideli prouenit, illi feudum auferat. vt dicit Angel.
6 cõſi.110.vol.1.col.2. Datur † enim feuda iure iuſti ſanguinis deſcendentis.vt c.1. de nat.ſucc.feu.c.1.de grad.ſuc.c.naturales.& c.adoptiui. ſi de feu. fue. contro. ſimul iuncta
7 probant.ipſi † certè ſanguini fidelitas hæret. c.1. §.fin. per quos fiat inueſt.quoniam in infinitũ in ipſa familia Dominus ſperat.ca.1.§.fin. quibus ex cau.feu.amitt.qua ceſſante contraria infidelitatis præſumptio ſanguinis oritur.c.1.an il. qui inter.frat. dom. ſui. ſic in ſimili in l.quiſquis.§.filij. C. ad l.Iul maieſt. dicimus.

¶ Retuli, culpam directè contra dominum commiſſam filio nocere, quid in culpa indirectè in dominum commiſſa? Iſta quæſtio examinatur in ca.1.de eo qui inter. fra.dom.ſui. vbi concludunt, cum
8 † qui familiarem, vel conuaſallum Domini occiderit, feudo priuari per l.omne delictum.§.ſi quis commilitonem. ff. de re mil.& ca.fœlicis. de pœn.in vi.quod loquitur in delicto commiſſo contrà Cardina-
9 lem † qui pars corporis Papę cenſetur.l. quiſquis. C.ad l.Iul.maieſt.
10 Vnde emergit, quòd † tametſi offendendo fratrem domini feudum non perdat; adhuc tamen priuetur, ſi frater habitat in domo domini, vel oſtenderetur ad oſtendendum dominum in fratrẽ deliquiſ-
* ſe ſecundum * communem omnium doctorum opinionem in d. c.1.de eo qui interf. fratrem domini ſui, & in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infect.ita quidem, vt extra hos caſus feudo non hæreditario filius nõ priuetur.c.deniq; quæ fu.prim.ca. benef.amit.

¶ Oppo.vt etiam ſi ſanguis patris non inficiatur, tamen adhuc in feudo pater filio nocere poſſit.ca.prædictis. q̃ fue. pri.cau.ben.amit.ſol.
11 ea de re lex feudi aſſiſtit, vt † pater filium ingratum exhæredet, ſecundum An.in c.1.de ſucc.feu.Quia ij & ſi feudum omnes beneficio primi acquirentis & dantis habent.vt c.1.de eo q ſibi & hæredib.ſu. iuncta l.3.C.don.quæ ſub mod.tamen filius habet eſſe ab eius patre, & etiam feudum quod à patre in fi-
12 lium deſcendit: nam † in lucris maritalibus, quæ à patre filij ſuſcipiũt, pater exhæredat filium, licet illa ex neceſſitate filijs reſtituat.vt l. fi.l.hac edictali.in princip.l.fœmi-

næ & auth. hæres. C. de ſec. nup. ſola ratione: quia à patre poſt ipſius mortem illa recipiunt: tunc enim licet ſanguis patris non inficiatur, quia tamẽ filius ſanguinis præſumptione inficitur. Lex feudalis aſſiſtit, vt pater filium ingratum in re, quæ ſua fuit priuare poſſit. Eum enim q naturæ fuit ingratus, multò faciliꝰ præſumitur ingratum fore domino, præſertim cum conſuetudines † feudales ſolá præſumptioné infidelitatis ſtrictius quàm leges ciuiles permittant. ca. 1. an ille qui inter. frat. dom. ſu. ibi vt in curia ſine dedecore ſtare non poſſit. Nec proinde ſolus Dominus ingratum filium feudo ea ratione priuare poterit: quoniam patri in recompenſam ſuæ iniuriæ lex feudalis remiſit, vt ſi pater non exhæredando, ei gratiam facit, pariter & Dominus de eo non conqueratur. l. omnimodo. C. de inoff. teſt. cui in hoc ſtamus: non enim contrariá in feudis legem videmus, arg. c. 1. de feud. cogn. & ita teneas, licet Iſer. in c. præterea. col. 5. quę fue. prim. cau. ben. amitt. contrarium videatur dicere, cui in c. 1. de ſucc. feud. reſpondemus. Cumq; ea ratione pater in feudis exhæredet filium: quia copulatiuè concurrunt patria poteſtas & res, quæ certo modo fuit patris, recta rõne in feudo aui † quod poſt mortem à patre præmortuo iam non capit, minimè filius à patre poterit exhæredari. l. dedit dotem. de collat. bon. minimè quoq; pater exhæredat filium, ſi nominibus proprijs capit illud: quia ſua contemplatione in vita patris habet id, quod ei nomine proprio datur. l. fina. C. de vſu. ſed quid iſtud? Non ne Dominus ex omni culpa, quę eſſet ſufficiens ad reuocandum vel exhæredandum, ſolus poterit filium feudo priuare. ca. prædictis. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Quid enim patris omiſſio dño poterat nocere? Nàm id quod vnus Dominus omiſit: alter perficere põt vti Iſer. in c. porrò. quę fue. pri cau. col. 4. cum alijs ſequẽtibus probat. Tu verò dic illa intelligi. Si eadem commiſſa eſſent cõtrà dominum; non autem quãdo commiſſa ſunt contrà patrem, vt per Iſer. in d. cap. porrò. col. 18.

¶ Oppo. vt etiam quando neque ex parte filij, neque ex parte patris aliquod delictum adeſt. Quo caſu ceſſat infidelitatis præſumptio. adhuc pater in feudo hęreditario noceat filio. c. imperialem. de prohib. feud. al. per Fed. ſol. Delinquit pater: quia dum fidelitatem iurauit, honeſtum iurauit. i. circa iuſtitiam Domini in his quæ ad ipſum pertinent, in damno non eſſe. c. 1. de for. fidel. eſt autem in damno: quia † feuda ſicut militia à publico originem ſumpſerunt, vt in §. optimum. in auth. de exhib. reis. i. à patrimonio ipſius Regis. vti And. de Iſer. in c. 1. §. Valuatores. de his qui feu. dar. poſſ. declarat. Quo fit, vt à Dño debeant concedi. qui etiam confirmando dat. l. lege obuenire. ff. de verbo. ſign. Vnde contrà fideli-

delitaté facit is, qui ex ſe dare vult. c. illud. quæ fue. pri. cau. ben. amit. maximè poſt iura recentiora, quia dominum contemnit. d. §. fin. quæ fuit pri. cau. nil mirum igitur ſi pater priuat, vt eodem modo infidelitas patris noceat filio.

¶ Oppo. nocebit ergo pater ipſi filio alienando feudum ex pacto & prouidentia non hęreditariũ, contrà tex. in c. 1. de ſucc. feud. & c. 1. §. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. fue. cōtro. ſol. Vt ſemel loquendo caput hoc præiudicij, quod pater facit ipſi filio alienando feudum ſine aſſenſu. animaduertendum eſt: quia aut loqueris in feudo hæreditario, aut in non hæreditario. primo caſu ſiue ſit nouum, ſiue antiquum,
16 quoniam hæreditariũ eſt † ſemper pater ea ratione filio nocet: quia tenetur eſſe hæres ipſius l. ius ſepul-
17 chri. C. de relig. & ſumpt. fun. & † cōtrà factum patris venire non poterit. l. cum à matre. C. de rei vind. ſicuti And. in c. 1. in prin. de alie. feu.
18 pat. declarat; tunc † enim hæres ſucceſſor vitiorum erit & culpæ. l. cum qui. §. in hac. ff. de publ. ſecundo verò caſu quando non eſt hæreditarium, aut eſt nouum, aut antiquum. Si nouum; quia ex capite occaſionis vim hęreditarij habet, quemadmodũ paulò poſt in quæſtione prima, quid ſit feudum ex pacto & prouidentia dicã. Idem dicas in hoc quod diximus in hæreditario, itaq; intellige iura quæ dicant, quòd nocet patri, nocet filio: quando ſcilicet ei nocere poteſt, ſecundum Iſer. in ca. 1. verſi. & olim. de ſucc. feu. in verb. hodie. dum ait: patré alienando ſibi, & deſcendentibus nocere poſſe, ideſt deſcendentibus hæredibus in feudo in quo nocere poteſt; non autem agnatis. in quibus hanc ob cauſam Iſer. variat caſum in feudo paterno non hæreditario. quaſi de eo non intellexerit, ſic oportet doctrinam Iſer. quaſi in torculari comprimere, vt eam intelligas, ne fortè cum mordace quodam tu quoque me accuſes, qui dum ipſe nec me, nec Iſer. intelligit, plerumq; cōtrarium me ex Iſerniæ doctrinis haurire aſſerit ab his quæ Iſer. dixit: ne aliter intelligendo dicere compellamur. Andr. placuiſſe, vt in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario antiquo agnatos quoque priuet, cōtrà tex. in c. 1. ſi vaſ. feu. priu. & c. ſi vaſallus culpam. ſi de feu. fue.
19 contr. nullum † equidem factum agnati agnato nocet, vt in capite agnatorum videbis, inter quos & filius connumeratur. l. filius ff. de ſuis & leg. hęred. qui licet ſit deterioris conditionis quàm agnatus in delicto patris feudatarij, hoc verum erit in culpa, & ſic in principali delicto in faciendo, iuxtà terminos d. c. ſi vaſallus culpam. & c. ſi vaſ. feu. priu. non autem alienãdo, vt iura feudalia diuerſa ſtatuunt, cuius diuerſitatis ratio eſt: quia is, qui alienat non aliter culpare in faciendo, ſed magis dominum contemnere, & ſic in omittendo. Item non principaliter, ſed acceſſoriè: quia

quia neceſſitati ſuę voluit principaliter proſpicere: in iſtis ergo caſibus iura prædicta locum non habebunt ſecundum Andr. in cap.1. §.fi. quæ fue.pri.cau.ben. & c.1.§.& ſi libellus. de ali.feu.pat. cum concord. In caſu ergò noſtro nocebit filio pater, ſi feudum eſſet nouum, & ita c.imperialem.§.1.de prohib. feu.al.per Loth.& c.fi.quæ fue. pri. cau.ben.ami.intelligantur vt d.gl. in c.1.de ſucc.feu.in glo. mag.ª vel ſi eſſet antiquũ hæreditarium, vel alienando feudum antiquum non hæreditarium filio non faciente inuentarium:quia licet non ſit hęres in feudo,eſt tamen hęres patri, vt diximus: ex quibus emergit,

20 vt tametſi † delictum patris principaliter in omittendo filijs nocere poſſit, nequaquàm ita ſit,qñ omittendo nõ principaliter in dñm deliquit, vt in caſu noſtro,vbi prima intentione voluit ſibi prouidere,& conſequenter negligendo dominum offendit:quia cum † ſimus in

21 pœnalibus,iura reſtringenda ſunt. l.ſanctio legum. de pœnis. & cum non inueniatur iure cautum, vt pater noceat filio, niſi in culpa quando principaliter cogitauit delinquere: in acceſſoria omiſſione aliter dicemus; & de ea,tanquàm de caſu omiſſo iudicabimus. Hinc certe c. imperialem. de proh. feu.alie.per Loth.& c.fin. quæ fue.pri.cau.ben. am.nullam mentionem ſuccedentium faciunt: quia in feudo recto de quo loquuntur, eis talis omiſſio non noceret. Ita D.Iſer.in c.fi.quę fue.pri.cau. Quæ verò in feudo hęreditario conſiderantur,vt noceat, ab argumento iuris ciuilis proueniunt.

¶ Nec obſtat ſi diceres Iſer. in c.imperialem.in §.firmiter. dixiſſe, in principali culpa in omittendo.§. illum non habere locum, vt alijs noceat: quia loquitur reſpectu agnatorum, quibus non nocet, vt ipſe in d.c.fi.quæ fue.pri.cau.dicit, & non filio,qui à patre ſanguinem & feudum ſuſcipit, de quo ſe remittit ad dicta in ca.1.ſi vaſ.feu.priue.

22 vbi hoc firmauit,nempe † vt non petendo inueſtiturã minimè agnatis noceat, ſed filio dumtaxat. Id ipſum in c.1.de cap. Corra.dicit,& ſimile de agnato.in c.1.§.fi. in fi.de pac.iur.fir.etiam confirmat. Et ratio principalis cõcluſionis noſtræ, quare magis noceat in hæreditario antiquo,quàm in non hęreditario, quod agnatis aperitur non domino,ſaltem in vità alienantis patet: quia alienando feudum hæreditarium antiquum, quod inuitis filijs & agnatis poteſt alienare ſecundũ And.in c.1.ij.col. de alie.feu.pat.ſolum dominum offendit, ſi ſine aſſenſu alienat, vt in d.cap.imperialem,& ideo ei aperitur; ſed quando non hæreditarium ſine aſſenſu alienat, offenduntur Dominus & agnati, minus tamen dominus q̃ agnati, quia dominus non validat actum poſt mortem. ca.1. de al.feu. pat.ſed illud quod poterat vaſallus facere in vita, vt in cap. Titius.ſi de

23 feu. fue. contro. Conſenſus † verò agna-

agnatorum,ad quos feudum recaſurum eſt, facit etiam actum valere poſt mortem.d.cap.1. de alie.fe. pat.quo tempore de domini aſſenſu non curabimus,vt ibi:Vnde magis offendit agnatos, quàm dominum : iſta ergo in hoc actu mixto prævaleant, arg.l.iij.de teſt.tut.& l.quæritur.de ſta.hom. Conuenit profectò, cum agnati magis offendantur, vt eis in recompēſam propriæ iniuriæ feudū aperiatur, argu. l.iure ſuccurſum. ff. de iur. dot. ita ſentit Iſer. implicitè tamen in ca.1. verſ.& olim.de ſucc.feud.colum.1. ibi hodie,&c. vbi dicit, quòd licet dominus contemnatur , tamen agnatis aperitur ſtatim, ſicuti à primo acquirente ſunt vocati, alio de medio ſublato,non expectata morte alienantis. Vnde & hoc aliud emergit, quippe † vt l. Statius Flo-
24 rus. §.Cornelio. de iure fiſ. locum non habeat in hoc caſu, ſecūdum Iſer.in d.verſi.& olim. & in ca. Titius.ſi de feu.fue.contr. cuius veritatem in quæſtione 17.videbis.

¶ His quæ ſcripſi obſtare videntur ea quæ traduntur in c.fin.de capit.
25 Cor.vbi † in committendo minus nocet eccleſiæ quàm in omittendo, vt not.ī c.ij.de donat.Sol.omittendo conſideratur vt adminiſtrator eccleſiæ , committendo autem propria ipſius conſideratur perſona.

¶ Obſtat prętereà.c.imperialem.§.
26 illud. vbi † dicit magis aperiri Domino in omittendo quàm in committendo.Sol. ſemper vaſallus punitur , ſed omittendo ea ratione feudum aperitur mediato domino,commitendo autem immediato; quia feuda non poſſunt alienari ſine aſſenſu directi dominī.c.imperialem.in princ.& ca.1. de proh. feu.al. per Loth.ibi. ſine aſſenſu illius domini,ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Quando ergo alienatur, primus, dominus directus offenditur : nil mirum ſi ei aperitur,arg.c.fin.q̄ fu.pri.cau. ben. amitt. At quando delinquit contrà fidelitatem promiſſam aliquid commitendo : quia propter reliqua fidelitas non præſtatur maiori domino, ſed minori, penes quem reliquiæ fidelitatis manent, ſecundum Bald.ibi,non quod in plus ſe habeat contemptus in omittendo, quàm culpa in faciendo. Imò potius : quia ipſe vltimus Dominus offenditur ei apperitur.

¶ Oppo.contra prędicta, vt multò fortius pater non offendit filium in feudo nouo , quàm in paterno, ſi eſt datum patri & filio ſub nomine proprio , puta Claudio, arg.l.2. §. fratris. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib. ſecundum And.hic in c.1. de ſucc.feu.& in c.1.ſi vaſ.feu.priu. & latius in ca.1. §.& ſi libellum. de al.feu.pat.ſol.Quando ſic datur filij comtemplatio attenditur,quod ī dubio pręſumitur.l.fi.C.de vſufr. vt per Iſer.in c.1. de ſucc.feu.col.2. & in d.§.& ſi libellū.æquè datur filio ſicut patri.l.quodcūque.§.ſi ita. de verb.oblig.l.ſi ita conuenerit.ff. de pact.dot.l.filio.& l.filius.§. cum

quis

quis erit.de leg.1.quo caſu feudum nõ venit ad filium ex præſumptione fidelis ſanguinis patris, ſed ex præſumpta fidelitate propria, quã principaliter attẽdit dominus: qua ceſſante non plus eſt in filio quàm in omni agnato. cui non noceret. l.ſi partem.§.fi.ff.quemadmodum ſer.amit.vt bene Iſer. in cap.1.§. & quia.col.1.in fi.de his qui feu. dar.
27 poſ.declarat.Tria † planè requirũtur, vt pater noceat filio in feudo. Primum eſſe naturæ, vt dicimus; iure ſanguinis feuda dari. Alterũ, vt filius poſt patrem capiat.Tertiũ vt feudum fuerit patris, ſecundum Iſer.in c.1.col.2. ſi vaſallus feu. priũ. quorum vno deficiente,reliqua nõ ſufficiunt. At hic feudum non eſt patris, ſed proprium: quia licet fuerit patris, tamen non ſuccedit tanquam ad feudum patris, ſed tanquàm ad feudũ quod in vita patris fuit ſuum,ita loquitur Iſer. in d.c. 1.ſi vaſ.feu.priu. in propriis terminis noſtris. Quod alia quoq; ratione probo: quoniam aliter dicendo ſequeretur, quòd ex delicto proditorio patris priuaretur filius feudo acquiſito per filium, ſed ſic non intelliguntur iura feudalia,nec intelligi poſſunt,toto tit.C.ne filius prò patre.quia ſpeciale eſt in crimine lę ſę maieſta.l.quiſquis.§.filij.C. ad l. iul.maie. vt feudo acquirendo ab alio quàm à patre priuetur, vt inf. dicam, ergo in contrarium eſt ius commune l. nam quod liquidè.§. fi.de pe.leg. ſed cur aliud ſtatuitur in feudo quod fuit patris, aliud in feudo filij quod patre medio non habet, cum vtrunq; à domino habeamus, vt in 1.q.probo; non ne eadem ratio in vtroque, vt ſecundum Franc.de Aret.in l. item apud Iulianum.§.ſi quis.de leg.1. omnino dicendum ſit,vt patet delinquẽdo in feudo non hæreditario nunquid noceat filio? Sol. ſubſtiſte
28 Lector,& cogita quia ſicut † feuda hæreditaria tranſmiſſionem habẽt qualitatis hæreditariæ ſecundum Andr.hic in §.quid ergo.de inueſt. de re. al.fac.& in ca.1.de al.feu.pat. vt in 1. q. inf. latius oſtendam. ob quã filijs nocemus.ſic feuda ex pacto & prouid. non hæreditaria, ſi non habent tranſmiſſionem qualitatis hæreditariæ de vno ad aliũ, habent tamen trãſmiſſionem ſanguinis fidelis à patre in filium. cui cohærent feuda.c.1.§.1.de grad.ſucceſ. vt ad illum vadat feudum. ad quem ſanguis fidelis deſcendit à primo in infinitum. vt latius in 1. quęſt.inf.videbis.quo fit,vt nõ propria: quia à domino feudum habet,negari poſſit,quin à patre quoque illud habeat. ca.1. de feu.Mar. ibi. per inueſtituram patris & aui. ¶ Sed tunc iterum oppo. ſi in hoc feudo, quod filio nomine proprio datur delictum patris ei nõ nocet, noceat ei ſaltem delictum propriũ, ita vt ſi fuerit ingratus patri, ſimiliter in hoc feudo exhęredetur, qa ſuſpitio c.1.an ille interf.fra.do.ſui & aliorum iurium ita militant in hoc,ſicut in alio,ob quam exhęredationem permittit lex feudalis.c. præ-

prædictis, quæ fuit prima cau.ben.
amit. Sol. lex feudalis in c. prædictis
aſſiſtit legi ciuili, quòd in caſibus
in §. cauſas. in auth. vt cum de ap-
pell. cogn. enumeratis, permittit pa
tri poſſe exhæredare filiū, vt ſupra
dixi: ſed ſcd͂m ius ciuile pater non
exhæredat filium in re filij, ſed in
eo quod habet à patre ſine iudicio
ſuo, ſiue legis etiam, vt in l. ſi arro-
gator. ff. de adopt. l. j. §. ſi impuberi.
ff. de col. bon. iuncta l. omnimodo.
C. de inoff. teſt. & l. dedit dotem. de
col. bon. Cumque hoc feudum no-
minibus proprijs datum, non ha-
beat filius à patre ſed ſua contem-
platione. l. fina. C. de vſufr. minimè
eum exhæredabit. Quamquam
enim ratio c. 1. an il. qui inter. fratr.
dom. ſu. militet in iſto caſu: quia
dn̄s pp futuram ſuſpitionē ingra-
titudinis poſſet eum priuare: ea ta-
men ratione non fit: quia non eſt
ingratus, ſi pater non declarat. d. l.
29 oīmodo. C. de inoff. teſt. hanc † em̄
pœnam ingratitudinis quandò pa-
tri eſt ingratus, ipſi patri (vti de iu-
re ciuili eſt) lex feudi reſeruat, vt d.
cap. prædictis. & cap. 1. de feu. cogn.
iuncta d. l. omnimodò, habetur. Pa
ter autem non poteſt: quia res à ſe
non deſcendit poſt mortem: ſed
data eſt filio ante mortē. ob quod
exhæredatione non tollitur. l. dedit
ff. de col. bon. Neque etiam Domi-
nus, quia patri competit: nemo
ergo faciet.
¶ Oppo. de l. quiſquis. §. filij & §. fi-
lias. C. ad l. iul. maieſt. quę valde his
quæ diximus obſtat. Reſpon. illud

30 † ex atrocitate criminis ſtatuitur,
vt filio in re propria futura filij pa-
tris delictum noceat, ſecūdū Andr.
in ca. 1. ſi vaſal. feu. pri. in prin. & in
c. 1. §. præterea, quę fue. prim. cau. &
vbique, non quidem quærimus
tunc, an bona ſint patris, ſufficit
quòd ſit filius ex illo ſanguine in-
fecto, & bona acquirenda non ac-
quiſita, ſecundum gloſ. in d. l. quiſ-
quis §. filij, in verbo non valeant:
31 nam † multa quæ facta tenent fa-
cienda à lege impediuntur. l. patre
furioſo, de his qui ſunt ſui vel. al.
iur. Qua de re, in capiendis, ſatis eſt
filium ex patris ſanguine deſcende
re, vt in futurum infidelis præſu-
matur. Itaque talis perpetuatio im
peditur & omne futurum ius eua-
neſcet, ſi ſpe, non autem re ius ac-
quiſitum ſit. Hanc eſſe mētem Iſer.
dixerunt patres noſtri, moti quia
And. in d. §. præterea, ex hoc crimi-
ne feudum auitum filium perdere
dicit. Vnde fit quòd etiam ſi pro-
pria contemplatione poſt mortem
patris filius eſſet feudum habitu-
rus, ſi illud non habuit antè cri-
men, omnino feudum amitat. ita
Iſer. in c. 1. §. & ſi libellum. de al. feu.
pat. ita vt nihil in futurum capiant
in d. §. filij. & ita intelligo glo. illam
vbi dicit, ꝙ pater bona contulit.
Quod not. quia alibi non legi. Ha-
ctenus de hac prima oppoſitione.
32 ¶ Oppono ſecundo: Capiens † feu
dum cenſetur capere pro ſe & hære
dibus. c. 1. de duob. fratr. ca. 1. §. cum
verò. Corradus. de his qui feud.
dar. poſſ. & l. ſi pactum. ff. de prob.

ergo ſemper nocebit filio, per l. cũ à matre.C.de rei vind.Sol. Capere pro hæredibus, poteſt fieri tacitè & expreſsè, vt declarat Andr. in cap.prim. in quib. cau. feu. amitt. §.huius autem generis. col.ſecunda verſi. ſi ergo non probatur, ita vt ſi dicatur; concedo tibi feudum ſimpliciter nulla hæredum facta mentione, intelligatur de hæredibus, ſed non miniſterio hominis, qui nihil dixit: eſt ergo ab intellectu iuris, ſed quæ ius intelligit tacitè, vt ius vult intelligi.l.ſi cui.ff. de ſeruit. & l.quamquam.ff.de ritu nupt. ideſt in propria rei natura, & non aliter; fateor ergo, vt ſic capiendo cogitauerit de hæredibus, ideſt vt non ſit perſonale, prout in capitul. primo, quib. mod. feu. conſt. poteſt, vti ſemetipſum declarat Iſern.in cap.prim.§.& quia, column. prima. de his qui feu.dar. poſſ. vbi dicit, quòd capiens feudum cenſetur pro ſe & filijs cœpiſſe, non tamen, vt ſit hæreditarium, hoc eſt, vt vnus in infinitum ſit hæres alterius, ſed tantum hoc hæreditarij qualitatem in perſona ipſius primi acquirentis retinebit ſecundum Andr. hic col. iij. verſic. ſi diceremus datum. in cap. prim.colum.vltim. de alie.feu.pat. & in capit. Titius. in vltim.verbo. ſi de feu.fue.contro. itaque intelligē tu omnia dicta Andr. quòd capiendo ſimpliciter, intelligatur de hæredibus, ideſt vt non ſit perſonale, & filij habeant, vt hæredes reſpectu primi, & hoc qa occaſione primi omnes habent, quam occaſionẽ in primo acquirente And. conſiderat, vt vim hęreditarij habeat, & ideò primò hoc modo ſumus hæredes, vt in prima quęſt. videbis. pro quo allego caſum in l. liberti.ff. de aſſig. libert. iuncta.l.j. Dico igitur, ſi quæris, an conſiderauerit habere hæredem, quem ipſe acquirens valeat offendere, & dico quòd ſic: ergo & vnus alteri in infinitum noceat? nego conſequentiam, niſi expreſsè conſtaret, hoc ex mente concedentis procedere, vt in cap.pri.§.& ſi libellum. de alie. feu. pat. & in allega. locis Iſern. dicit: & ſi rationem quæris, quare in primo acquirente ita ſtatuatur, dic, ex eo; quia tacitè ineſt conditio inter ipſum dantem, & primum accipientem pro ſequentibus in infinitum, vt in ca.j. §.hoc quoque de his qui feu. dar.poſſ.vt ita demum ſequentes habeant, niſi ipſe alienauerit in vita, ſecundum And.in cap.1.§.& ſi libellum. de al. feu.pat. col. 3.& 4.per l.3.& l.quęſitum. ff.de ſer.expor. in l.cum quis. ff.de ſol. & l. qui Romæ. §.Flauius. de verb.obli. patet quoq; hoc; quia ſi lex feudalis in c.1.de al.feu.pat.& in c.1.§.& ſi res. per quos fi. ineſt. & hic cũ concordantibus feudi pat. diſpoſitionẽ vetant, apertè demonſtrant in feudo nouo contrarium permitti.l.nam qđ liquidè.§.fi.ff.de pe.leg.hoc arg. vtitur Iſer.in §.& ſi libellum.de al. feu.pat. column.iij. in princ.verſic. item in ſumma, & eadem colum.ver. & cum in feudo paterno,

paterno. & in 4. col. propè med. verſ.& quando eſt paternum. In cęteris ergo ſequentibus ibit feudum vt ius vult.i. iure ſanguinis, & in ſecundo in quo nũcupatur paternum, vt in c.1.§.1.de gradu ſucc.in fe. incipiet ſuam naturam operari non in ipſo acquirente, vt dixi, Sed quando capitur expreſsè pro ſe & hæredibus, iſtud expreſſum operatur, vti iura cumulata per Curtium in 3.col. probant. Quo caſu haudquaquã dicetur feudum hæreditarium ſola ſucceſſione, ſed etiam hæreditarium, vt talis ſit eius natura l.ſi quando ff. de leg. tranſmiſſione ad hæredes, quaſi ſic expreſſe capiendo vnus vt hæres alteri ſuccedat, vt declarat Iſer. in c.1. de al.fe. pat. in princ.& in §. & ſi libellum.col.3.in fi.verſ.ſed quid ſi acquiſiuit, vbi quò ad hoc. iſta ęquiparauit burgenſaticis, & in c.1.§.hoc quoq;, de ſucc.feu.in c.1. §. quid ergo. de inueſtitura de re alien. fac. & hic cum locis concordantibus. quod nota. & ſic dicendo, qui non eſt hæres, feudum non habebit, ſed Andr. in locis alleg. & in v^a. oppo. dicam. ex-
33 preſſa † enim quandoq; nocent.l. nonnunquàm. ff. de cond. & demonſtr. vti perſpicuè vtrunq; in l. eius ſepulchri C.de relig. & ſumpt. fun. patet, hæc enim fuit mens Iſer. in c.1.§. & ſi libellum. de al.fe. pat. col. 3. verſ. ſed nunquid feudum nouum: itaque teneas ſpreta illorum opinione, quos Franciſcus Brunus conſilio 18. 24. & 25. acceruauit; quibus placuit vt expreſſè capiendo pro ſe & hæredibus, operetur vt primus duntaxat hæres ſit. Dicant, quæſo, quid expreſſum tamen operaretur, ſi in omni feudo hæredes ſumus primo? Sed tunc contrà de l.cum patronus.§. cum libertus.ff. de oper. liber.vbi quando tacitè capit feudũ. filius tenetur eſſe hæres patris, & quando expreſsè capit pro ſe & liberis; non tenetur eſſe hęres patri. Sol.ſtipulatio ſimplex & tacita in d.l.cum patronus. fuit interpoſita ſuper re, quæ ſui natura eſt hæreditaria, vt ibi, & in glo. in l. ſi quis operas eodem tit. pręſupponendò ꝙ operę fuerint certæ: at feudum rectum de ſui natura non eſt hęreditarium; quandoquidẽ extra hæreditatẽ capitur, vt hic cum concordantibus. Hoc certè Iac.de Ardi.errare fecit, vt diſtingueret inter feudum ſimpliciter captũ vel pro ſe, & liberis, id ipſum planè quantum ad naturam feudi attinet ſunt, cũ aliter dicamus de feudo capto ſimpliciter, vel pro ſucceſſoribus, vel liberis, ſeu filiis, quàm de feudo capto pro ſe & hæredibus. primò tex. affero de iur. feud. in c.1. in fi. qui ſuc.ten. quod loquitur in feudo hæreditario, vt declarat Iſer. ibi in vlt. col. & ita eſt; quia cum miſterio litera illa in prin. loquitur per vocem ſucceſſores, in fi.verò per vocem hæredes, quaſi velit inter hæreditaria & non hæreditaria diſtinguere, vt in alio tit. qui ſuc. ten. ſimiliter facit, nõ cauillãdo

literam, prout gl.facit, capiendo vo-
cem (hæredes) pro filijs maſculis,
quia pro omnibus intellexit quot-
quot hæredes eſſe poſſunt, vti pau-
lò poſt dicam, cui alterum tex.ad-
do in ca.1.apud quem vel quos ibi
(nocebit hæredibus)nã licet ſit im-
mutatum, ne alienatio fiat ſine aſ-
ſenſu domini; non proinde ſunt
immutata iura illa, vt habito aſſen-
ſu poſſit alienare in præiudicium
hæredum. Quod autem cap.1.ap.
quem vel quos, intelligatur in feu-
do hęreditario, ex neceſſitate eſt, ne
contradicat. §. ſed & res. per quos
fiat inueſtitura, vbi dicit, quòd nec
ſecundum antiquam conſuetudi-
nem alienabunt in præiudicium
agnatorũ, dic tu in feudo ex pact.
& prouid.non hæred. quoniam in
hęreditario nocebant, vt patet ibi,
ſi ipſe & hæredes ſui ſine hærede
moriantur, nec poteſt dici vt in c.
1.apud quem, vel quos loquatur de
filijs, & in §. ſed & res. per quos fi.
inueſt.de agnatis, quaſi filius ſem-
per ſit hęres, vt hic, quia ſi eſt hæ-
res honoris cauſa eſt hæres, & mul-
tò fortius reuocat filius quàm agna
tus.cap.Titius, ſi de feu.fue.contro.
34 Quoniam † ſi feudum antiquum
per patrem alienatur, nedum poſt
mortem, verùm etiam in vita ſo-
luto pretio reuocat, vt ibi. hæc
ipſa veritas eſt, cui non obſtat,
ſi aliter diſtinguere voluerimus,
vt §. ſed & res, intelligatur in
feudo antiquo non hęredi. in
quo non nocemus.capitulo primo
apud quẽ, vel quos, in feudo nouo
in quo nocemus: q̃a paterni feudi
nõ noui iura feudalia alienationẽ
vetant, vt d. Iſer. in cap.primo de
al.feu.pat.Non quidem literę con-
textuum illorum hoc aperiunt, &
ſi vis iudicare, non debes.iuxta l.ij.
de off. quæſt. à communi diſcede-
re. Si vis diſputare figo pedem,
vt illud non ſit: quia nouum: ſed
quia hæredit. vti litera dicit, ma-
ximè quia concordat cum omni-
bus ſupradictis ſimpliciter, ſi quis
35 † enim capiat feudum, & expreſſe
de hæredibus mentionem non fa-
ciat, hæreditarium non eſt, quòd
præterea, quæ in medium produ-
xi; patet etiam per not.in l. ſi tibi.
§. ſi pactus ſim.ff.de pact. dum in-
36 quit, tunc † eſſe rem iure hæredi-
tario captam, quando ex aliqua
coniectura non hæreditaria non
appareat. Coniectura autem ex ip-
ſius rei natura demonſtratur ſecun
dum communem diſputationem
ibi, & in l.quod dicitur. de verbor.
37 obligation. Et † cum feudi natura
hæreditaria non ſit, vt in prima
quæſt. demonſtro: ergo iure hæ-
reditario datum non cenſebitur,
niſi expreſsè contrarium appare-
ret, argum. l. in conditionibus.§.
primo ff. de condit. & demonſtra-
tion. aliàs nunquam eſſet feudum
ex pacto & prouid. non hæredi-
tarium: quia ſemper vnus capit,
& ſic intelligendo feuda in du-
bio iure ſanguinis non eſſent,
& tota feudalis machina corrue-
ret, & ita teneas: quoniam glo-
ſa in lege vt iuriſiurandi. §. ſi
liberi.

liberi.in ver.ſi liberi operariū ī operibus incertis, q̄ patrono iure non hæreditario competunt, vt in l. ſi operarum. eod. titu. æquiparat iſta quando ſimpliciter ſtipulatur, & quando pro ſe & liberis; quo caſu nulli dubium eſt ex pact.& prouid. non hæredit.eſſe, vt in ſua quęſtione probamus.

¶ Sed tunc fortiter obſt.l.iij. cum
38 concord.ff. de leg.1.ſol. qñ † quod ineſt tacitè; aliter ineſt in expreſſo, expreſſum operatur. l. ſi ita legatū. §.illi ſi volet.ff. de leg.1. ſed vt probaui, aliter eſt in expreſſo, quàm in tacito, ergo &c. Vel dic quòd licet ſit in tacito, hoc erat à lege præter intentionem recipientis.& tunc ſi exprimitur, ceſſat tacitum l. talis ſcriptura.de leg.primò.

¶ Nec obſtat ſi dicatur, vt verè fuerit in tacita voluntate ſua, quo caſu ceſſat expreſſum l.cum quid.ff.ſi cert.pet.ſiquidem non aliter in mẽte ſua erat, quàm in mente legis, & domini.d.l.ſi cui. ff.de ſer. Rurſus: quia ſi ipſe acquirens hoc cogitauit, in voluntate domini dantis aliter erat.prout ius vult iure ſanguinis ſecundum conſuetudines feudales, ratione rei. vt inf.dico. Et
39 † intentio ab vna parte in mente rerenta nihil operatur.l.ſi repetendi C.de condictio.indeb. tum mamaximè: quia in feudis viuimus iure ſpetiali conſuetudinario feudorum, & tanquam ſpetiale iudicari debet, ex doctr. Inno. in cap. dilecto. de offi. Archid. in quo expreſſum fuit, ceſſare tacitum in expreſſo.l.fina.C. de pact. conu. & cap.1. de fe. non hab. propter nar. fe.ſi ergo homo tacuit, non ceſſat lex, ſed ſuos operatur effectus.d.c. 1.de fe.non hab. prop. nat. feu.ſed ſi loquimur in eo, ceſſat lex, vt ibi patet. Tolle igitur quam volueris ex iſtis,& contrarium eſt ſolutum.

¶ Sed tunc iterum videtur obſtare, quòd etiam quòd expreſsè capiat pro hęredibus non propriè efficiatur hęreditarium. Dic vt in oppo. quinta.

¶ Sed adhuc obſtant omnia dicta per Alexand.in conſi.21. in quinto volum. quòd expreſſio operatur, non tamen contra naturam rei; & ſi natura rei eſt non hęreditaria,
40 ergo &c. Sol.natura rei feudalis eſt hæreditaria, & non hæreditaria, vt pactum ſonat: quia vtraque natura à feudo cogitata eſt, non hæreditaria vt in c.1.de ſucc.feud.& hæreditaria vt in cap. primo qui ſucc. tene.in fin.

¶ Oppono tertiò: ſi ſic dicimus, quòd dans, & recipiens conſentiunt, vt primo ſint hæredes, ſi hæredes ſunt primo; hæredes erunt vltimo. l.fina. C.de hæredi.
41 inſtitu.ſol. Qui † eſt hæres primo, eſt hęres vltimo, intelligitur in vniuerſalibus ſi vult, non quòd aſtringatur ſecundum And.hic col.3.ver ſicul. ſi diceremus. pro quo allego tex.l.primæ.ff.de caſtr. pecul. quia
42 † feudum eſt quoddam vniuerſum, ſecundum Andr. in cap.pri. quid ſit inueſt. in princip. in fin.
43 verbis. Quare &c. Ac † etiam qua-

ſi caſtrenſi peculió comparatur, vt dicit gl. in verbo. fructus. de duob. fratribus, quam cõmuniter ſequuntur: cuicunque ergo comparetur, ſufficit vt capiat illud vniuerſaliter, vt Lud. Ro. in ſing. 683. tenet, quod omnes approbant, & in ſuo loco apertius probabo.

¶ Oppono quartò, qui capit feudũ pro hæredibus, non facit feudum
44 hęreditarium: quia † ly hæredibus intelligitur. i. filijs maſculis. c. j. §. & ſi clientulus. de al. fe. Sol. quoniam repetitio l. imperialem. de proh. fe. al. per fed. quę poſtea à me ſcripta fuit, ante hanc typis data fuit, ne forte morte præuentus hæc repetitio non imprimeretur, ſua dote ſpoliata fuit, quæ ibi dicta ſunt lege, vt rationem videas, cur de primo filio maſculo hęrede intelligatur, & de omni alio maſculo hærede à primo acquirẽte in infinitum
45 deſcedente: cum † enim fœminæ regulariter in feudo nõ ſuccedant c. 1. §. hoc autem. de his qui feu. dar. poſ. nec pater. ca. 1. de nat. ſucc. feu. c. 1. de grad. ſucc. §. 1. & collaterales in feudo nouo excluduntur. ca. 1. §. cum vero Corradus. de his qui feu. dar. poſſ. c. 1. de duob. frat. cap. 1. de grad. ſucc. c. 1. quib. mod. feu. amit. neceſſe eſt dicere; vt capiendo pro hæredibus feuda vadant ad filios maſculos, vt in iuribus cõtrarijs, & ſic ſine hærede moriatur in feudis nouis, qui filium nõ habet maſculum, vt in d. §. & ſi clientulus, nõ vt alij qui non ſunt filij hæredes non ſint; etenim ĩ feudo antiquo agnati hæredes ſunt, vt declarat Iſer. in ca. 1. de al. fe. pat. in 2. col. & melius in c. 1. de alie. feu. pat. in 2. col. & melius in c. 1. verſ. fratri. de his qui feu. dar. poſſ. poſt glo. ibi dũ verba tex. ſine legitimo hærede, exemplificat in omni deſcendente, qui ſucceſſurus eſt ab ĩteſtato, vt ĩ c. 1 ſi vaſ. feu. pri. in fi. & c. 1. §. hoc quoq;, de ſucc. feu. & in puris terminis And. in c. 1. §. & ſi clientulus. de al. feu. verba illa verificat in omni agnato à maſculo deſcendente. Idem in c. 1. §. & filius fratris. in 1. col. in prin. in titu. Imper. Loth. & ideò gl. in verbo partem, propè prin. in §. hoc quoq;, de ſucc. feu. dicit, quòd in §. & ſi clientulus. de al. feu. dum dicit, quòd ſi ſine hærede maſculo mortuus eſt, qui fecit liuellum, feudum deuenit ad dominũ in feudo antiquo, ſupplet quando ſcilicet ſine filio maſculo vel fratre mortuus eſt; quia exiſtente fratre feudum reuertitur ad fratrem, vt in d. §. hoc quoque,
46 ergo † appellatione hęredis venit frater, quando à lege vocatur, & omnes vocati: quia tunc ſuccedit Dominus quando non ſunt agnati vel nolunt: ſecundum Iſern. ibi col. 1. nõ quidem ab re hîc dicitur, ſine omni prole, ad oſtendendum de omnibus qui poſſunt ſuccedere: patet ergo, quòd ſi capit feudum pro ſe & hæredibus, ille eſt hæres, qui ſuccedere poteſt, & non filius tantum. Sed ideo de eo tm̃ lex feudalis ſentit, quia (vt vides) iure iſto ſolus filius maſculus ſuccedit: qui ſi hæres eſt ſucceſſione ſub

nomi-

nomine filij vt hic; non propterea vere heres non erit, feudo effecto hæreditario tranſmiſſione, vt hic, & cap. 1. de capit. qui cur. vend. etiam effecta hæreditaria, vt in ſequenti oppoſitione dicam. Non † obſt. l. ex facto. §. fin. & ibi glo. communiter approbata, quoniam ex præſumpta mente teſtatoris illud euenit.

47

¶ Oppo. quintò. Qui capit rem pro hæredibus, intelligitur iure hæreditario, hoc eſt, ſi res eſt hæreditaria, aliàs non, arg. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acquir. hære. ſed feuda competunt iure ſanguinis, vt dixi: ergo hæreditaria non ſunt. l. iij. de interd. & releg. & l. ius ſepulchri. de relig. & ſumpt. fun. ſol. Notula hæres, quandoque eſt qualitas

48 † accidens, quæ poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, nec ſubiectum mutat. vt in ca. iſto de filio hærede dicimus, qui non propterea feudum hæreditarium efficit, & ideo per inuentarium liberatur ſecundum Andr. hic & inf. dicam. Quandoque eſt qualitas cohærens ſubſtantiæ, quæ licet ſit qualitas, eſt tamen inſeparabilis à ſubſtantia; & ſi ſepararetur; ſubiectum mutaret, vt eſt qualitas hæreditarij in feudo, quæ immutat ipſius feudi naturam, vt in prima quæſt. in capite hæreditarium. inf. vides, & latius in Porphyrij iſagogicis habetur. Diſtingue ergo, aut vox (hæres) apponitur ſuper re, cui poteſt adeſſe, vt qualitas accidens, & tunc procedit contrarium, quia ſubſtantia non mutatur, & ita intellige contrarium & omnia iura ciuilia citata per Iac. de Ardizono in ſua ſumma in tit. de ſucceſſ. aut ly. hæres, apponitur in feudis, & hoc caſu aliter eſt dicendum; quia ſtat, vt qualitas propriæ ſubſtantiæ feudi inſeparabiliter cohærens, & ſubiectum in eo mutat, vt in cap. 1. de fe. nō hab. prop. nat. fe. reliquit enim tunc primam naturam & ſecundam capit, vt Iſer. in cap. 1. in 2. colum. dicit ibi, alia tamen ratione de al. feud. pat. & in d. cap. 1. de feu. non hab. prop. nat. fe. patet. Quo caſu non filius vti filius, vt in §. ſi quid tamen. nec vt hæres primo & non morienti. Sed vt hæres etiam morienti feudum capit, vt ſupra in ſecunda oppoſitione demonſtraui: Hoc certè Decium errare fecit in conſi. 181. in 3. & 4. col. vbi dixit, rem non eſſe hæreditariam licet teneantur eſſe hęredes,

49 cū † quælibet alteratio immutet naturam feudi. dict. ca. 1. de fe. nōn hab. propr. nat. feu. ſed dicent ciuiliſtæ, ſi in cap. 1. de fe. non hab. prop. nat. feu. id quod exprimitur non eſt impropriandum, ideo eſt: quia datur licentia alienandi, ergo non eſt contra ſubſtantiam feudi; nos verò loquimur de hac voce hæredibus, quando apponitur in inueſtitura, vt intelligatur ſecundum ſubſtantiam rei. Et per §. ſi quid tamen improprietur, ſed breuiter reſpondeo ea de re hęc

50 nō obſtare, quia † ſola fidelitas eſt ſubſtātia feudi, ſecundū Iſer. in c. 1.

§. hu-

§. huius autem generis, in quibus cau. feu. ami. Cętera ſunt naturalia, contraq; hæc pacta admitebantur, vt in d.c. primo de feu.nõ hab. pro.nat.fe.eſt ergo hæres; quia feudum non habebit, niſi ſit hæres, & ſic aut vtrunq; debet capere, cum illa qualitate hæredis, aut vtrunq; repudiare ea ratione, quam in prima oppoſitione dixi, & ita debent doctrinæ Iſer. concordari, vt bene diſtinguit Bal.conſ.82. col. prima in primo vol.dùm dicit, quòd licet filius teneatur eſſe hæres in feudo; non tamē feudum eſt hęreditariũ, niſi datum eſſet filiis hæredibus, & ita intelligitur id quod dicunt Iac. de Ardiz.& glo.nempe filium eſſe hæredem in feudo, hoc eſt, quia licet propriè hæres eſſe non poſſit: quia alter extraneus hæres inſtitutus eſt in burgenſaticis; erit tunc hæres in feudo, itaq; hanc qualitatem implebit: ita Iſer.in c.1.§.quid ergo. de inueſt. de re alie.fac.poſt Iac.de Belu.hic & facto inuentario bonorum burgenſaticorum feudũ quoq; ſibi debitum capiet.

51 ¶Oppono ſextò: fruſtra † allegari.l. cũ à matre.C.de re.vind.ĩ feudis, qa quòd filius ſit hæres dicitur hic, & tamen in c.1.de feu.ſucc. clara eſt litera q filius patris factum ratum non habebit, quod nõ eſſet, ſi l.cũ à matre, in hoc ſibi locum vindicaret. Sol.lex cum à matre, loquitur in re hæreditaria, & licet filius ſemper teneatur eſſe hęres, vt in c.filius de cap. qui cur.vend. non tamen in c.1.de ſucc.feu. feudum erat hęreditarium, vt in 1.opp.in princ.dixi. Sed tunc obſtat: quia ſecundum And.& omnes hic, vt ſuo loco dicam, ſi iſte filius non faceret inuentarium, obligaretur, & fieret exequutio etiam in feudo, ſi adeſt aſſenſus, vel in fructibus, ſi aſſenſus deeſt, vt ibidem probo, etiam ſi capit feudum non hæreditariũ. Huic difficultati reſpondeo, quòd hoc caſu exequutio cauſaretur ex volũtate filij, qui dum non fecit inuentarium hæreditatem ſoluendo eſſe dixit, & de proprio ſoluit, vt l.fi.C. de iure.delib.& l.1.ff.de acquir.hæred.magis ergo obligat ipſum proprium factum quàm natura feudi.

52 ¶Oppono ſeptimò, quòd † adhuc l.cum à matre, in feudis locum nõ habeat, probo: nam de feudo hæreditario an poſſit alienari loquũtur c.1.de fe.non hab.p. nat.feu.c.feudum ea lege. Si de feu.fuę. contro. c.1.de eo qui fi.fe.agn. vbi concedunt alienationem, ſed tria concurrunt, primum: quia ei dedit, alterũ; quia hæredibus; tertium, vt pro eo cui dederit acceptum ſit: altero igitur ex his tribus deficiente, ſecus erit: Sol.aut quæris ſi poteſt aliena re in præiudicium ſequentium cũ aſſenſu domini, & prima duo ſuffi ciunt, ſecundum Andr.in c.1.col. 2.de al.fe.pa.& ita intelligamus locum habere l.cum à matre.in actu valido, iux. doct.Iſer.in l. imperialem.de prohi. feud.al. per Fed. aut quæris ſi poteſt alienare in præiudicium Domini & ſequentium ſine aſſenſu, & omnia illa tria requiruntur

runtur ſecundum Andre. in locis contrarijs.

¶ Oppo. octauò, vt pater ſaltē poſſit in præiudicium filij cum aſſenſu domini pro aliqua parte obligare:nā ſi pater poteſt quod eſt plus, ergo poterit quod eſt minus:auth. multò magis.C.de ſac.ſanc.eccl.nocet filio exhæredando illum in totū.ca.prędictis, quę fu.pr.cau.ben. am.nocet filio in feudo nouo, ſi in contemptum domini alienauit, vt in cap.ſi vaſallus culpam.ſi de feu. fue.cont.& omnibus alijs modis ſupra in prima oppoſitione dictis,ergo facilius valebunt ordinationes in feudo,quod in totum,vel in parte remaneat ſuum,ſol.In omnibus ſupradictis iuſta cauſa affertur, cur ità fiant, quę in re hac ceſſant, &
53 † ſic de maiori ad minus cōſequentia non tenet.l.quòd ſi vno.§.fi.de in diem adi. Quod autem ratio ceſſet, patet: quia exheredationi feudi lex reſiſtit, & aſſiſtit in re propria filij, in re item quæ aliorū cōtemplatione ei debetur, vt ſupr.in prima oppo.dixi.ſed in obligando feudum in cap.1.de ſuc.feu.ſimpliciter,& indiſtinctè, ſi eſt antiquū reſiſtit:præiudicat ergo optima ratione exhæredando non aūt obli-
54 gando,pręſertim quia † exheredatio cauſatur à culpa filij, vt §.cauſ. in auth. vt cū de appellatione cog. obligatio & alienatio ex nuda patris voluntate,quę filium non inficit,vt in prima opp.dixi.& lex non debet alia via circumueniri. ff. de tuto. & cur.l. ſcire oportet, ſecundum Andr.in dicto §.& ſi libellus.

¶ Oppono ix.de tex.in c.1.de prohib.feu.al.per Loth.& in l. imperialem de proh.feu.al.p Fed.vbi aper-
55 tè patet, patrem † ſine domini aſſenſu nullo modo poſſe aut filium aut feudum antiquum obligare,& ſic.c.hoc eſt hodie correctum.Sol. Quinque tempora conſideranda ſunt.primum conſuetudinis antiquiſsimæ, ſecundum quam integrum feudum alienare licebat.ca. 1.apud quem vel quos cont.fe.defi. quę fecit poſtea Mediolanenſes errare,vt inquit Obertus,in c.1.de al. feu.§.Mediolanenſes. Secundū, in quo medietatē tantum ex cauſa, aut in liuellum alienare licebat, & hęc antiqua vocatur.cap.1.§.1.de al. feu.c.1.§.1.qual. ol.fe. pot. al.ſecundum quę tempora paſsim ſine aſſenſu domini is qui feudū tenebat agnatis pręiudicabat, ſecundum And.in c.1. de eo qui fi.fe.agn.col. 1.ac etiam Domino agnatorū durante vita d.c.1.apud quem.& ca.1. qual.ol.fe.al.pot. hac tamen lege, vt perſonarum & rerum cōtrà formam inueſtiturę alteratio minimè fieret.ca.1.§. ſimiliter.de l.Corradi. Tertium tempus fuit Lotharij. c.1. de proh.fe.al.per Loth.quæ conſuetudo noua vocata eſt, per Ober. in c.1.qualiter ol.fe.pot.al.quo tempore vaſalli poteſtas obliterata fuit, ne domino ignorante feudum alienare poſſet. Quartum tempus fuit Federici vt c.imperialem. de proh. fe.ali.per Feder.qui omnem quoq; contractum pręter ſubiri feudationem

nẽ prohibuit. §. callidis. eadem l. imperialem, fuere quoque alia tempora, de quibus dixi in d.l. imperialẽ. Quibus ſic præfatis dicam iura cõtraria loqui in obligatione filij, vt pater habeat hæredem. Quod in omni feudo licet, atque hanc poteſtatem nullo iure eſſe correctam, imò eam perpetuò durare, vt per legis aſſenſum filius honoris cauſa teneatur eſſe hęres patri, ſicut in prima oppoſitione dixi.

56 ¶ Oppono x. contrà prædicta, vt † quandoque filius vt ſit hæres noceat, vita dũtaxat ipſius filij durante. c. 1. ap. quem vel quos. ca. 1. de al. fe. c. 1. §. 1. qual. ol. fe. pot. ali. Sol. illo tempore antiquo hunc in modum inter feuda hęreditaria & nõ hæreditaria, noua & antiqua diſtinguebant, perpetuò vetando, ne pater in præiudicium filij de feudo antiquo etiam cum domini aſſenſu diſponeret. c. 1. de al. fe. pat. c. 1. de ſuc. feu. cum concord. ſed iura recentiora aliter ſtatuunt, vt vidiſti.

¶ Oppono xi. vt in vita patris & in feudo non hæreditario antiquo pater noceat filio. ca. Titius. ſi de feu. fue. contr. Sol. ſit ità: quid tũ deinde? nos loquimur, an ei poſt mortem noceat: hac enim ratione de fructibus perceptis in vita patris filius tenetur, vt hic: ratio autem diuerſitatis, quare in vita valeat, poſt

57 mortem nõ; hæc eſt, quia † ad hoc vt alienatio irritetur, requiritur, vt offendatur dominus, vel lex, aut feudatarius, vel agnati, & illo tempore in vita nemo offendebatur ſed poſt mortem, eo quòd tunc in feudo ius ei competebat, vt in d.c. Titius. & §. ſed & res, per quos fiat inueſt. & c. 1. de al. feu. pat. nil mirũ igitur ſi tunc reuocant. Diſtingue

58 ergo, ſi quæris, an † pater poſſit filio præiudicare, aut ſumus in feudo ex pacto & prouid. non hęreditario, aut ſumus in hæreditario. Si ſumus in non hæreditario; & tunc aut loquimur in delictis, aut in cõtractibus & vltimis voluntatibus, ſi in delictis, & tunc ſi ęquè principaliter datur filijs ſicut patri, patris delictum filio non nocet. l. id quod noſtrum. de reg. iur. iuncta l. quocunque. §. ſi ita, de verb. oblig. & l. ij. §. fratris. ff. ſi quis aliq. teſt. proh. ſi læſæ maieſtatis crimen nõ eſſet, quo caſu aliquibus placet, vt filius priuetur, quibuſdam verò vt non priuetur, de quo dicá in quæſtione propria ſuper intellectu. l. quiſquis C. ad l. iul. maieſt. aut filio contemplatione primi acquirentis datur, vt regulariter præſumimus. ff. de an. leg. l. an. §. à Titio. ff. de condition. & demonſtra. l. filio, & C. de iur. delib. l. cum aliquis, & tunc aut culpat in dominum aut in alium. Si in dominum, & tunc aut offendendo, aut cõtemnendo. primo caſu indiſtinctè priuat, ca. 1. ſi vaſ. feu. priu. c. 1. §. ſi vaſ. cul. ſi de feu. fue. contro. & ca. prætereà, quæ fue. pri. cau. ben. amit. Si verò contemnendo, aut eſt nouum, aut eſt antiquum; ſi nouum nocet. c. imperialem. iuncto c. 1. de al. feu. pat. ſi verò antiquum, aut eſt hęreditariũ,

vt

vt in ſequenti capite, & nocet: quia vt nouum iudicatur, vt in prima quæſtio. dicam, aut non hereditarium, & tunc aut eſt delictum in omittendo principale, vt puta non petendo inueſtituram, & nocet filio, ſecundum Iſer. in ca. 1. colum. 2. de cap. Cor. & c. 1. Quo temp. miles. cum concord. aut eſt miſſio in cõſequentiam & nõ nocet, vt in opp. dixi. aut non in dominum ſed in alium deliquit, & tunc aut nulla ſuſpitio infidelitatis naſcitur Domino, & neque ipſi patri, ſi aliud inter eos non eſt conuentum, neque nocet filio. ca. 1. de eo q. inter. fr. do. ſu. aut aliqua ſuſp. infidelitatis naſcitur, & patri vt d. c. 1. an il. qui inter. frat. dom. ſu. & filio in quem infectus ſanguis profluit, nocebit, vt ſuprà in opp. apertiſſimè demõſtraui, aut pater non deliquit, ſed filius, & tunc aut filius deliquit in dominum, aut in patrem, aut in alium: ſi in dominum termini nõ ſunt noſtri, ſed c. imperialem. §. inſuper ſi filius, aut in patrem ingratus exiſtens, & pater filium exhæredat, & in eo quod præ medio filius habet ipſum priuat, vt c. prædictis. quę fue. pr. cau. ben. am. aut in aliũ, & in hoc an futura re priuetur, ad propriam quæſt. inf. te remitto. Patre verò filiũ non exhæredante, dominus nihil aget, ſicut in oppoſ. dixi. Aut ſumus in contractibus & vltimis voluntatibus, & tunc aut obligat filium, vt ei hæres ſit, & tunc filium ut filium grauare poteſt, ut hic, & c. 1. §. filius. đ cap. q. cur. uẽd. licet inuentario liberetur, per l. fin. C. de iur. delib. arg. l. ſciendum, iuncta auth. offeratur. C. de litis cõteſt. aut non vult obligare filium ſed feudum, & tũc aut eſt nouum, aut antiquum, ſi nouum, & tunc ſimiliter diſtingue, aut eſt æquè datum filio ſicut patri, aut non, primo caſu non alienabit d. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. iuncta l. quodcunque. §. ſi ita, de uerb. oblig. Secundò uerò caſu pater diſponit cũ ſua contemplatione, ipſe & ſequentes habeant, ut in c. 1. de al. feu. pat. Quod patet, nam cum paternum obligari uetat, ſatis nouum obligari permittit, d. c. Titius. & ca. 1. §. ſed etiam res, per quos ſi. inueſt. argu. l. cum pretor. ff. de iud. & patet in l. 3. ff. de interd. & rel. iuncta l. 4. de iure patr. aut erit paternũ vel antiquũ, & tunc aut quæris ſi ĩ vita filio nocet, & poteſt d. c. 1 de al. feu. pat. ca. Titius. cum ſim. ſi de feu. fue. cont. aut quæris ſi poſt mortem, & tunc neque ſecundum hodiernam aut antiquam vel antiquiſſimam conſuetudinem nocebit, ca. 1. de ſucceſ. feu. c. Titius. ſi de feu. fue. contr. c. 1. de alie. feu. pat. ca. 1. §. ſed etiam res. per quos ſi. inueſt. & hic niſi conſentirent ipſi: quia tunc conſentiẽtibus dumtaxat nocebit. ca. 1. de al. feu. pat. c. 1. de eo, qui ſi. feu. agna. & cap. 1. de refu. feu. aut ſumus in hæreditario, & tunc ſiue nouum, ſiue antiquum ſit, paſſim pater nocet filio. l. 3. ff. de interd. & releg. l. cum à matre. C. de rei vind. & l. ius ſepul. C. de reli. & ſumpt. fun. quę omnia

pri-

primeuo iure militabant, hodie autem ita demum procedent, ſi domini aſſenſus vel legis; vt dixi in c. imperialem. habeatur; alioqui, id quod nullum pater fecit filius reuocabit, ſecundum Iſer. in d. ca. imperialem. in princip. in add. vbi hoc quoque latè examinaui: aut quęris, an obligentur fructus, & tunc diſtingue tu, vt in quæſtionibus fructuum facio, & ſemper repete, vt ſi non in hæreditario nocet, multò fortius in hæreditario præiudicet, & ita qualitas hæreditarij hæredes præmat, ſicut onus feudi in nō hæreditario ſuccedentes grauat, ſecundum Iſer. hic addens, vt ea quæ de filijs natis dico, eadem de naſcituris perpetuò intelligas, vt in prima quæſt. dicam. Itaque tene poſthabitis conſilijs Alber. Bru. Alex. & Dec. qui in ipſa terminorum intelligentia errant, vt vides. Venio nunc ad caput agnati.

SVMMARIVM.

1 Hæres ſucceſſor vitiorum.

2 Andreas Iſernia Auriga in feudis.

3 Agnatus agnato in feudo non hæreditario nocet nu. 22.

4 Feudum non hæreditarium æquiparatur rei eccleſiaſticæ.

5 Prælatus in præiudicium ſucceſſoris alteri concedit.

6 Perfectum non eſt, quod reuocari poteſt.

7 Actum valere in vita intelligitur tribus modis, vel duobus. nu. 11.

8 Iure datoris reſoluto reſoluitur ius acceptoris.

9 Inueſtitura tria tempora habet.

12 Feudi alienationem agnati aſſenſus non validat.

13 Agnatus ti de feudo diſponit cum conſenſu primogeniti; omnibus præiudicat.

14 Recipiens ſimpliciter pro hæredibus in infinitum recipit.

15 Gradus datur in agnatos de iure communi.

16 Lex noua ab antiqua interpretationem recipit.

17 Filia deſcendens dicitur.

18 Primogenitura non datur in feudo nouo in linea tranſuerſali.

19 Teſtatorem pro parte teſtatum & pro parte inteſtatū ex poſtfacto decedere non inconuenit. intellige vt num. 20.

21 Feuda, qui ex pacto primi hæredem habet, ſine hærede non moritur.

23 Dictio ſi vero, debet aduerſari in iure & in facto.

24 Gradus non habet locum in linea deſcendenti.

25 Filius proximus agnatus eſt.

26 Lex debet eſſe de dubitabili.

27 Lex quādo vocat agnatos, vocat agnatos ſusceptibiles.

28 Doctores qui interpretandi auctoritatem habent.

29 L. Statius. §. Cornelio. de iu. fiſc. vt habeat locum in feudis.

30 Recedendum non eſt à cōmuni opinione in iudicando.

31 Interpretationem quæ certam habuerunt, minimè mutanda ſunt.

32 Maior pars quæ vult non attenditur in perſonis, ſed in ſaniori locutione.

33 Communis opinio illa erit, quæ pluribus ratio-

rationibus eſt ſuffulta.

34 *Feudo in hęreditario ſuccedimus ex prouidentia primi & dantis.*

35 *Conſulentes pecunia obcęcantur.*

36 *Delictum omne an inducat feudi amiſſionem.*

37 *Diſtinctio auctoris pro reaſſumptione materia.*

OPpono primò, negás Iſern. & tuam doctrinam dum vobis placet, propter expreſſionem vocis hęredibus, agnatum poſſe grauari in feudo hęreditario, moueor ad hoc dicendű ratione inconuincibili: quoniam
1 † hęres ſucceſſor eſt vitiorű & culpæ.l.cum hæres,ff.de diuer.& tempo.pręſcript.& l. cum qui.§.in hæred.ff.de proba. debentur nobis ex pacto primi & prouidentia dantis ſicut non hęreditaria.ca.1.de eo qđ ſibi & hær.ſu.iuncta.l.iij. C.de dona.quæ ſub mo.ergo vnus alteri nő pręiudicabit.l. ſi arrogator.ff.de adoptio.Sol.fateor ꝙ tã in hæreditario, quàm in non hæreditario pactum primi & prouidentiã dantis concurrat,vt in j.q.habes.Atqui in vno differunt: quia nő hęreditaria in ſua ſanguinis & propria ſtant natura. Quo fit, vt in illis ſi lex, ſi arrogator.locű habeat;vt hic c.1.de alie.feu.pa.& c.Titius. ſi de feu.fue. contro. Hæreditaria vero in hæreditarię rei naturam ſunt conuerſa. c.1.de feu. non hab. pro.na.feu. vt ſupra in capite filiorum dixi : Vnde licet ex pacto & prouidentia ad nos veniant: fit tamen talis deſcenſus ſub natura hęreditaria, quam retinent,ſecundum Iſer.in c.1.in ij.
2 col.de alię.feu.pat.quem † tãquàm aurigam in feudis ea ratione habemus, quia ipſe ſolus feuda nouit,fatetur nunquàm ipſe in ca.1. de alie. feu.pa.hoc etiam verű veſtigio ſubiungens, ſed alia ratione non reuocabit: q̃a tenetur eſſe hæres; ergo quod per auctorem factum eſt, nő reuocabit.l. cum à matre. C.de rei vind. itaque Andreæ ſubſcribentes paſsim in regno noſtro Neapolitano, vbi feuda in torculari ponuntur, iudicamus.

3 ¶ Oppono ſecundo, ꝙ † etiã in nő hęreditario agnatus agnato nocet: caſus eſt hic; q̃a ſi pro onere hæreditario nő pőt,ergo pro onere feudi,ſic arg.l.p^e^.§.huius rei.ff. de offi. eius cui mand.eſt iur.Sol.Andr.hic in c.1.§.qđ ergo. de inue.de re alie. fa. fatetur contrariű:tu verò conſidera duo capita:pr.an imbuere feudi ſine aſſenſu hoc poſsit fateri, & de hoc in c.imperialé.dico. Secundű,an in pręiudiciű agnati,& tunc iterű conſidera duo capita.Alterű, an ſit tale onus feudi,quod obliget vaſallum,& ipſius feudi corpus ſaltim in ſubſidiű,vt pote maritare ſororem,vt in conſti.vt de ſucceſsionibus.vel amitã,vt in cőſt.q̃pluriű, & in conſt.in aliquibus,fideiubere pro dño,vt in conſt.ſi dñs.de fideiuſſo.& his ſimilibus,& hoc primo caſu res cum ſuo tranſit onere.l. prima. ff. de actio. empt. Alterum ſi non obligatur feudű in ipſo cor-

 pore,

pore, an exequutio poſt morte͂ tenentis feudum fiat in fructibus, & tu͂c quia fructus ità ex pacto & pro uidentia ſicut ipſum feudu͂ ſucceſſori datur, ſecundum And. hic columna iiij. ſatis ęquum videtur, vt ei imputetur, qui exequi non fecit: ſecus au͂t quando onus eſſet feudi, quia pro onere feudi ſemper & contrà corpus, & in fructibus exequimur, eo quòd pro onere feudi feudu͂ conuenimus, ſecu͂dum Iſer. in c. imperialem §. firmiter. in vlti. col. pro quo eſt tex. apertus in co͂ſt. conſuetudinem. §. prædicta autem omnia. & l. imperatores. ff. de pu. & vect. qui etiam in vſufructuario loquitur, & in l. fin. ff. de cenſ. notatur, & ſatis in l. deniq;. ff. de iur. fiſc. patet. Itaq; teneas, licet quidam prædicta non conſiderantes conditione ex l. feudi agendum eſſe dixerint, vt ff. de condit. ex l. l. j. & ſic perſonali inſt. de act. §. ſic itaq; quæ perſonam ta͂tum ſequerentur. Datur enim contra quemcunque ratione rei, vt d. l. denique.

4 Oppono tertiò, feudum † non hæreditarium, vt iſtud, æquiparatur rei eccleſiaſticę, ſecu͂dum Iſern. in cap. pri. in vltim. col. qui ſucceſſ. tene, ſed ſic eſt, ꝙ † prælatus in præ-

5 iudicium ſucceſſoris alteri concedit. cap. primo. qui ſucc. & cap. 1. de cler. qui inue. fec. ergo eodem modo vnus feudatarius in præiudiciu͂ ſequentis alienare poterit. Solutio. Prædicta intelliguntur de actibus perfectis in vita; quia tunc ſucceſſores ligant, cleme. fin. de prob. & cap. ex tuarum. de fil. preſbit. quo caſu idem i͂ feudatario diceremus, vt bene per iura ab eo citata Iſern. in co͂ſt. mulier, quæ dotarium. probat, arg. l. fi. C. de ſent. paſſ. & de ſatiſd. l. prima, ſed iſte actus in vita

6 non perficitur; quia † perfectum non eſt, quod à domino, vel lege, vel alienante, vel agnatis reuocari poteſt, vt ſupra in capite filiorum in vltim. opp. latè dixi; Debet ergo taliter perfectus eſſe, vt reuocari nequeat. Sed tunc iterum oppono, nam alienatio feudi non hęreditarij perfecta eſt in vita. c. Titius. ſi de feu. fue. contro. cap. primo. §. ſed & res, per quos fi. inueſt. ergo ſucceſſori nocere deberet, non fit, ergo diſtinctio antecede͂s falſa. Sol. Actu͂

7 † valere in vita intelligitur tribus modis, primò vt de ſe pfectus principio non fuerit, quando reuocari poſſet, ſed poſtea in vita ita eſt perfectus, vt reuocari non poſſit. Secundò, vt de ſe actus in vita certo modo perfectus ſit, ſed reſolui poſſe. Tertio, vt actus initio ſit perfectus, & non reſoluendus; exemplum primi, quia dedi tibi rem viuentis, poſtea in vita mea apertum capit. primo, qui ſucc. ten. & capitu. primo de cler. qui inue. fe. exemplum de perficiendo, puta, quia dedi tibi rem viuentis, quæ me viuo non eſt aperta, & tunc quia perficitur actus, poſtquàm ego morior, ſucceſſorem nequaq̄ obligo d. ca. 1. de cler. qui inueſt. fe. exemplum de actu perfecto, & non reuocando; quia excadentias aptas

tas iam ſubinfeudaui, vt in 3ª. ſua q^ne. dico: hoc enim caſu regula il-
8 la locũ ſibi vindicat, reſoluto† iure datoris, reſoluitur ius acccceptoris. c. rurſus.qui.mo.feu.amit. & l. peto §.prędium.ff.de leg.2. Solue igitur. Actum in vita perfectum, qui non reſoluitur, ſucceſſorẽ obligare, poſt mortem perficiendus aut reſoluẽdus minime, & ita Andr.ĩ d.c.1.qui ſucceſs.te. vt intelligas videbis. ſed ſubſiſte paululum: q̃a ꝙ actum eſſe perfectum dicimus, licet exequutio actus oĩno perfecti in tempus ſucceſſoris trahatur. tex. eſt in ca.1.qui ſucceſſ. tene. vbi inueſtitura, quæ aliàs non ligaret ſucceſſurum, obligat ipſum, ſi cõſentiente eo qui tenet feudum eſt immiſſus in poſſeſſionem. Quę eſt ratio? dices fortè: quia cõſentiendo is, q̃ tenet feudũ, ius ſuum tranſtulit? minimè. Quę igitur? num vt dicas, q̃a ſucceſſori non nocet, vti Iſern. dicit, nequaq̃.
9 Sed quoniam inueſtitura † ſcd̃m Din. in c.1.de reg.iur. tria tempora habet, pri. ipſam feudi cõceſſionẽ, ſecundũ, ipſam inueſtiturã in ſcriptis redactã præcedentis conceſſionis confirmationẽ. Tertium, ipſam inductio.in poſſeſſionem: & quia poſſeſſio inueſtiturę c.1.quib. mo. feu.abuſiua, adhuc eſt conſti.poſſ. Quo fit vt cum quò ad dñm omnia conſummata ſint, nil obeſt, ſi exequutio quæ poterat ipſi tenenti feudum prodeſſe differatur in tempus ſucceſſoribus, pro quo eſt text. in l. quod dicitur ff.de mi. in prin.
¶ Oppono quartò. Feudum non hęreditarium, vt iſtud, ęquiparatur rei eccleſiaſticæ ſecundum Iſer.in c.1.in vlt.col.q̃ ſucc.ten. Sed ſic eſt,
10 quòd † prælatus in præiudiciũ ſucceſſoris alteri concedit, c.1.qui ſucc. ten.& c.1.de clerico, qui inueſt.fec. ergo eodẽ modo vnus feudatarius in præiudicium ſequentis alienare poterit: Solut. Prædicta intelliguntur de actibus perfectis ĩ vita; quia tũc ſucceſſores ligant, clę.fi. de pro. & c.ex tuarum.de fil.preſbi. quo caſu idem in feudatario diceremus, vt bene per ſua iura Iſer. in conſtit. mulier quæ dotarium, probat. arg. l.fi.de ſent.paſſ.& de ſati.l.j.ſed iſte actus in vita non perficitur: quia perfectum non eſt, quod à Dño, lege, alienante, vel agnatis reuocari poteſt, vt ſuprà in c.filiorum.in vlt. oppoſ.latè dixi, debet ergo taliter perfectus eſſe, qđ reuocari nequeat.
¶ Sed tunc fortiter oppono, nám alienatio feudi non hæreditarij perfecta eſt in vita.. capitu. Titius. ſi de feu. fue. controuer.& capitulo primo.§.ſed & res, per quos fiat inueſt. ergo ſucceſſori nocere deberet; nõ fit ergo diſtinctio ante-
11 cedens falſa, Solut. Actum † valere in vita intelligitur duobus modis, primo, vt de ſe ſit perfectus, & non reſoluendus, exemplum de actu perfecto in vita; quia dedi tibi rem viuentis in vita mea apertam. capit.1. qui ſucceſſ.tene.& capitu. primo, de cleri. qui inueſt. fe. exemplũ de perficiendo, puta dedi tibi rem viuentis, quę me viuo nõ eſt aperta, perficitur tũc actus quã-

 do

do ego morior, nec ſucceſſorem obligo. d. ca. 1. de cler. qui inueſt. fe. exemplũ ſecundum de actu perfecto & non reuocando; quia excadẽtias ſubinfeudaui, vt in tertia ſua quæſtione dico, & ita contrarium intelligo; exemplũ de eo quod eſt perfectum, ſed poſt mortem reuocandum, ſi fortè feudum ſubinfeudaret, ſecundum Iſer. in c. 1. §. ſed & res. per quos fiat inueſt. vel ſi feudũ obligaret, vt ibi, & in c. Titius. ſi de feu. fuer. contro. Quia datoris iure reſoluto, acceptoris ius reſoluitur. c. rurſus. quib. mo. feu. amit. & in l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. cũ concord. clarè patet. Solue ergo, quòd actus in vita perfectus, qui non reſoluitur, ſucceſſorem obligat poſt mortem perficiendus, aut reſoluendus minimè, & ita And. in d. c. 1. qui ſucceſ. tene. tu intelligas, ꝙ quando & qualis ſit in quęſt. an excadentialia ſubinfeudare liceat videbis.

❡ Oppono quintò, quòd nec in vita alienare liceat, vt in c. imperialẽ. de proh. feu. alien. per Feder. Solut. Prædicta intellige, ſi aſſenſus adeſt, aliàs actus eſſet nullus, de quo nos non quęrimus.

❡ Oppono ſextò, quòd etiam poſt mortem filio & agnato noceat ca. Titius. ſi de feu. fuer. contr. Sol. nos loquimur à principio, ibi ex poſtfacto per viam, de quo ad vtrumque caput inf. in queſt. dictum.

❡ Oppono ſeptimò, quòd offendat poſt mortem, capitu. primo, de eo qui fin. fec. agn. Solut. refutauit ibi & ſuis hæredibus, & cui ipſe dederit. Vnde magis ei ſuus aſſenſus, q̃ agnati factum nocet, arg. ca. quod ſemel. de reg. iur. in ſexto.

12 Oppono octauò, ꝙ † agnati aſſenſus feudi alienationem non validet, c. 1. de alien. feud. pat. Sol. aut quæris, ſi validat, vt ei noceat, & nocet. c. Titius. ſi de feu. fuer. contro. aut reſpectu tertij, & ei non officit. c. 1. de alien. fe. pater.

13 ❡ Oppono nonò, ꝙ † ſi agnatus de feudo cũ conſenſu primogeniti diſponit oĩbus præiudicat, ſecũdũ And. in c. 1. §. hoc quoq; in 2. col. de ſucc. feu. Solu. illa locum hñt in feudo, in quo iure Frãcorum viuitur, hæc in feudo recto, vt in ca. omnes filij. ſi de feu. fue. contr. vel de iure longobardo. l. ſi pater. de ſucc. in lõbarda. & rõ diuerſitatis ex quatuor patet; primò, qa ſi in c. 1. de alie. feu. pat. reuocãt; ex eo eſt: quia omnes ſuccedunt, vt in d. cap. oẽs filij; ex quo, nõ minus vni, q̃ alteri datum cenſetur. l. liberorum. ff. de verbor. ſign. Sed vbi iure Francor. viuitur, ſolis primogenitis eſt datum, vt in conſt. vt de ſucceſſionibus; nimirũ ſi cæteri non reuocant, arg. l. adigere. §. q̃uis. ff. de iur. patro. Secundò, ius conſti. vt de ſucceſſionibus, dat ſucceſſionẽ fratri & nepoti in eo qđ inuenerit in hæreditate fratris, vel patrui, ius reuocãdi rẽ alienatã, non ergo alterũ negatur. l. cũ Prętor. ff. de iudic. Tertiò lex, vel inueſtitura primogenitos vocauit, nihil dedit alijs, & ſi q ſuccedũt ex pſona primogeniti uenirent. Si primogenitus conſentit ipſis, quod

pri-

primogenitò obſtaret, nocet.legi quod ipſis.ff.de regul.iur.

¶ Quartò, quia in caſu cap.primi. de alie feu. pater. in quo reuocatio datur non minus primogenitis q̃ omnibus in infinitum eſt conceſ-
14 ſum. Quia † ſimpliciter recipiens pro omnibus in infinitum recipit. c.1.§.hoc autem.de his qui feu.dar. poſſ.& c.1.ſi vaſall.feu. priu.ſed qñ primogenitis dat, ex quo gradum reſtringit, omnibus non dedit l.ſi liberorum.§.1.ff.de verb.ſign.ceſſat ratio, ergo & lex. In hoc duo faciã capita. Primum,an primogenitus alteri ſuo primogenito noceat. Secũdũ,an ſecundogenitis in infinitum officiat. Primo caſu dubium aliquod non video: quia ſi pater ei: quia primogenitus, non nocet, eodem modo ipſe ſuo filio, quia primogenitus, non nocebit: quia ſi ex lege, aut pacto & prouidentia ſic vocantur, tunc omnes primogeniti vocãtur.l.liberorũ.ff.de verbor.ſignifi.eadem ratio in vno, ſicut in alio,ergo idem ius.vulg.l.illud.ff.ad l. Aquil. Secũdo caſu,cum tanta ſit penes me noſtri patris Andr.reuerentia, vix loqui audeo. Sed quoniam eiuſdẽ And.dictis, vt videbis,contraria confundũtur,credo præcedentia argumenta fuiſſe modernorum, quos (vti ſępiſſimè ſolet) ſub ſilentio tranſit.

¶ Tolle reſponſiones,& ſimul contrariam partem firma. Non obſtat primum: quia cõſtitutio vocat nepotes & alios in numero plurali, nõ primogenitum tantum, ſed ætatis maioritas alios ſpecialiter excludit. Ita dicebat Iſer.in c.1.§.præterea. in pen.col.ver.vnde ſatis videtur,quæ fuit j.cau.ben.amitt. & patet ex dictis per eundem Andr.in c.1.Imperator Lotharius.in §.& filius fratris in 2.col.verſ.ad alia reſpondet. vbi dicit,ꝙ non priuatur, ſed impeditur,& res ad ipſum reuertitur, tanquàm ſua, & quòd defuncto primogenito ſecũdogenitus ſuccedẽs, reuocare poſſit.Probo quia ſicut in viuentibus iure Francorum cõſideratur ętas, ita † de iure communi
15 inter agnatos datur gradus,vt in c.1.de grad.ſucc. Pone, quòd vnus gradus aliũ excludat, nõ propterea quando vlterior gradus admittitur, non æquè & ſuccedet, & reuocabit, vt in capit.primo.de alie. feu. pat. capitu.primo. §.ſed & res per quos fiat inueſt. & cap. Titius. ſi de feu. fuer. controu. ita & hoc caſu, ex quo primogenitus repellit agnatum ſola ratione gradus. Filium autem ſecundogenitum, qui in eodem eſt gradu, vt declarat Iſer. in capit.primo.§.hoc quoque de his qui feu. dar. poſſ. ſola ratione ætatis. Idem ergo dicemus in ætate reſpectu ſecũdogeniti, quod de gradu diximus in agnato. Non obſtat ſecundum: quia in eo quod inuenerit, nõ dicit litera. Et ſi ſimpliciter dat ſucceſſiones, & non ius reuocandi, ex quo, ex pacto primi,& prouidẽtia dantis feudũ hẽt, ſi ita ſuccedit.reuocabit.c.1.de alie.
16 feu.pat.& † lex noua ab antiqua interpretationẽ accipiet, arg.l.ſciẽdũ

ff.qui ſatiſd.cog.iuncta auth.offeratur.C.de litis conteſt. & ſatis eſt de mẽte And. in cap.1.§.præterea.quæ fuit pri.cau.ben.amitt. in pen. col. ver.vnde ſatis:& ibi, nec eſt veriſimile. Tertium minimè erit contrà; quia,aut conſideras legem, & conſtitutio omnes vocat, vt in prin.illius conſtitutionis patet. Aut conſideras inueſtituram,& tunc,aut omnes vocat,& intentum habes. Si vocat primogenitos, & tunc nõ propterea alij ſunt excluſi, qui ſuccedunt, vt ius vult, primò ex auctoritate And.in c.1.in fi.prin.de eo,qui ſibi, & hæred.ſuis. Dum in ſimili dicit, q̃ ſi capitur ſimpliciter feu. pro maſculis,non propterea fœminæ in regno,vbi à conſtitutione vt de ſucceſſionibus,vocantur,erunt excluſæ. Secundò: quia ſi pro primogenitis tantùm recepiſſet,ſecundogenitus reſpectu tertij, & ſic de ſingulis primogenitis in infinitũ, vt iamiam probabo dicitur. Nec veniunt tunc ex perſona primogeniti,ſed propria, vt in l.2.C.de libe. præte.notatur. Quartum, Nequaquàm obſtat,quia lex liberorum.§.1.tunc ità intelligitur, quando certos vocat,vt cæteros excludat,vt ibi patet: quod non eſt hic,vt dixi, q̃a impediuntur magis,aliàs vltra primogenitum ſucceſſio nõ daretur, quod eſt falſum,vt in d.conſt.vt de ſucceſſ.& c.regni cõſiderantes, nec morienti tunc ſuccedunt. Sed primò,à quo deſcendunt,& vt deſcendentes vocantur, & vt de patruo, idem Andr.dicit in titu.Imperator Lothar.§.fratris,& vt dicimus de ſorore, quæ in feudo plano, & de tabula ſuccedit fratri, per conſtit.in aliquibus,quæ vocat deſcendentes,

17 & † filia deſcẽdẽs dicitur. Ex quo, ex ſua perſona primò patri ſuccedit.c.1.de eo, q̃ ſibi, & hæred. ſuis. Quinimò vnum, quod eſt plus, dico; vt iſte ſecundogenitus verè ſit primogenitus à lege, vel inueſtitura vocatur: quia reſpectu tertij erit primus, quod hoc medio probo.

18 Certum eſt, quòd † in linea tranſuerſali in feudo nouo non datur primogenitura, ſecundum And.in conſti.vt de ſucceſſionibus. Datur tamen in feudo paterno,vt eſt tex. in cap.conſiderantes, & And. in d. conſt. ergo ſi moritur primogenitus,qui ſucceſſit,ius primogenituræ inter alios locum habet,& recta ratione; quia,vt in pr.quæſt.declaro morienti non ſuccedimus,ſed primo acquirenti.c.1.de eo,qui ſibi & hęred.ſuis.& iſti collaterales magis reſpectu primi deſcendentes dicuntur.d.c.1.de eo qui ſibi & hæred.& Andr. in titu. Imperator Lothar.§. fratris, probat. Vocabitur ergo iſte ſecũdus ad hæreditatem primi acquirentis tamquàm primogenitus, qui licet ſit ſecundus, erit tamẽ primus reſpectu tertij; cum lex,vel inueſtitura primogenitos vocauerit,omnem qui primum locum habet vocarit, non enim primogenitum, ſed primogenitos conſti.vt de ſucceſſion. admittit.

21 ¶ Nec obſtat ſi diceres,ergo omnes venient. dic,quòd omnes veniunt,

ſed

ſed non ſimul,cum ætatis præroga
tiua, vt ſuprà dixi temporaliter ex-
cludantur.Iſte ergo de vocatis erit,
& ſic alienatam rem , eo non con-
ſentiente reuocabit.ca.1.de alie.feu.
pat.c.Titius. ſi de feu.fuer.contr.&
c.1.§.ſed & res.per quos fiat inueſt.
Pro quo ſatis facit,quòd idem And.
in c.1.§.hoc quoque,de ſucc.feu.fir
mat, quòd naſcituris nunquàm no
ceamus. Sufficit, quòd futurus quis
ſit primogenitus à primo deſcendẽ
te; quia vtili ſua rei vindicatione
feudũ reuocabit d.l.3. C. de donat.
quę ſub modo,iũcto.ca.1.de eo qui
ſibi & hęre.ſuis, vt in j.queſt.dico.
Et iſta eſt vera mens And.quam in
§.præterea, quæ fuit.j.cau.ben.am.
firmat, & cum maxima iactantia
And.in §.hoc quoque, ad §.præte-
reà ſe remittit.

¶ Oppono decimò, contrà tex. ſi
agnatus capit feudum, hæreditatẽ
verò non, ſuccedet quòd moriatur
teſtator pro parte teſtatus & pro
parte inteſtatus. Contrà l. ius no-
ſtrum ff.de reg.iur.Sol.gl.in conſt.
19 vt de ſucceſsionibus.dicit † ꝙ non
eſt inconueniens; quia ex poſt fa-
cto euenit.l.circa.ff.de inoff.teſt.tu
autem dic, quòd inteſtatus nõ mo-
ritur in eo, quod nõ eſt ſuum: ſunt
enim in feudo nõ hæreditario tot
donationes, quot ſunt perſonæ ad
tempus, & poſt tempus factę, & ſua
vtili rei vindicatione capit feudum
l.iij.C.de don. quæ ſub mo. vt infr.
in pr.q.dicam. Quare etiam in feu-
do hæreditario militant, cũ ęquè
ex pacto & prouidentia nobis de-
tur, ſecundum Andr. in c.1.de alie.
feu.pa.col.ij.& inf. in d. pr.q. pro-
bo. Et caſu quo eundem pro parte
inteſtatum mori, tu vis dicere, dic
ſecundò ꝙ quis moriatur pro parte
teſtatus, & pro parte inteſtatus;
20 † quandoque oriuntur ex eodem
fonte, ideſt ex iudicio defuncti, &
tunc fieri non poteſt.l.pen.ff.de in-
iu. rupt. & irr. teſt. aut ex diuerſis
fontibus, & tunc ſecus, ita dicit l.
circa.ibi diuerſi iuris.Cumque feu-
da à dante & primo omnia origi-
nem habeant, vt in pr.q.vides, but
genſatica à moriente tantùm, meri
tò l.ius noſtrum.in aliquo non ob
21 ſtabit, nec † ſine hærede moritur,
qui ex pacto primi hæredem habet
in feudo, ſecundum Andr.in c.1.§.
quid ergo, de inue. de re alic.fac. in
fin.& in conſt.ſi quis poſt litem, &
ĩ ipſo feudo qualitates hęreditariæ
operãtur vires ſuas, ſicut ſi in certa
parte hæres eſſet ipſe inſtitutus; vi-
delicet non poſsit capere alia, non
ex hoc toleratur; quia non poteſt
eſſe hæres alio inſtituto, vt dicit
Bald.in c.1.an agnati, ſed quia in
feudo erit hęres ſecũdum And. vbi
ſup.& ita teneatis vos: nam ſi ea ra-
tione, quia ſine Domini aſſenſu nõ
poſſet ĩ feudo hæreditario hæredẽ
facere, vt in c. Imperialem; dicere-
mus, quòd pro parte inteſtatus mo
reretur, nullum teſtimonium vale-
ret, quod ante à noſtris patribus eſt
prætermiſſum, aut ita tenendũ eſt,
& ſi partes ſunt inequales in hære-
ditate; ſunt eo inuito æquales in
feudo, ſecundum Iac. de Ardi. in
ſua

ſua ſu.an feu. diui.po.& per glo.in c.1.quib.mo. feu.ami. in verbo ad dominum, & glo. in verbo frater in c. primo. §. & quia. de his qui feu.da.po. dùm dant hæredes in feudo, quando alter inſtituitur in burgenſaticis, ſecundum Iaco. de Belu. & alios hic: pro quo facit doctr.Iſer.in cap.1. §.quid ergo. in fin. dum dicit, ipſum hæredem in feudo.

¶Oppono vndecimò, quòd agnatus agnato noceat, vt in cap.imperialem. §.firmiter. & §.callidis. in cap.1. de pace iuramento firman. & in cap.fin. quæ fuit prima cauſa benefi.amit. Sol.illa iura intelliguntur in feu.nouo, vt ſuprà in capite filiorum in prima oppo. dixi; in quo non quærimus de agnatis. cap.1.de gra.ſucc. & cap.1. §.Corradus. de his qui feu.dat.poſſ. quia
22 † in feudo antiquo non ſic agnatus agnato nocet.

Sed tunc contrà de cap.denique quæ fuit prima cau.benefi.amitt. & cap.1.an ille qui inter. fra.domini ſui. Sol. & illa etiam intelliguntur in feudo nouo, ſecundum gl. in cap.1. §.hoc quoque. de ſucceſſ. feud. in verbo partem. & malè, quia glo. in d.§.denique. aliter dicit, quòd ibi loquatur de feud.paterno. & bène, quia licet principium illius tex.poſſet intelligi in nouo; tamen in fine clarum eſt, quòd intelligitur de paterno, ibi, ſi tamen paternum ſit; cumque
23 dictio † illa, ſi verò debeat aduerſari in iure & in facto.l.j.C.qui. & aduer.quos reſtit.in integrum poſtula. patet quòd in principio loquitur etiam de feud.pat. & rectè; quoniam dubium text.non eſt, ſi eſt paternum, ſed ſi in dominum, vel non, & non poſſet reſponderi ad text. in cap.1.an il.qu.int.fratr. dom.ſu.quin loquatur in antiquo, quia quæſtio erat inter fratres: ergo antiquum.cap.1.§.Corradus.de his qui feu.dar.poſſ. Secundò quia expreſsè dicit, ſi paternum fuerit, & tertiò: quoniam loquitur de gra
24 du † qui non habet locum in linea deſcendenti. §.j. inſtitut.de nupt. vnde alij dicunt, vt fuit glo. ibi, & Iſern. quòd feudum paternum non vadit ad proximos, ideſt filios, quia ipſe proximus eſt. l.proximus.ff.de verb.ſign. qui licet ſit
25 filius † proximus agnatus eſt. l.filius. ff.de ſu.& le. & loquitur litera in vtroque loco, quòd non vadit ad proximos, quãdo delictum eſt in dominum, ideſt ad deſcendentes, præſupponendo quòd in illo caſu nõ affuerint agnati: quoniam ſi affuiſſent illi ſuccederent. cap.1. ſi vaſall.feud.priu. & cap. ſi vaſallus culp. ſi de feud.fuer.controuer. iſta poſitio confunditur, quoniam ſi ita poneretur, eſſet dare caſum, quòd quando ex culpa, non in dominum, ſed in alium pater priuatur feudo. non priuaretur filius, contra eundem Andr. de Iſer. in dicto cap.1. ſi vaſall.feu. pri. & in cap.ſi vaſallus culpam, ac vbique. Secundò eſſet diuerſificare caſus de principio ad finem

illorum

illorum iurium, vt quandoque in nouo, quandoque in antiquo loquerentur, nec eſſet bona diuiſio diſtinguendo ſi in dominum vel nõ, conſideratis diuerſis perſonis & nõ vna, alternatiua illa, ſeu diſiunctiua debet ſtare in eadem perſona, nec diuinare debemus.l.ſi putator. ff.ad l.Aquiliam. Ac vltimò, quia fruſtra diceretur in filio in vtroq; capitulo, ſi paternum fuerit, cum in nouo & in antiquo pariter ſuccedat.ca.1.de gra.ſucc.& c.1.§.Corradus.& §.hoc autẽ. de his qui feu. dar.poſſ. & pariter ex culpa patris in delinquendo priuatur.c.ſi vaſallus culpam.ſi de feu.fuer.contro.& c.1.ſi vaſ.feu.pri. vnde alij, vt fuit gl.in d.§.deniq; an.& Hoſt.in ſumma de feu.aliter dicunt,quòd rigor vel & vt ſi delictum eſt cõmiſſum in dominum, quod poſſit dominus aduocare feudum, arg.l. pe.C. de reuo. dona. & l.2.C.de liber. & eorum lib.tam ratione,vt ibi dictis iuribus, quàm conſuetudine, vt in illis capitulis: ſed ęquitas non ſuadet,vt priuetur agnatus qui nec sãguinem,nec feudum ab agnato habet l.ſanctio legum, & l.interpretatione ff.de pœnis. Vnde de æquitate aperitur agnato, etiam quòd cõtrà dominum alter agnatus delinquat. dic. c. ſi vaſallus culpam. & cap.1. ſi vaſ.feu.priuetur. Hæc poſitio ſtare non poteſt: quia tex. in c. primo.ſi vaſ.feu.priu.dicit, ꝙ quandoque agnatus feudum habet.ergo eſt dare caſum,in quo feudum altero agnato delinquente nõ habeat: Quod non poſſet conſiderari ſi de æquitate ſemper ſuccedit. Et ſi diceres, non habebit quando eſt vltra ſeptimum gradum vel alterius lineæ: tunc reſpondeo,quòd ibi nõ tractamus de ſucc. agnat. quia de hoc dixit in c.1.de gra.ſucceſſ.cum concor. ibi quæritur ſi in caſu in quo ipſe ſuccedit, ſi admittitur agnato delinquẽte. & loquitur per

26 ly quandoque: aliàs † eſſet cm. illud ſuper indubitabili, contra l.qđ Labeo ff. de car. edic. & quando

27 † lex vocat agnatos, vocat agnatos ſucceſsibiles, vt in §.hoc quoque de ſucceſſ.feudo. & ibi Bald. & alij. Secundò; quoniam ſi vaſallo de æquitate competit, concurrente iuris rigore contrà ipſum & ęquitate, pro ipſo ſententia ferenda erit ſecundum æquitatem.l.placuit.C.de iudi. & tamen Obertus teſtatur, & ſibi credendũ eſt,vt firmant Doct. in l.j.ff.de leg.quòd vidit ſic iudicatum ſecundum terminos c. deniq; & nõ ſecundum capitulum, ſi vaſ. culpam. Et tertiò; quoniã ſi æquitas concurreret pro agnato, etiam & iuris rigor concurreret: nam ſi ſunt plures donationes ad tempus, & poſt tempus factæ, ideſt vnicuique ad vitam, vt decla.Iſer.in cap. imperialem.§.præterea Ducatus.columna.4.& in vnoquoque propoſito & non alieno ſtat iure.l.3. C. de do.q̃ ſub.modo. vt Iſer. etiã in c.1. §.hoc quoque de ſucceſſ.feu.in fin. Quis rigor vult, vt in bonis ſubiectis reſtitutioni neceſſariæ vnius delictum noceat alteri? l.3.ff.int. & rel.

rel. Vnde alij moderniores dicunt, quòd c.denique, habet locum de iure antiquo, hodie per c.fin.in cap. extraordi. aliter deciditur, quod in domino aperiatur, ſi in dominum commiſit delictum, hoc eſt, donec viuit agnatus delinquens, & ità intelligatur cap. denique ℣. & c. primúm, an ille qui inter.fratr. dom. ſu.poſt mortem delínquentis capit agnatus: qui à primo fuit inueſtitus poſt mortem ipſius delinquenquentis; nunc, vt in prima q. declaro, & ſic debent intelligi ca. ſi vaſallus culpam.ſi de feu.fue.cõtro. & c.pr.ſi vaſ.feu.priuetur, iſtud ſecundum quoſdam ſtare nõ poteſt; qa capitula illa ſunt apocrifa, ſecũdum Bald.in ca.1.de gra.ſucc. ideſt non autorizabilia.ca.1. xvj.diſt.ità ꝙ nec vt lex ſcripta, nec vt conſuetudo allegari poteſt, ex quo neſcimus &c. ſed dic tũ ꝙ ſi cap. illud
28 nunquam extaret, Doctores † qui interpretandi auctoritatem habẽt; poſſunt, & debent ſic interpretari, vt facit Iſer.in c.denique, quæ fuit pr.cau.ben.ami.in c.ſi vaſ.culpam. ſi de feu.fue.contr. & in ca.1. ſi vaſ. feu.pri.& hæc poſitio dependet ab
29 illa † an l.Statius Florus.§.Cornelio Felici ff.de iur.fi.habeat locum in feudis, vt in xvij.queſt. vbi concludimus quòd ſic, per ca.fin.de cap. Corra. quod ipſi non ponderant, & ita intelligũtur iura iſta in §. denique, quæ fu.pr.cau.ben.am.& in ca.1.an ille qui inter.fratr.dom.ſu. quod aperiuntur domino reuocabiliter, ideſt in vita delinquentis, quando in dominum, & poſt mortem reſtituit agnato.c ſi vaſal. culpam, & c.1.ſi vaſ.feu.priu.vt patet per c.fin.de cap.Corr. quia Iſer.in cap.1.qui ſucc.ten. in vlt.col.æquiparat agnatum in feudo non hęreditario ipſi clerico, & hæc eſt ipſa veritas, in qua Iac.de Ardi.ſibi contrarius in rub.vtrũ feu.poſſit compenſare, firmat: Alij, vt Iac.de Ardiz.in ſumma ſua quib.mod.feud. ami.cum quo concurrunt omnes iſti exemplatores, q. q.cquid in buccam venit dicũt, ſimpliciter diſtinguunt, ꝙ ſi culpa eſt in dominum, domino aperitur.c.denique, q̃ fuit prima cã, & cap.primo, an ille qui inter.auth.in alium, & tũc aperitur agnato, vt ibi, & ita intelligantur iura in cap.ſi vaſ.culpam.ſi de feu. fue.contr.& in cap.primo, ſi vaſal. feu.priu. Quid dicemus nos maximè iudicando, cũ pro iſta parte videatur eſſe communis* cõcluſio, à
30 qua † in iudicando recedendũ nõ
31 erit.l.j.ff.de off.quæſtor.cũ † minimè ſint mutanda, q̃ certam habuerũt interpretationem. l.minimè.ff. de ll.ſed quoniam memor ſum gl. in c.ea noſcitur, de his q̃ fuit à præ
32 la. ſine con.cap. quę vult † vt maior pars non attendatur in perſonis, ſed in ſaniori locutione: vnde & rectè moderni Mediolanenſes in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo. oblig.col.8.dicũt, ꝙ communis opin.erit glo. & Bar. quando ſimul concurrũt. Quamobrem & Imol. etiam in cle.ij.de elect. dixit, quòd
33 † communis opinio illa erit, quæ pluri-

pluribus rationibus eſt ſuffulta. Vnde ſi nos dicemus, quòd ne dum gloſſ.& Andr. tantum ſit communis opinio, ſed ſolius Andreæ rectius forte dicemus; in quo ſi non concurrunt quidam minuti feudiſtę, qui aptiores ad poſſidendū feuda, quàm ad illa interpretandum eſſent, euenit quoniam an^m. non intelligũt,& dum eorum ignorantiæ illa attribuere nequeũt, dicũt an reſupinum obſcurum, & quòd ipſe ipſiuſmet dicta nō intelligebat, profiteantur, queſo, eorũ ignorantiam hac ſaltem ratione, cùm in hoc regno, & in regno Siciliæ à tempore Bar^ri. cuius tempore fuit ipſe, fuerunt ad minus ſexcenti peritiſſimi viri, qui non paſſi fuiſſent eundem euangeliſtam nominari, ſi talia non mæreretur, nec ipſum au rigam in feudis acutiſsimi ingenij ille Frãciſcus de Aretio appellaret, nec ſummum feudiſtam cęteri illũ eſſe confiterentur: & ſi fortè vnum dicam, quòd maior ſit an quàm Oberti authoritas; errare non putabo, cum Obert. malas, vel bonas conſuetudines nobis cumulauit, Iſer. ignota iura vel quæſtiones à iure ciuili ad feudum tranſportauit; Concurro igitur cum ipſo, quòd §. deniq;, intelligatur, quòd aperitur domino quando in dominum, & in cap. primo. an ille qui inter. frat. dom. ſu. pariter dicamus, ſed aperitur Domino reuocabiliter, ſcilicet vt poſt mortem vaſalli delinquentis reſtituat alteri vaſallo. c. ſi vaſal. culpam. & ſi vaſ. feu. priu. ca. 1. & ly quandoque, dic, ideſt aliquo tẽpore, quando in dominum ſcilicet poſt mortem vel ſi non in dominum ſtatim, & pro iſta diſtinctione facit tex. in c. fi. de cap. Corra. arguendo de illo clerico ad feudatarium, ex pac. & prouid. non hæreditario antiquo, vt facit ipſe Iſern. in cap. primo in vlt. col. qui ſucceſſ. tene. & ſi non es contentus auctoritate omnium tenentium hanc partem, quos cumulo in xvij q. prim. diſputemus; tunc dico quòd aliter intelligo iura illa, præſupponen-
34 do, ꝙ † in feudo hæreditario ſuccedimus ex prouidentia primi & dantis, ſecũdum Iſer. in cap. primo. in ij. col. de alie. fe. pa. ſed hoc aliud habeo, ꝗa propter qualitatem hæreditariam trãſmittitur de illo moriente ad me feudũ, ſecũdũ ipſum in cap. primo. §. quid ergo. de inue. de re alie. fac. & in prima quæſt. prima. & ſecũda dico. Or modo capio tex. in c. deniq; ab vna parte vbi ponitur regula generalis, ſecũdum ꝙ debet intelligi cap. primũ, an ille ꝗ inter. fra. dom. ſu. vbi ponitur caſus ſpecialis, & capio ab alia parte tex. in cap. ſi vaſall. culpam, & diſtinguo ſic; ſi quæris, an agnato culpante & in dominum feudũ reuertatur ad dominũ, & diſtinguo. Aut loquimur in feudo hæreditario, & aperitur domino, & ita intelligatur c^m. deniq;, vbi litera dicit, ꝙ erat ſucceſſor vaſalli, & ſic in feudo hæreditario; ꝗa in feudo hæreditario tantùm ſuccedimus morienti & nõ in feudo non hæreditario, vt dixi

Aut

Aut loquimur de feudo non hæreditario, & hoc aperitur agnatis, d. c.ſi vaſallus culpam. Et ſi tu dicis, ergo agnatus non nocet agnato in feudo hęreditario in delicto in aliũ quàm in dominum, dic diſputatiuè quòd non nocet, quando ipſe non diſponit; quia tex in c.deniq; hoc dicit, quòd capio feudum hæreditarium non obſtante delicto: in quo tu non inuenires tex.contrarium in iure feudorum, & fortiter conſiſtam in iſta opinione & dabitur conflictus in intelligẽdo, teneo igitur cum And.Sed ſic tenendo dico,quòd iſta etiam eſt communis opinio * ſecundum ipſos: qui dũ neſciunt terminos, fatuè loquũtur. nam omnes indiſtinctè in d.§. denique,& Cur.in ſuo tract.in 6.parte.q.j.dicũt, quòd iſta eorum concluſio non haberet locum, ſi inueſtitura eſſet facta de vno in alium; ſed ſic eſt, quòd in feudo ex pac.& prouidentia ſemper inueſtitura fit de vno in aliũ,vt in j.q. probo apertiſſimè,ergo nunquàm iura iſta habebunt locum in feudo ex pacto & prouid.non hæreditario: & quando iura per me põderata hoc non dicerent,dicendum eſt ex neceſſitate terminorum, & limitationis eorum vt vides.Secundò,non nè Bal. ibi, & cæteri dicunt,quòd fallit, ſi feudum eſſet datum generi, ſed ſic eſt,quòd feuda nõ hæreditaria ſemper dantur generi ſimpliciter,vt in d.prim. quæſtione probo ; quia in dubio cohærent ſanguini , ergo nunquàm in feudo non hæreditario habebunt locum iura iſta; Pręterea & tertio , ipſi non dicunt, ꝙ ſi filius veniret ex ſtipulatione propria non haberet locum in ipſo, certè ſic : ergo cùm agnatus nihil commune habeat cum agnato.c.1. an agnatus , nunquàm habebit locum in agnato.Præterea & quartò, quis reuelauit eis, quòd à principio conceſsionis feudi videtur actum, quòd vno exiſtente infideli in dominum, debeat reuerti ad dominũ in præiudicium aliorum : nám videmus in vno homine infideli reſpectu partis feudi , quòd in alia parte ei nõ nocet, vt in c.illud.quæ fuit prima cau.ben.amit.& ſi dicis, quòd eſt infidelis, & fidem non ſeruauit , ſi in vna perſona hoc non conſideratur quomodo conſiderabitur in diuerſis perſonis. Cæterũ ſi hoc eſſet verum,quòd vna perſona exiſtente infideli omnes priuarentur, qui ab eo feudum non habent,filius priuaretur feudo aui:qñ pater fuit rebellis, quod tamen ipſi negant ; & cum Andr.omnino teneas, nec ab eius dictis diſcedas, tũ maximè cum in effectu idem concludant ipſi omnes in limitationibus eorum , & neſciuerunt per veros terminos loqui , & cum Andr. habes gloſ.& Hoſtien.& alios quos in illa quæſt.cumulaui.in d.quæſt. xvij. nec cures de recitatoribus &
35 conſulentibus, quoniam † conſulẽtes pecunia obcęcantur. alij ex debilitate ſtomaci,quæ in feudis ſunt non digerunt.

36 ¶ Oppono XII. quòd † omne delictum

ctum inducat feudi amiſſionem, quando criminaliter cõdemnatur feudatarius; quia conſuetudines feudales intelliguntur quando ciuiliter agitur ad feudum, & non quando criminaliter condemnatur, ſecundum Bal. in cap. 1. an ille qui interf. fratr. dom. ſu. Sol. ſecundum quoſdam quòd capitulum illud intelligitur indiſtinctè poſtquam generaliter loquitur vulg. l. de pretio. de publi. ſed dic tu, quòd aut ſumus in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, quod à generatione habemus, vt in prima quæſtione dico: & quia nullum delictum agnati agnato nocet, vt ſupra vidiſtis, quomodocunq; priuetur. etiam ex delicto ei non nocet. l. iiij. ff. de interd. & releg. quia poſtquàm reſtitutioni ſubiacent, ſecundum Iſer. in cap. 1. de eo qui ſibi & hære. ſuis, & in cap. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feu. in caſu reſtitutionis delictum non nocet, vt in l. Statius Forus. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fi. cum concor. vt in præc. oppoſitione diximus, aut ſumus in feudo nouo non hæreditario, vel hæreditario antiquo, & iſta quæſtio dependet ab illa quæſtione, an in publicatione bonorum veniat feudum, & cui aperiatur, de qua in quæſtione videas.

¶ Reaſſume ergo quando quæris,
37 an † agnatus noceat agnato, aut loqueris in delictis, & de hoc dic vt in xj. oppoſitione dixi, ne longam illam hic recitemus diſtinctionem, aut in contractibus & vltimis voluntatibus quæris, & tunc aut contrahit ſine aſſenſu, aut cum aſſenſu; ſi ſine aſſenſu; & tunc aut alienauit, aut alienationi conſenſit; Si alienauit, nocet ei, vt in cap. imperialem. Sed non agnatis, vt in cap. primo, ſi vaſallus feu. priu. & cap. ſi vaſal. culpam. Si de feu. fue. contro. aut alienationi conſenſit, & iſta quæſtio ab illa dependet, an in conſenſu requiratur aſſenſus: de qua in d. cap. imperialem, dicam: in regno autem nemini, vt in conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ: Aut cum aſſenſu contrahit, & tunc aut feudum eſt hæreditarium, aut non hæreditarium, primo caſu agnato quatenus feudum tangit nocet, l. ius ſepulchri. C. de reli. & ſump. fun. & l. cum à matre. C. de rei vind. Secundo caſu, aut quæris an noceat ſibi, aut alteri, ſibi perpetuò nocet. c. 1. de alie. feu. pat. & cap. 1. de eo qui fin. fec. agn. Aut alteri, & tunc aut quæris, an noceat alteri in vita ipſius alienantis, aut etiam poſt mortem: in vita nocet. cap. 1. de ali. feu. pa. cap. Titius. Si de feu. fue. contro. & cap. primo. §. ſed & res. per quos fi. inueſt. Aut poſt mortem, & tunc aut quæris in fructibus, aut in corpore ipſius feudi. primo caſu diſtingue, vt in ſua quæſtione inf. Secundo caſu, ſi in corpore quæris, & tunc aut quæris, aut noceat de per ſe, aut ſi poteſt præbere cauſam nocendi, puta per viam præſcriptionis, de ipſa dic vt in propria quæſt. vbi intellectũ. ç. Titius.

ſi de feud.ſuc.contr.diſputauimus. Aut ſi nocet de per ſe, & tunc diſtingue: aut qui alienauit hoc, fecit cum conſenſu primogeniti aut non, ſecundum quoſdam: ſecundum nos indiſtinctè non nocet, & tunc ſi poſt mortem alteri nocet, iterum diſtingue: quia aut facit actum perfectum in vita non perficiendum nec reſoluendum poſt mortem, aut facit actum perficiendum vel reſoluendum, primo caſu poteſt ſecundum And.in conſt. mulier, quæ dotarium. Secundo verò caſu non, vt in c.1.de cler. qui inueſt. fe. & c.Titius. ſi de feu. ſuc. contr. ſecundum Andr.in c.1. Qui ſucc. ten. in vlt. col. & hæc tam de natis quàm de naſcituris intellige, ſecũdum Andr. in c.1.§. hoc quoq; in vlt.col.de ſucc.feu.& infra dico. prẹterquàm ſi eſſet onus feudi, ſecũdũ Iſer. hic & in §.quid ergo de inue.de re.alie. fac. vt ſupra dixi, & hęc ſi nocet; ſi autem iuuat, ſic, vt per Andr.in c.1.§.è contrario de inue.de re.alie. fac. in c.1.§. præterea col.2.de cap. Corra.in c.imperialē. col.vij.& in c.1.§. ſiue vſum. in additione, an ille qui inter.fratr.dom. ſu.& in conſt.conſtitutionem, quę licet loquatur in domino, idem in agnato nos dicamus. Et hæc in feudo nõ hæreditario, in hæreditario ſecus, vt in prima oppoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ex pacto & prouidentia quod.*

2 *Prouidentia eſt duplex. nu.3.*

4 *Prouidentia hominis voluntaria & neceſſaria.*

5 *Feuda ex prouidentia multiplicia.*

6 *Principaliter quod operatur attendendum.*

7 *Feudum eſt gratia.*

8 *Lex interpretando, reſtringendo & ampliando ſuos operatur effectus.*

9 *Feuda aut ſunt hereditaria, aut ex pacto & prouidentia.*

10 *Feuda paterna quædam ſunt hęreditaria quædam non.*

11 *Feuda ex pacto & prouidentia in dubio præſumuntur omnia. nu.17.*

12 *Inueſtitura omnis regulatur à lege.*

13 *Filij maſculi non ſuccedunt in feudo iure ſucceſſionis.*

14 *Cauſa coniungendorum actuum.*

15 *Feudum regulariter donatur.*

16 *Fratri vt ſtipulemur ſpeciale in feudo.*

18 *Feudum ex pacto & prouidentia quod.*

19 *Feuda quædam recta, quædam conditionata. nu.20.*

21 *Feuda donata ſub qualitate hereditarij ſunt ex pacto & prouidentia.*

22 *Qualitas hæreditaria non prohibetur, concurrere cum qualitate ſanguinis.*

23 *Feudum numquam habebit, qui non eſt heres morienti, quando verbum hæredibus eſt appoſitum.*

24 *Stipulandi modum non perſonam ſtipulantis attendimus.*

25 *Patrem poſſe præiudicare filio in feudo nouo.*

Omnes

26 *Omnes in infinitum ſequentes contra factum primi venire non poſſunt.*
27 *Res omnis per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem reſoluitur.*
28 *Probationes veræ admittuntur contra præſumptiones.*
29 *Filius honoris cauſa tenetur eſſe hæres patris.*
30 *Hæredem eſſe in feudo intelligitur dupliciter.*
31 *Feudum in dubio vnuſquiſque, cenſetur pro ſe & hæredibus accepiſſe.*
32 *Pater quando emit feudum illud erit ſimpliciter hæreditarium.*
33 *Pactum legis commiſſoriæ improbatur in pignore feudi.*
34 *Feuda pecunia acquiri non debent ſed beneuolentia.*
35 *Feuda venduntur.*
36 *Donatio oneroſa, donatio eſt.*
37 *Inueſtiri de feudo poteſt quis tribus modis.*
38 *Ius patronatus qui acquirit propter naturam rei, iure hereditario acquiſiuiſſe non cenſetur.*
39 *Lex cum non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
40 *Sanguinem, gradum & qualitatem hæreditarij in feudis habemus.*
41 *Frater fratri in feudo nouo non ſuccedit.*
42 *Gradus in linea deſcendenti non datur.*
43 *Sanguis in feudo ſucceſſionem cauſat.*
44 *Feudum mixtum an detur.*
45 *Res vna eademq; non debet diuerſo iure cenſeri.*
46 *Feudum varijs modis in eſſe deducitur.*
47 *Conſenſus præſentium in feudo ex pacto & prouidentia vt poſſit præiudicare naſcituris.*
48 *Filij concepti nati cenſentur.*
49 *Poſthumus poteſt intelligi multis modis.*
50 *Incapaci qui donat, futuro tamen capaci, valet.*
51 *Liberis qui dat, familiæ & generi dat.*
52 *Feuda iuſti ſanguinis deſcendentis dantur. nu.88.*
53 *Feuda ad tempus & poſt tempus dari.*
54 *Feudatarius de feudo poſt mortem diſponere non poteſt.*
55 *Actus vnus occultari celeritate coniungendorum actuum.*
56 *Reuocatio facilius conceditur ratione futurorum quàm præſentium.*
57 *Lex vna per aliam ſuppletur.*
58 *Alienatio quando vetatur pacto dominium transfertur, quando lege, nequaquàm.*
59 *Alienans reuocare nequit.*
60 *Actione vtili vel directa agatur, parum refert.*
61 *Pater an præiudicet filio in feudo aui.*
62 *Priuatio præſupponit habitum.*
63 *Infidelitas patris nocet omnibus deſcendentibus.*
64 *Filius quod patris medio non habet, nunquàm ei nocet pater.*
65 *Feudum verè à patre ad filium venire debet, vt patris delicto priuetur.*
66 *Lex quando præſumit contra quoſdam eos enumerando non extenditur vltra.*

67 *Liberorum appellatione omnes veniunt.*
68 *Interpretationem quę certam habuerunt minimè ſunt mutanda.*
69 *Feuda ex præſumpta fidelitate dantur.*
70 *Patris delictum non nocet nepoti in feudo aui.*
71 *Contemplatio omnis an poſſit cauſare, vt feudum poſſit alienari in prędiudicium ſequentium.*
72 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
73 *Feudum poteſt habere reſpectu diuerſarum perſonarum naturam miſtam.*
74 *Aſſenſus præſens ad futura dirigitur.*
75 *Pactum omne & onus appoſita per primum obligant ſucceſſores.*
76 *Contemplatione propria quòd feudum detur, quomodo cognoſcitur.*
77 *Filius faciens inuentarium an poſſit præcipuum detinere feudum patris.*
78 *Filius ſi ſimpliciter adit, omnibus hæreditarijs oneribus obligatur.*
79 *Lex feudalis in expreſſis ſeruanda eſt.*
80 *Filius non eſt hæres in feudo tamquam in re hæreditaria.*
81 *Lex noua recipit interpretationem ab antiqua.*
82 *Lege feudali quod non eſt prouiſum, ciuili ſanctione determinetur. nume. 121.*
83 *Feudum eſt quid vniuerſale.*
84 *Feuda hæreditaria veniunt in petitione hæreditatis. nu. 85.*
86 *Priuilegium ad hæredes non tranſeunt.*
87 *Fœmina ſi acquirit feudum, non propterea filiæ fœminæ ex ea poterit ſuccedere.*
89 *Inhabiles in quocunque iudicio etiam ſummariſſimo repelluntur.*
90 *Feudum in fideicommiſſo inter extraneos non venit.*
91 *Feudum venire in hæreditate eſt tanquam qualitas.*
92 *Hæres feudi tenetur eſſe hæres in ipſo feudo.*
93 *Verbum hæredes, omnes comprehendit, niſi certos hæredes lex vocaret.*
94 *Feuda non hæreditaria habemus ſucceſſione, hæreditaria tranſmiſſione.*
95 *Pater an poſſit præiudicare ſaltem in fructibus feudi.*
96 *Fructus pendentes pars ſoli ſunt.*
97 *Inuentarium non liberat hæredem à re hæreditaria.*
98 *Feudi diſpoſitionem validam non habemus ſine aſſenſu.*
99 *Intellectus. §. his conſequenter.*
100 *Fructus pendentes poſt menſem Martij cuius ſint.*
101 *Pater an poſſit diuidere feudum.*
102 *Feudi natura alterare ſoli domino permittitur.*
103 *Pater an poſſit nocere filio per viam ſubinfeudationis.*
104 *Feuda an præſcribantur.*
105 *Alienari prohibita ratione certarum perſonarum ſunt præſcriptione longiſſima præſcriptibilia.*
106 *Reſtitutioni quod ſubiacet minimè alienari poteſt.*
107 *Præſcriptio eſt vnus modus litium finiendarum.*

Delictum

108 *Delictum patris non nocet nepoti in feudo aui.*
109 *Generalitas non debet corrigere ſpecialiter prouiſa.*
110 *Andreæ Iſerniæ auctoritas in feudis maxima.*
111 *Correctio vbi euitari poteſt, euitetur.*
112 *Acceſſiones dantur, quando vnus habet cauſam ab alio.*
113 *Negligentia vnius nocet alteri.*
114 *Filius, inſtituto alio hærede in burgenſaticis, an in feudo tantùm hæres erit.*
115 *Filius ſi in vita patris renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ feudo non priuabitur.*
116 *Pater an noceat eo mortuo, ſi filius vult ſuccedere agnato.*
117 *Filius an capiat feudum renunciatum per patrem.*
118 *Pater vbi præſtat miniſterium nudum & aliquid acquirit filio ex beneficio concedentis, nullo pacto nocebit filio.*
119 *Pater recipiens emphyteuſim pro ſe & filijs, non ſoluendo poteſt illis præiudicare.*
120 *L. Statius. §. Cornelio. de iu. fiſ. an locum habent in feudis.*
122 *L. Feudalis duplici modo ſucceſſuris feudum defert.*
123 *Mors ciuilis regulariter non æquiparatur morti naturali.*
124 *Feuda inalienabilia.*
125 *Fidecommiſſum ſi fieret cum aſſenſu de reſtituendo illud poterit ne nocere, huic futuro ſucceſſuro.*
126 *Conceſſio, ſaluis iuribus noſtris &c. quid operetur.*
127 *Conſenſus, qui poteſt ſe extendere ad duo, ſi exprimatur in vno non extenditur ad aliud.*
128 *Feudum in tantũ quis in alium transmittit, in quantum ipſe habet.*
129 *Ablatiuus abſolutus reſoluitur in conditionem.*
130 *Conſenſus rei mihi debitæ ſub conditione non impedit, ſi conſenſi vt alienaretur, eueniente conditione quin efficiatur mea.*
131 *Conceſſio quando eſt dubia, cenſetur conceſſum, quod eſt minus damnoſum.*
132 *Agnati delicto in Dominum, aperitur agnatis & non Domino.*
133 *Separatorum ſeparata ratio, connexorum eadem. nu. 134.*
135 *Patris delictum & agnati non nocet filio & agnato.*
136 *Mater rebellis an noceat filiæ ſuę in dote & paragio vſque ad legitimam.*
137 *Feuda in dubio an ſint hæreditaria, vel ex pacto & prouidentia non hęreditaria.*
138 *Pater qui non eſt de ſanguine filij non ſuccedit filio.*
139 *Feuda à natura propria non ſunt hæreditaria.*
140 *Feuda in dubio præſumuntur ex pacto & prouidentia.*
141 *Feuda recipiunt pacta contra naturam ſuam.*
142 *Receptio tacita regulatur à iure, expreſſa à pacto hominis.*
143 *Feuda dantur familiæ.*
144 *Natura feudi à pacto regulatur, non è contra.*

145 Contractus vtrum præſumatur emphyteuticus vel cenſualis.
146 Feuda in regno omnia ſunt hæreditaria.
147 Actus à ſpeciali lege interpretationem aſſumit.
148 Succeſſor in feudo, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato verè illud capit.
149 Hæredis appellatione de iure communi intelligitur de filio maſculo.
150 Inueſtitura dat ſubſtantiam ipſi feudo.
151 Conſueta non præſumuntur in ſubſtantialibus, niſi oſtendantur.
152 And. Iſer. Nicol. de Nep. Luc. de Pen. in regni iuribus venerantur.
153 Veritas præfertur præſumptioni.
154 Succeſſor in feudo tenetur pro oneribus feudi.
155 Obligatio defuncti ex hæredum perſona immmutationem non recipit.
156 Feuda militiæ cauſa conſtituta ſunt.
157 Mulieribus in ſubſidium promiſſum eſt, ne remaneant indotatæ.
158 Onus feudatarij pro portionibus hereditarijs diuiditur.

QVæro primò, ne ſu-
per incognito proce-
1 datur, quod † eſt feu-
dum ex pacto & pro-
uidentia: Reſpon. ni-
ſi hæc ſimplicia, pactum ſcilicet
& prouidentiam cognoſces, com-
poſitum ignorabis; quæro igitur
quid eſt pactum & quid prouiden
tia in materia iſta? Reſpon. proui-
2 dentia † eſt duplex, quia quædam
eſt prouidentia legis, quædam ho-
3 minis, item prouidentia † legis du-
plex: quia quędam volũtaria, quę-
dam neceſſaria: prouidentia legis
voluntaria eſt quando lex ſtatuit
vnum, ſi homo vult; puta lex xij.
tabularum & inde ciuilis vocant fi-
lium. inſt. de hæred. quæ ab inteſt.
def. §. primo. intelligitur ſi homo
vult, ideſt ſi pater vltrà legitimam
non diſponit, vt l. parentibus. l. om
nimodò, & l. quoniam in prioribus
C. de inoff. teſta. Prouidentia legis
neceſſaria, aut auth. de nupt. §. ſolu-
to, eſt illa, quæ velit, nolit homo, in
eo quod dicit ipſa diſponit, vt de le
gitima quæ ex prouidẽtia diui Pij,
vt in l. j. §. ſi impuberi. ff. de collat.
bonor. nobis debetur, velit nolit te-
ſtator. l. ſi arrogator. ff. de adop. di-
4 cimus. Prouidentia † hominis ſi-
militer voluntaria & neceſſaria pro
vt ſtatutum fuerit eſſe poterit, vt ex
prędictis & ſequentibus tu colliges.
Et hæc hominis prouidentia ſtat
vt prouidentia & vt pactũ. Vt pro-
uidentia, ideſt munificentia dantis,
qui nedum primo ſed omnibus de-
ſcendentibus donare voluit, vt in-
fra patebit, & ſi ſimul ac ſemel ſtat
vt pactum; quia vaſallus recipiens,
ſic etiam recepit pro omnibus ſe-
quentibus in infinitum, vt in ca. 1.
de duob. fratr. iuncto c. 1. §. penult.
de his qui feu. dar. poſſ. c. 1. ſi vaſal.
feu. priu. & c. 1. §. hoc quoq; de ſuc-
ceſſ. feu. ità quòd licet idem ſit pro-
uidentia quod pactum, congruit
tamen ly prouidentia ipſi Principi
ſeu alteri danti. Item congruit ly
pactum priuato, ità dicit Andr. in
cap. 1. §. fratri, de his qui feud. dar.
poſſ.

poſſ.dum prouidentiã exemplificat in concedente, & patet in gloſſ.ibi in verbo frater. quam prouidentiã exemplificat in Principe,& non negat quin etiam ex pacto maiorum habeatur, vt dicit etiam glo.hic in verbo retinere, ex quibus ſimplicibus fit hoc compoſitum,& nuncupatur feudũ ex pacto & prouidentia, quod mixtum erat à lege feudi incognitum, ſed cum ſubſtantia & effectus bene cognoſceretur pro clariori intelligentia magiſtraliter à Pileo & Bulgaro adinuetum fuit, vt poſt ſummam Iſern, atteſtatur hic.

5 Iterũ ꝑ iunioribus diſcurramus, quòd † quędam feuda dicuntur ex prouidentia legis tantùm,quędam ex prouidentia hominis tantum, quędam ex pacto tantùm. Exemplum in feudo ex legis prouidẽtia tantùm. Rex conceſſit feudum primo acquirenti pro ſe & filijs ſuis maſculis & fęminis. ita quòd maſculis extantibus fœminæ non ſuccedant, quo mortuo adeſt frater conſobrinus ex patruo, vt ego fœmina ex parte meo, vult maſculus per capitulum primùm de eo qui ſibi & hæredibus ſuis me fœminã excludere: ego ſum fœmina, cui ſtante maſculo ex primo acquirente dominus non dedit.dic.ca.1.de eo qui ſibi & hæred.ſuis, nec pater me vocauit ſtãte maſculo in linea: excludar ego? certè non, ſed maſculis non extantibus ſuccedam in regno ex ſola prouidentia conſtitutionis vt de ſucceſſionibus, & conſtitutionis in aliquibus, ita notanter probat Andr. in ca.1.primo,de eo qui ſibi & hęred.ſuis, in prin.in 2.col.in fin. nàm prouidentia legis multum operatur ſecùndum Iſern. in c.1.de ſucceſſ.feu.col.prima, vbi ipſe hanc legis prouidentiam conſiderat in feudo antiquo, quòd det ſucceſſionem deſcendentibus,& pactum primi recipientis reguletur à lege poſt quàm non aduerſatur legi, vt infra dicemus, nam conſtit. interpretatur ex ſua prouidentia quòd ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedunt,ideſt in eodem gradu, dic.conſtit. vt de ſucc.lex feudi ideſt ſi in familia non ſunt maſculi.cap.primo,de eo qui ſibi & hær. ſuis,& quia in regno primo attenditur conſtitutio conſt.exemplum in prouidentia hominis tantũ, vt vidi.Rex alias motu proprio donauit patri & filio feudum aliquod; propterea filij contemplatione nõ minus erit ipſius filij, quàm fuerit patris.l.quodcunque.§.ſi quis ità.ff. de verbor.obliga.iuncta.l.dedit dotem.ff.de colla.bon.& l.fi. C.de impu.& ali.ſub. & tunc non ex pacto & contemplatione patris, ſed ex ſola prouidentia dantis, vt concludit Iſer.in c.1.§.& ſi liuellus.de alię.feu. pat. in 1.4.5.& 6.col.& cap.primo. §.hoc quoque,col.pen. de ſucc.feu. & in princ.erit ergo ſuum ex ſola prouidentia dantis, exemplum in pacto tantum dicit Iſern.in ca.imperialę. §. præterea ducatus. in iiij. col.de proh.fe.alie.per Fede.vbi loquitur de feudo antiquo empto.&

in c.1.§.quid ergo. in vlt.col.de inue.de re alie.fact.quod reſpectu dátis tunc conſideratur prouidentia: quando donat, ſed ſi vendit, vel qd ſimile facit, noluit donare ſucceſſoribus, vel magis emẽti vendere qua ſi pecunia magis attendatur: Pone ergo fratrem emiſſe feudum pro ſe & fratre; quia emit, nulla domini prouidentia ipſum vocat, quia feudum eſt nouum nulla legis prouidentia ipſum admitteret.c.1.§.Cõradus. de his qui feu.dar. poſſ.c.pr. de duob.fratr. & cap.1.§.1.de grad. ſucceſſ. ex pacto tantùm igitur veniret. Nec propterea erres, ꝙ ſemper omnia non concurrant; quia ſi pater non accepiſſet, lex ipſum non vocaret, ſi dominus nõ dediſſet, frater non acquireret; ſi lex reſiſteret, omnes priuarentur. Sed ſic

6 dico, vt † quod principaliter operatur, attendamus, arg.l.iij. ff.de teſta.tu.& l.quęritur.ff.de ſta.hom,

7 vt dicimus etiam, quòd † feudum eſt gratia: & tamen ſi conſideraremus ſeruitium, non deberet ſimpliciter dici gratia; tamen quia plus habet gratiæ quàm oneris, gratia eſt, ſecundum Peruſinos in præludijs quæſt.iij. & i l.Ariſt.ff.de don. ad cognoſcendum contractum docto.notant. Ex his ſimplicibus fit feudum ex pacto & prouidentia, vt in l.ij. ff.de verb.oblig. dicimus, in quo pactum & prouidẽtia æquè

8 concurrunt. Inter quæ lex † interpretando, reſtringendo & ampliãdo ſuos operatur effectus, ſecundũ Iſer.in c.1.§. hoc quoq;.in pen.col. de ſucc.feu. in §.præterea ducatus. in v.col. & in c.1.§.huius autẽ generis, in quib.ca.feu.amit. dum regulat verba inueſtituræ in quantum poteſt, conſeruando; ipſam neceſſariam legis prouidentiam reſtringit, donec à pacto expreſſo reguletur ipſa.c.1.de duob.fratr.& c.1.de feu.fœm.iuncto.c.1.de feu. non ha. propriam naturam feu.

¶ Quæro ergo iterũ, quod eſt feudum ex pacto & prouidentia. Reſpon. omne feudum, in quo pactum & prouidentia concurrunt: ſed tunc contrà, ſi hoc verum eſſet, daretur contrariũ in obiecto, contrà l.ius noſtrũ.ff.de reg.iur.ex quo Iſer. hic & in c.1.§. hoc quoque, de ſucc.feu. ac vbique ſcribẽtes diſtin

9 guũt, quòd † feuda aut ſunt hæreditaria, aut ex pacto & prouidẽtia: & tamen feuda hæreditaria à prouidentia dantis & pacto primi accipientis nos habemus, vt declarat Iſer. in ca.1.in ij.col.de alie.feu.pat. & ſic idem eſſent, & vnica eſſet definitio vtriuſque: ob quod præſens definitio confunderetur. Or attende, vt more Iuſtiniani in l.cũ multæ.C.de donat.ante nupt. hanc barbaricam locutionem corrigamus, ꝙ feuda neſciunt ita diſtinguunt, credentes quòd feuda hæreditaria ex pacto & prouidentia non ſint, ſed grauiter errant, loquitur ſic Iſer. vt breuiter inter hæreditarium & non hæreditarium diſtinguat, & feudum non hæreditarium vocat ex pacto & prouidentia: hæreditarium verò vocat ſimpliciter hære-

dita-

ditarium, non quòd feuda hęreditaria ex pacto & prouidentia non ſint; vt in d.c.1.de alie.feu.pa. ipſe dicit. vnde concludamus, quòd quædam feuda ſunt ex pacto & ꝓuidentia nõ hæreditaria: quędam verò ex pacto & prouidentia hæreditaria, & duo faciamus capita ſicut Iſer.dicit in c.1.qui ſucc.tene. in fin.in c.1.de alie.feu.pat.§.& ſi li
10 uellus. & hic, quòd † quædam feuda paterna ſunt hæreditaria.quędã verò nõ hæreditaria, vt clarius etiã in c. Titius.ſi de feu.fue.contro. dicit feudum ex pacto & prouidẽtia non hæreditariũ. & quò ad primũ caput feudi nõ hæreditarij pręmittendum eſt, ſecundum Ardiz.ĩ ſua ſumma. quem Andr. in c.1.§.hoc quoque, col.vlt de ſucceſſ.feu. ſequitur, quòd feuda dari poſſunt vſque ad certum tempus, vt in c.1.de feu. guard. c.1.de feu. march. c.1.quib. mo.feu.conſt.po.& poſt.certum tẽpus, vt in c.1.qui ſucceſſ. ten. c.1.de cler.q inu. fec.c.moribus.ſi de feu. fue.contro. & ĩ alio tit. qui ſucceſſ. tene.ità vt nõ ſit vna donatio facta primo & ſequentibus, ſed plures: & quòt ſunt perſonæ totidem cẽſeantur donationes, ſecundum And.in §.hoc quoque. de ſucceſſ.feu.col.3. & §.præterea ducatus.in c.imperialem. col.4.vni ad vitam feudũ donemus & alteri poſt primi mortẽ ſimiliter ad vitam concedamus, & vnuſquiſque ex propria donatione feudũ capiat. arg.l.2. & C.de don. quæ ſub mo.ità vt feuda ipſa de vno ad aliũ, poſt cuius mortẽ reſtitutioni ſubiaceant, ſecundum Iſer. in c.1.col.2.de eo qui ſibi & hæred. ſuis, in cap.2.ſi vas.feu.priu.& in c. præterea.in pen.col.quæ.fu. prima cau.Nec propterea mirũ erit, ſi vaſallus vita comite de feudo diſponit, poſt mortẽ non. c.Titius, ſi de feu.fuer.cõtr.c.1.§.Sed ẽt res, ꝑ quos fiat iuę.& c.1. de alie.feu.pa.cũ ſim.

Iterũ præmitte aliud, quòd ſi primus capit, & dominus pro omnibus in infinitum dedit, vt dixi c.1. §.pen.de his qui feud. dar.poſſ.c.1. §.hoc quoq;, de ſucceſſ. feu.& c.1. ſi vaſ. feu. priu. non tamen vna eſt 11
donatio facta primo, & omnibus ſequentibus, ſed quot perſonę erũt, tot donationes dicentur, ita Iſer. in c.1.§. hoc quoq;, de ſucceſſ.feu. col.3.& §.pręterea ducatus.in c.imperialem. col.4. ad tempus & poſt tempus factæ, idest vnicuiq; vſque ad vitam, & alteri poſt morientis vitam, & in vniuſcuiuſq; perſona non alieno ſed proprio ſtabit iure. arg.l.2.& 3.C.de don.quę ſub mo. 12
quaſi reſtitutioni ſubiaceãt, vt Iſer. in c.1.col.2. de eo qui ſibi & hær. ſu.prob.in c.1.col.2.ſi vaſ. feu.priu. & in §.præterea, in pen.col.quę fuit prima cau.ben.amit.& dic tu reſtitutioni, i.quando vaſallus nõ alienat feudũ, nec delinquit, vel alienat & iuſtè, vt ſupra dixi, eo vt tũc reſtituat poſt mortem, ſecundum glo.& Iſer.in d.verb.& olim, vel ſi delinquit in dominum, tunc etiam poſt mortem aperitur cum effectu ipſi agnato c. denique, quæ fuit prima cau. bene. am. & c.1.an

ille qui inter. fra. dom. ſu. iuncto
c. ſi vaſallus culpam. ſi de feu. fue.
contro. & c.1. ſi vaſ. feu. priu. quia
in vita agitur domino, vt in xj. op-
po. ſupra dixi: item ſubiacent reſti-
tutioni in vita quando non con-
tra dominum delinquit, dicit c. de-
nique, quæ fuit prima cauſa bene-
am. & c. 1. an ille qui inter. fra. do. ſul
vel ſi iniuſtè alienauit ſecũdũ And.
ind. ver. & olim. col. 1. & i c. Titius
ſi de feu. fue. contr. col. 1. quia tũm
etiam ſtatim in vita aperitur.

Quibus ſic præfatis reſpondeo;
11 quòd † feuda ex pacto & prouiden
tia non hæreditaria in dubio præ-
ſumuntur omnia, ex quo eorum
natura hæreditaria non eſt, ſed iu-
re iuſti ſanguinis deſcendentis ad
nos maſculos ſic vocatos veniunt,
c. adoptiui: & c. naturales. Si de
feu. fue. contro. c. 1. de nat. ſucc. feu.
& c. 1. de gra. ſucceſſ. ex quo neceſſa-
riæ reſtitutioni lex feudalis feuda
ipſa ſuppoſuit, vt dixi, propter quã
12 legis prouidentiam neceſſariam †
omnis inueſtitura regulatur à lege
ſecundum Iſer. in locis ſupra alleg.
& melius in c. 1. in princ. de ſucceſſ.
feud. col. 1. niſi pactum expreſſum
repugnaret legi, quando natura
de non hæreditaria alteratur, & ef-
ficitur hæreditaria, vt infrà dicam:
quæ & ſi alterari poſſent, & quinq;
modis effici hæreditaria ſecundum
quoſdã, vt dicemus infra. nõ tamẽ
in dubio præſumuntur, niſi expreſ
sè hoc agatur c. 1. de feu. non ha.
pro. na. feu. Quinimò primus qui
feudũ recepit pro ſe & filiis liberis
vel primogenitis, omnibusq; etiã
naſcituris, de per ſe proprioq; iure
feudum acquiſiuiſſe dicemus d. l. 3.
C. de do. quæ ſub mo. qui & ſi tunc
nati non ſunt, vnde incapaces di-
ci poſſent, ſufficit poſtquàm verba
ſunt apta illos comprehendere,
quòd ſuo tempore capaces poſſint
effici. arg. l. ſi ita quis. ff. de leg. ij.
Or modo hoc intellecto conſide-
ra, quòd ſi dominus vni ad vitam
donaſſet & non alteri poſt mor-
tem ſuam, vaſallo mortuo feu-
dum ſua directa vindicatione do-
minus repeteret. l. 3. C. de do. quæ
ſub mo. in princ. Pone iterum al-
teri poſt mortem primi feudum
conceſſiſſe, certè cum actio directa
à domino remoueri nequeat, l. iij.
ff. pro ſoc. hæc directa huic ſequen
ti modo aliquo cõpetere ſuo nomi
ne nõ poſſet; ſed bene ſua vtili rei
vindicatione ageret, d. l. 3. C. de
don. quæ ſub mo. in 2°. reſpon. ita
per Andr. in c. 1. §. hoc quoque de
ſucc. feu. & in §. præterea ducatus.
vt declaro in 4. col. magiſtraliter
declarata, & hæc in effectu dicere
voluit Soc. in conſilio 19. in primo
vol. col. v^a. dum hæc aurea verba
13 euomuit, videlicet, Quinimò † nec
filij maſculi ſuccedunt in feudo iu
re ſucceſſionis, ſed titulo proprio
& ſingulari donatione ſeu benefi-
tio domini concedentis, non au-
tem titulo vniuerſali, & titulo pro
hærede: quia feudum à ceteris bo-
nis temperatur, & non poteſt poſ-
ſideri niſi beneficio domini: quod
quidem ſi ipſe rationę non pro-
bat,

bat, verumtamen eſt, & hoc clarum iam tu vides. fingit enim lex: quia tot ſunt donationes quot perſonæ, vt dixi, & dominus dans ab omni moriente ipſe reuocauerit, & ſequenti dederit. d.l.3. C. de do. quæ ſub mo. arg. l. ſi duobus. §. vendidi.
14 ff. de diuer. & temp. præſcr. & † cauſa coniungẽdorum actuum, arg. l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. & l.3. de do. inter vir. & vxo. vnus actus occultatur, id eſt vt conceſſio morientis cõiungatur cum donatione facta ſequenti, cui dominus æquè dedit, vn⁹ actus occultatur, hoc eſt, quòd dominus reuocet, fingitur hoc ita factum & ſequenti datum, vnde ſine alio miniſterio ſequens ſua vtili rei vindicatione competente ſibi ob ſuam propriam donationem feudum reuocabit. d.l.3. C. de do. quæ ſub mo. ita per Andr. in locis iam dictis declarata.

Itaque tu l. illam intellige, tum
15 propter donationem feudi † quæ regulariter donatur. c.1. de feud. da. inuicem. l. commiſſ. ſi rationem illam donationis nos attendimus, vt apertius in quinto cap. demonſtramus, tum etiam quia in feudi conceſſione etiam onerosa eſt regulare hodie, vt ita l. illa intelligatur ſecundum Iſer. qui, & quod antiquis incognitum fuerat, & Imperatori viſum ſolus nobis hodie declarat, quod ex eo patet: quia Bar. & communis * ſcola in l. quod dicitur, in fi. ff. de verbor. oblig. non negant, vt in re futura mea vel duratura mea alteri nos ſtipulemur, arg. l. publia. ff. de po. quod melius per d.l.3. ab Iſer. declaratam hodie tu vides, & certum eſt, quòd ſiue tu attendas ſtip. patris recipientis pro omnibus in infinitum; quia eſt duratura ſua, ſtipulatur ſucceſſuris, ſiue ſtipulationem domini: quia & duratura eſt ſua quo ad directum dominium, & etiam quãdo (vt dixi) ſemper text. fingit, ꝙ ad ipſum reuertatur, futura eſt ſua quo ad vtile conſolidandum cum directo, & clarius in feudis nobis patet, vt ex prima ſtipulatione veniat, per tex. in c.1. de feu. fœm. c.1. de duo. fratr. c.1. §. Corradus. de his qui feud. dar. poſſ. & melius in cap.1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis & in cap. ſimiliter. de cap. qui cur. vend. ex quibus iterum inferas, & damna illos qui dicebant, quòd
16 † vt fratri ſtipulemur, ſpeciale eſſe in feudis: dic tu quòd omnibus ſtipulamur, ſiue dominum, ſiue primum acquirentem tu conſiderabis: quia domino duratura eſt ſua, vt dixi, ergo &c. Et hac de cauſa Andr. glo. & omnes exclamant, vt magis beneficio dantis quàm patris feuda habeamus omnes; quia ſi plures ſunt donationes ad tempus & poſt tempus factæ, vnicuique dedit dominus. Quod ſi patre medio, qui recepit & ſua occaſione omnes habemus, non in omni patre ſed in primo eſt, vt in ſequenti ſpecie dicemus. Et ideo ex pacto & prouidentia vocatur, ex quo ita primi pactum, vt in capi.1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis,

ſicut

ſicut dantis prouidentia concurrunt.d.leg.3.C.de do.quæ ſub mo. Magis tamen à domino regulariter habere dico, arg. in l.quæritur de ſtat.hom. ff.poſtquàm regulariter donantur.

His ſic dictis, ſi quæris, quod eſt feudum ex pacto & prouidētia; Reſpon. quòd in dubio ſunt omnia: quoniam aut cōſideramus ſanguinē, iuſtum deſcendentem, cui coherēt c.1.de nat.ſucc.feu.c.adoptiuus. & c.naturales.ſi de feu. fue.contro. quoniam ad ſequentes deuenire neceſſe eſt.l.1.C.de pri.ęo.qui ſac.pal. mil.& vnus alterum non offendit l.3,ff.de inter.hęreditaria nō ſunt. Aut conſideras feuda tanquā donata: quæ cum ex ſtipulatione primi acquirentis & domini dantis vnicuique acquiratur.dic l.3.C.de do. quæ ſub mo. & reſtitutioni ſubiacent, ſecundum Iſer. in c.1. ſi vaſ. feu. priu. c.1.de eo qui ſibi & hær. ſuis.& c.prætereà.col.pen.quæ fuit pr.cau. ben. am. vt per aperta iura ſuperius tibi demonſtraui, nequaquam hæreditaria iudicabuntur, auth. res quæ. C.cōmunia de lega. quæ & ſi alterari poſſent, & quinq; modis ſecundū quoſdam effici hęreditaria, vt infra dicā, non tamen in dubio fit repugnante legis prouidentia neceſſaria, quæ in ſuæ naturæ forma pacta ſemper interpretatur, & reſtrīgit, vt dixi c.1.de feu. non ha. propriā naturam feu. quia tunc eſt illud, quando pactum legi eſt contrariū, vt ibi. & nō aliter acquiſiuit, ergo primus ꝑ ſe.d.l.3.C. de dō. quæ ſub mo. qui & ſi tunc ſunt incapaces feudi, ſufficit ꝙ ſuo tpe capaces poſſint effici.l.ſi ità qs.
17 ff.de leg.& in dubio † feuda ex pacto & prouidentia nō hæreditaria eſſe affirma, prout And. noſter auriga docet, cū quo teneas: quia omnes aliqua, ipſe ſolus omnia dixit:

18 Quęro qđ † eſt feudum ex pacto & ꝓuidētia hęreditarium. Breuiter
19 te abſoluendo dic, ꝙ † quędā ſunt feuda recta, quæ in propria ſtant natura, vt in c.1.§.fi.quid ſit inue. nota. & in c.1.quib.cau. feu am. §. fi.& regulariter non ſunt hęreditaria, vt in præcedenti ſpecie dixi.
20 Quędam † verò dicuntur feuda cōditionata, vt in d.§.fin.quæ ſic glo. fin.in ca.fin.de capit.qui cur.vend. appellat.& feuda non habentia propriam naturam feudi efficiuntur, quæ in tantùm alterantur, in quantum expreſſè dicitur & omnes qualitates recipiunt, etiam contrà feudorum naturam & feuda remanēt, ſi ſub hoc feudi nomine ſunt data, vt in c.1.de feud.non hab. pro.natu. feud.

Videndum eſt ergo quando alterantur, in quibus caſibus hæreditaria efficiantur. Declarabo igitur primò quomodo poſſunt eſſe feuda ex pacto & prouidentia ac hæreditaria, & inde faciam tibi capita quinque ad oſtendendum, quando feuda ſunt hæreditaria.

Quò ad primum reſpondeo
21 quòd ſi quæris an † feuda donata ſub qualitate hæreditarij ſint ex pacto & prouidentia; & dico quòd ſic,

ſic, ex quo concurrit prouidentia dantis, qui ſibi & hæredibus ſuis dedit d. l. 3. C. de do. quæ ſub mo. çquè etiã principaliter & recipientis pactum, qui pro hæredibus accepit, erit ergo ex pacto & prouidẽtia, vt ſuprà declaraui, licetque vtili actione agam, quia pater ſtipulatus eſt pro me in re futura ſua l. Publia. ff. depo. ita per Bart. in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. interpretata, & dans ita dedit in re duratura ſua quò ad directum, vt in cap. 1. §. fin. in quibus cauſ. feu. amitt. & futura quò ad vtile, vt in d. l. 3. C. de don. quæ ſub modo vt ſupra in præcedenti capite dixi: non propterea non erunt hæreditaria: quia iſta ſtant ſimul, quòd ſint ex pacto & prouidentia, & ſint hæreditaria, ſecundum Andr. in cap. 1. de alienatione feu. pat. in ſecunda colona in cap. 1. qui ſucceſſ. tene. col. vlt. & hic, ac aliqualiter in §. & ſi liuellus. de alie. feu. pa. in ſecunda & 4. col. nam
22 qualitas † hæreditaria non prohibetur concurrere cum qualitate ſanguinis, ſuper quo prouidentia legis neceſſaria fundabatur, ſecundum Franc. de Are. Iaſ. & alios in l. quod dicitur. ff. de verborum oblig. vt eſt tex. in l. cum patronus. §. cum libertus. de ope. liber. & patet in omni filio in feudo nouo, quod ex prouidentia legis verè ſanguinis habet, cap. 1. §. cum verò Corrad. de his qui feu. dar. poſſ. in quo filius non venit contrà voluntatem defuncti ratione occaſionis, vt infra, ita etiam & ratione qualitatis hæreditariæ, ſed ſanguis primò regulabat pactum, nũc regulatur à pacto, vt per quinque oppoſitio. in oppoſitionib. ꝓbaui, & licet Iſer. in conſti. hac edictali lege in perpetuum, videatur facere differentiam inter feud. ex pac. & prouidentia & hæreditarium, non negabat ipſe illud eſſe ex pacto, ſed propter qualitatem hæreditarij debatur diſpoſitio ibi plus in hæreditario, quàm in non hæreditario. Et ſi quæris de ratione. reſponſio eſt in promptu: quia eo ipſo quòd de hæredibus mentionem fecit, prima natura non hæreditarij in naturam hæreditarij transfunditur c. 1. de feud. non ha. propr. na. feud. & ſtatim quòd dixit hæredibus, hæreditariũ eſt effectum, ſecundum Andr. in cap. 1. de ſuc. feu. §. hoc quoq;, col. 2. & hic in prima & col. 2. & in c. 1. §. huius autem generis. in qui. cau. feu. am. & per Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. liber. & hoc eſt quod voluit Andreas dicere in cap. 1. in ſecũda col. de alie. feu. pat. quòd licet feudum datum pro hæredibus nobis debeatur ex prouidentia dantis, & pacto recipientis, alia tamen ratione non reuocabit; quia tenetur eſſe hæres quaſi prima natura, ſi naturam habet, in hanc ſecundam ſit transfuſa. d. c. 1. de feu. non ha. pro. na. feu. vt apertius ſupra in quinta oppo. in capite filiorum demonſtraui, & tunc quando ly hæredibus, eſt appoſitũ

23 † nunq̃ feudũ habebit qui non eſt heres morienti ſcd̃m Andr. hic in d.§. hoc quoque. & conſequens cõtra factum ſuum minimè venire poteſt.l.cum à matre.C.de rei vind. Ita declarat ipſe in d.cap.1. de alie. feu.pa.idem dicebat in c.1.§. huius autem generis, in quibus cau. feu. am. in 3. col. verſiculo quandò verò.dicit, quòd licet feudum datum pro te,& liberis nominibus expreſſis ſit ex pacto & prouidentia non hæreditarium etiam in primo, vt in ſua ſpecie infra videbis.ſi tamen datum eſt pro te & liberis nominibus expreſſis heredibus, hæredita-

24 rium eſt ſemper; quia † non attendimus perſonam ſtipulantis; ſed modum ſtipulandi l.Seia.ff.de do. præle. hoc idem voluit idem Iſer. in cap.1.§. quid ergo.in vlt. col. de inue. de re alie. fa. quòd licet feudum datum pro te & filiis ſit non hæreditarium, vt infrà patebit; ſi tamen eſt datum pro te & filiis ſicut hæredibus, ideſt, quia dedit pro filiis hæredibus, hæreditarium efficietur, pro quo addo tex. ſingularem aliàs ad hoc non ponderatum in cap.1. qui ſucceſſ. tene. ibi hærede eorum, quaſi quòd in feudo, quod capiunt iure hæreditario ſucceſſor teneatur ſtare facto defuncti, quod ſecus eſſet vbi iure proprio venirent, ſecundum Iſer. in vlt.col. & omnes ibi. Ergo in feudo hæreditario minimè contrà prędeceſſoris factum quis venire poteſt, nam cum miniſterio in principio illius capituli loquitur per ly ſucceſſores, quaſi nemo ſit hæres in laycis per ly hæredes eorum, & ita communis eſt* concluſio Andreæ & omnium: nam eo ipſo ꝙ appoſitum eſt ly hæredibus, hæreditarium efficitur tranſmiſſione ad hæredes, & vnus alteri ſit hæres, vt ſupra in oppoſi.vſque ad 6. probaui, quaſi quòd licet & à dante & primo acquirente feudum habeât: non tamen primo ſuccedunt, vt nihil vltrà ſanguinem iuſtum deſcendentem à moriente habeant, vt in non hereditario dicimus, ſed de vno etiam ad alium ratione qualitatis hæreditariæ, vt infra videbis, feuda tranſmittuntur, & ſanguini hæreditario tunc dantur, vt dixi: Nec oportet dicere hæredibus, ſicut hęredibus, quia aliàs intelligeretur de filiis, vt quidam dicunt, ſed ſufficit dicere hæredibus, vt in iiij. contrario in capite filiorum dixi, & ita Andreæ doctrina in dicto §. quid ergo, eſt intelligenda; & ratio omnium ſupradictorum eſt: quoniam ſic faciendo, prouidentia legis à qua regulabatur pactum prius neceſſaria, efficitur voluntaria, vt ſupra dixi, & à pacto regulatur, vt ſicut in non hæreditario eo inuito ad ſequentes venit, in hæreditario veniat niſi prędeceſſor cum aſſenſu diſpoſuerit, & ſic primum quęſitum ac primum caput declarata habeş, quę mille mediis tibi probarem, niſi indubitabilia ipſa reputaſſem; ſuper quibus inſiſtere non conſueui.

Secun-

Secundum caput illorum, quę hæreditaria dicuntur in effectu, nõ quòd natura rei ſit hęreditaria, vide Spe. in titulo de loca. in §. nunc aliqua. ver. 158. eſt, ſi conſideras feudum non hæreditarium in perſona primi acquirentis, nam in hoc primo vim habet hęreditarij; quia quod operatur ly hęredibus, in pręcedenti capite operatur occaſio ſeu contemplatio in iſto, ſecundum Salv. in l. omnimo. §. imputari. C. de inoff. teſta. & Bal. in cap. inter dilectos. col. 3. de fi. inſtru. ex quo nemo reuocabit quod factum eſt ab eo, cuius occaſione feudum nos habemus, ſecundum glo. in verbo inueſtire. in cap. 1. §. hoc quo-
25 que, de ſucceſſ. feu. in fi. dum † in feudo nouo patrem poſſe pręiudicare filio dicit, & communiter ibi ab omnibus approbatur, Andr. in cap. 1. §. & ſi liuellus, in vltima col. de alie. feu. pa. hic in 3. col. in cap. Titius. in vltimis verbis, ſi de feudo fuerit controuerſia, in capitolo primo colũna ſecunda ſi vaſ. feu. priuetur. in cap. 1. §. quid ergo. col vlt. de in. de re alie. fac. in cap. 1. §. huius autem generis. col. 3. verſiculo ſed in quæſtione, in quibus cau. feu. amitt. & in conſtit. cõſtitutionẽ diuę memoriæ. in princ. & in c. 1. col. 4. de natura ſucc. feu. ibi quid ergo. vt in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. & l. qui proprio. §. procurator vt in certis. ff. de procur. cui addo tex. not. in l. 3. ff. de inter. & relegatis. iuncta l. 4. ff. de iurepatr. quaſi ideò in l. 3. in libertis noceat, quia & ſi ſub iure hæreditario non veniũt, vt in quinto capite dico; occaſione tamen patris filius haberet, propter occaſionem ergo nocet eis, quod clarius patet in l. j. iuncta l. liberti. ff. de aſſi. libertis. ſed ſic eſt quòd omnes primi occaſione feudum habent cap. 1. de eo qui ſib. & hær. ſuis. & l. 3. C. de dona. quæ ſub modo, cum ſim. vt hic & in locis allegatis Iſer. confirmat, ergo
26 † omnes in infinitum ſequentes cõtra factum primi venire non poſſunt, & occaſionis ratione tenentur eſſe hæredes, tex. eſt clarus in l. cùm patronus. ff. de ope. liber. §. primo, vbi in operibus promiſſis, & ſic in nouo tenetur filius eſſe hæres, in antiquis non vt eo. tit. l. ſi operarum.

Nec obſtat intellectus Iacobi de Ardiz. in ſua ſumma. de ſucc. feu. in duobus locis. ad d. tex. in l. cum patronus, dum intelligit, quòd tunc ſint hæredes, quando ſimpliciter datur feudum, ſecus ſi expreſsè dicitur pro ſe & liberis, dictu, quòd dubium in illa lege non erat iſtud; ſed quoniam appoſitione hæredis intelligitur in operibus de primo tantùm; vt in lege ſciendum, in fi. de verborum ſignificatione, dubitabant, quòd hoc tunc intelligitur, quando eſt expreſſum nomen hæredum, quaſi ſecus eſſet, dicto tex. nihil, ibi dicit, quòd non, quod intelligitur de liberis, etiã ꝙ nõ dicatur, ſed qa ipſe q̃ſiuit, liberi erũt hęredes. Et

aduerte, ne cum errantibus erres, quòd nedùm primus, qui ſuccedit primo, erit ei hæres, ſed omnes in infinitum ei hæredes erunt, ideſt qualitatem hæredum, vt facta per ipſum non poſſint reuocare; retinebunt: quia ſi occaſio iſtud operatur, omnes occaſione primi habent, vt dixi. Exemplum: pone enim primum acquirentem ſeruitutem impoſuiſſe cum aſſenſu in feudo, qui ſuccedit non reuocaret quia eius occaſione feudum habet, cæteri minimè; tùm quia omnes primi occaſione feudũ habent; tùm etiam quia iure factum eſt, ex quo paterni feudi alienationem non noui vetat capitulum primum de alie.feu.pat.cap. Titius. ſi de feu.fue.contr. cap.1.§. ſed & res. per quos fiat inue. & hic ea ratione: quia occaſione primi omnes feudum habent, ſecundum Andr. in cap.1.de alie.feu.pat.§.& ſi liuellus: nulla diſtinctione habita ſi ſimpliciter cępit, vel pro ſe & liberis, vt conſiderat Iacobus de Ardiz. quoniam ſi ceſſaret qualitas hæreditaria, non ceſſat occaſio, propter quam de feudo diſponimus; vt hic dico: ineſt enim ſemper illa qualitas, vt ad deſcendentes vadat, etiam quòd hæreditaria non ſit, niſi acquirens vocauerit in vita, ſecundum Iſer. in locis ſupra allegatis, arg.l. cum quis. ff.de ſolu.& l.fi.C. ſi manc. ita alie. fue. vt man. de quo in l. qui Romæ.§. Flauius.ff. de verb. oblig. & nos inf. in decimaſexta quæſt. dicemus. Quia (vt inquit Bal.in cap. inter dilectos, de fi. inſtru. col.5.)
27 omnis † res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem cauſas reſoluitur; & non per ſeparatas, quia ab eiſdem, & per eoſdem ortus & occaſus, & datur generatio, & corruptio feudorum. Quam obrem reſpectu filij, vt ei noceat in omni feudo, etiam non hæreditario nouo intelligimus capitulum imperialem, vt ſupra in prima oppoſitione dixi. ex quo ſequitur, quòd ſi captum eſſet feudum pro ſe & hęredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, gradus & ſexus prærogatiua ſeruata, ita quòd maſculis non extantibus agnati ſibi collaterales admittantur, iſte agnatus hæres erit huic primo acquirenti; quia occaſione ſua omnes habent, ſequentibus non: & hoc ſi propria contemplatione agnati non eſſet quæſitum; quia tunc nec primo hæres erit, vt Andr. in d.§. & ſi liuellus. per 4. col. declarat, vt infra in propria quæſtione occaſionis patebit; quia non omnis occaſio ſufficit vt nocere poſſit, vt infra in ſeptima quæſtione dico, & ideo quando pater ſtipulatur pro ſe & filiis, nocemus eis, ſecundum Iſer.in cap.1.de ſucceſſione feu. quia contemplatione patris habituri ſunt, etiam quòd res non ſit hęreditaria, ſed ſi ſtipulatur nomine proprio, quo caſu non cenſetur contẽplatione filij datũ.l.fi.C.de vſufr. ſecus, & ſemper aduerte, vt in facto cõſideras,

ras, cuius contemplatione fiat: quia
28 † contra has præſumptiones admittuntur veræ proba. ſecundum Iſer. in cap.1. de ſucc. feu. cap.1. de alie. feu.

Tertium caput hæreditarij con
29 ſideratur in filio † qui cauſa honoris tenetur eſſe hæres patri, & naturam, ac ſanguinem, quem ab eo filius habet, recompenſare ei, vt hic & in cap. filius. de cap. qui cur. vend. vt late nos in prima oppo. in capite filiorum diximus.

Sed tunc contra de eo, quod dicit glo. hic & Iſer. & idem Iſer. in cap.1. verſi. & filius fratris, in verbo item loquimur, in tit. Imperator Lotharius, in cap. pri. qui ſucceſſ. tene. col. vlt. ac vbique, quòd filius capit feudum ex pacto & prouidentia, etiam quòd patris non ſit hæres. Sol. non eſt hæres patri in feudo non hæreditario, ſed in hæreditate burgenſatica vt hic, quia nõ exiſtente feudum abſque quòd eſſet hęres caperet, vt in viij. & xiiij. quęſt. infr. probo, ob quam, ſi inuentarium non facit vltra burgenſatica, ipſe tenetur, vt in ſua quęſt. inuentarij infr. dico.

Nec obſtat, quod dicitur hic per Iſer. quòd eſt hęres in feudo; quia † eſſe hęredem in feudo intelligi-
30 tur dupliciter, vt ſupra in quinta oppo. in capite filiorum dixi. & ſtant ſimul, quòd capiat rem vt hęres, & non tamen iure hęreditario, vt in l. pro hærede. §. ſi quid. ff. de acquir. hær. ſecundum Bal. in conſ. 82. in primo vol. Et poſſes etiam dicere, quòd eſt hæres in feudo, ideſt quia dum feudum cum iſta qualitate accidenti habet, vt ſi hæres nõ faciendo inuentarium, eſſet hæres in feudo, hoc eſt quòd obligaretur vti filius, & vti feudatarius omnimodo, quo obligatio ſuper feudo valeret, ſi ipſe vellet, quod vel intelligeretur tacitè, ſi non facit inuentarium, quod nota, non tamen quòd feudum ſit hęreditarium. Vel vltimò, & melius dic, quòd nunquam iſti conſiderant quòd feudũ ſit hæreditarium. Sed quòd propter feudum filius eſt hæres patri, quaſi vnum ſine alio non capiat.

Quartum caput eſt, quod alij
31 conſiderant; quia † in dubio vnuſquiſq; cenſetur pro ſe & hæredibus feudum accepiſſe, vt in l. ſi pactum ff. de prob. & cap.1. de duob. fra. putantes quòd ly hæredibus ſic à lege interpretatũ ſignificat, ideſt iure hæreditario, ſed grauiter errant; quia debet intelligi, vt non ſit perſonale, vt in ſecunda oppo. principali ſupra in capite filiorum cum duabus ſequentibus dixi: quia cenſetur cæpiſſe vt ius vult. l. ſi cui. ff. de ſerui. & l. quanquam ff. de rit. nupt. vt ibidem probaui.

Quintum caput & vltimum eſt,
32 quando † pater emit feudum, permutauit, vel quid ſimile fecit. hoc caſu ex prouidentia non erit ſed ſimpliciter hæreditarium, ex quo nulla prouidentia dantis conſideratur, cum dominus non donauit, ſed védere voluit, & loco pũidẽtiæ conſideratur pecunia patris, ob quã

hęreditarium diceretur, ſecundum And. in c. 1. §. præterea ducatus, in 4. col. de proh. feu. alie. per Fed. & in c. 1. §. quid ergo, in vlt. col. de inue. de re al. fac. vt declarat ipſe in c. 1. §. profecto, in tit. quid iur. ſit ſi poſt alie. in fi. in quo Andr. deceptus eſt autoritate Odof. in ſumma ſua, quem in 4. & 7. col. Bal. refert in c. 1. de his qui feu. dar. poſſ. §. & quia, & non approbat, & nos in c. 1. in §. hoc quoq; in noſtra repetitione ſucceſſionum reprobauimus; quia adhuc ex gratia habetur in feudo, quod emitur, vt eſt tex. in conſt. vt de ſucceſſ. §. in omnibus. ſed quo ad punctum, de quo quærimus quid dicemus? Certè Andr. bene dixit, quòd iſta feuda non ſint ex illa prouidentia dantis, prout eſt quando ſimpliciter donat, vt dixi, ſed magis erit tunc ex pecunia ementis, & ſic videtur mihi vt Lucas etiam in l. 1. C. de impo. lucr. deſcr. col. x. in fi. lib. x. ibi, quid enim ſi feudum, atteſtatur, non tamen per hoc minus prouidentia dantis conſideratur de ſecundaria ſaltem intentione; quia Rex non vendidiſſet ei à quo fidelitatem nõ ſperaret, & propter pecuniam & ob fidelitatem dedit ſimul. Quia pecunia ſola non fuit in cauſa, vt dicit Hoſti. in titulo de feudis. verſiculo quis poſſit conſtitu. feudum in fi. & vt patet etiam in cap. 1. de feu. dat. in vicem l. commiſſ. patet,
33 quòd † tanto magis in pignore feudi pactum legis commiſſoriæ improbatur, quãto quòd fœneratores conſiderant lucrum tantùm, & nõ honorem domini, quaſi quòd vtrũque conſiderari debeat, vt eſt in venditione, quæ permittitur. Sed quòd propterea dicantur hæreditaria (cum reuerentia patris noſtri Andr.) ſatis videtur abſurdum;
34 quia † licet feuda pecunia acquiri non debeant, ſed magis beneuolentia, c. 1. de feu. dat. in uicem l. commiſſ. fateor, ergo, ſi eſt emptum ſub nomine feudi, non eſt feudum:
35 nego conſequentiam: quia † feuda venduntur. in cap. Titius. ſi de feu. fue. contro. cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inue. cap. 1. §. porrò. qual. ol. feu. alie. po. cap. 1. quemad. feu. ad fil. pti. c. 1. de inue. in mari. fact. cap. 1. de ben. fra. cap. 1. §. primo, de nat. feu. licetque in prima feu. natura non ſtet; quia emptum & non ſimpliciter donatum, cap. 1. §. fi. in quib. cau. feu. amit. & d. c. 1. de feu. da. in vicem l. commiſſ. non propterea ſi datur in feudum, deſinet eſſe feudum, vt in cap. 1. de feu. non hab. prop. nat. feu. & Andr. in cap. 1. de nat. feu. firmat. Eſt ergo feudum non habens in hoc naturam feudi, ſi in hoc alteratur eius natura, in cæteris eadem natura firma manet, d. cap. 1. de feu. non hab. prop. na. feu. vt ſupra declarauimus pluries, & expreſsè firmat Iſer. met in cap. 1. de feu. da. in vi. l. com. vnde licet ex capite prouidentiæ primariæ intentionis dici poſſet, quòd non efficiatur non hæreditarium; cum non ęquè principaliter concurrant, vt dixi, efficitur

citur

citur tamē nō hæreditariū de ſecundaria intentione, quæ ſufficit, arg. l.ſi abſentis. C.ſi cert.pet.cum aliàs videmus in l.qui Romæ.§. Flauius.
36 ff.de verbor. obli. quòd † donatio onerosa tamen donatio eſt, vt ibi not. Bar.& patet toto titulo. C.de dona. quæ ſub mo. Conſiderauit enim qui vendidit de primaria intentione habere pecuniam & ſecundariò habere fidelitatem, & ab omnibus ſequentibus, quibus ęquè donauit, conſiderauit habere fidelitatem, & ideo pro eiſdem donauit; donauit ergo illis de ſecunda-
37 ria intentione. Nam † tribus modis potuit inueſtiri, quia aut emit pro ſe & filiis hæredibus, & in hoc non eſſet dubium, ex quo expreſſit hęredibus, vt ſupra dixi. Aut & ſecundo modo emit ſimpliciter, aut & tertio modo emit pro ſe & liberis: ſi ſimpliciter cōſiderauit quod ius vult, vt paulò ante declaraui, ſecundum quod non hæreditariū eſſe concluſimus, ſi pro ſe & liberis, tunc arguo ſic. Qui ſic feudum emit, voluit generi ſuo prouidere in infinitum. l. liberorum. ff. de verborum ſigni. & in ſimili arguit Andr.in cap.primo §.hoc quoque. in 3. col. de ſucceſſ. feu. ergo vnus alteri in illis non præiudicabit.l.3.ff.de interd.& releg. iūcta.l.4.ff.de iur.pat.& l.liberti.ff.de aſſign.lib. erit ergo hoc caſu non hæreditarium, non principaliter ex prouidentia dantis, ſed ex prouiſione ſua in re futura ſua.d.l. publia. ff. depo. ac ſecundariò ex prouidentia dantis; Quæ prouidentia non propterea minus attenditur, quia pecuniam recipit; quoniam aliàs ex quo ſeruitia recipit, feudū non eſſet gratia, & tamen gratia eſt ſecundum Peruſinos in præludijs quæſt.3. vt dixi, & vt in ſimili adducit quàmplura Alex. conſi.9. in quinto volu.quæ per vos videre poteritis. & à natura etiam ipſius
38 rei, quod patet; nàm † qui ius patronatus acquirit propter naturā rei iure hæreditario acquiſiuiſſe nō cenſetur, vt l.pro hærede.§.ſi quid tamen. ff.de acquir.hær. & ideò ad extraneos non vadit, vt l.ſi non ſortem. §.libertus. ff. de cond. indeb. & melius in l.ſi operarum iudicio, & ibi glo. ff.de ope.lib. nec diſtinguit lex emptum ſit vel donatum ius patronatus, ſeu an liberti
39 ſint † nec & nos diſtinguere debemus, vulgata.l.de pretio.ff.de publi. vt in ſimili arguit Andr. hic col.3.verſi.vnde ſi hanc.Ita & ſimiliter qui emit feudum propter naturam rei feudalis, quę à natura ſua hęreditaria non eſt, vt in pręcedenti capite probaui, alio in contrarium non apparente, quod expreſſe naturam alteret, vt dixi, iure non hæreditario emiſſe cenſeantur & vt ius vult, vt ſupra in 2. vſque ad 6. apertiſſimè probaui; præſertim çum hęc natura domui ſuæ proſit. ex quo ipſe acquirens, vt dixi, alienat, & ſequentibus ita capiēdo interdicetur: ob quod in familia perpetuò perdurabit.

Nec obſtat, quòd quidam dicunt,

hæreditarium diceretur, ſecundum Andr. in c. 1. §. præterea ducatus, in 4. col. de proh. feu. alie. per Fed. & in c. 1. §. quid ergo, in vlt. col. de inue. de re al. fac. vt declarat ipſe in c. 1. §. profecto, in tit. quid iur. ſit ſi poſt alie. in fi. in quo Andr. deceptus eſt autoritate Odof. in ſumma ſua, quem in 4. & 7. col. Bal. refert in c. 1. de his qui feu. dar. poſſ. §. & quia, & non approbat, & nos in c. 1. in §. hoc quoq; in noſtra repetitione ſucceſſionum reprobauimus; quia adhuc ex gratia habetur in feudo, quod emitur, vt eſt tex. in conſt. vt de ſucceſſ. §. in omnibus. ſed quo ad punctum, de quo quærimus quid dicemus? Certè Andr. bene dixit, quòd iſta feuda non ſint ex illa prouidentia dantis, prout eſt quando ſimpliciter donatur, vt dixi, ſed magis erit tunc ex pecunia ementis, & ſic videtur mihi vt Lucas etiam in l. 1. C. de impo. lucr. deſcr. col. x. in fi. lib. x. ibi, quid enim ſi feudum, atteſtatur, non tamen per hoc minus prouidentia dantis conſideratur de ſecundaria ſaltem intentione; quia Rex non vendidiſſet ei à quo fidelitatem nõ ſperaret, & propter pecuniam & ob fidelitatem dedit ſimul. Quia pecunia ſola non fuit in cauſa, vt dicit Hoſti. in titulo de feudis. verſiculo quis poſſit conſtitu. feudum in fi. & vt patet etiam in cap. 1. de feu. dat. in vicem l. commiſſ. patet,
33 quòd † tanto magis in pignore feudi pactum legis commiſſoriæ improbatur, quãto quòd fœneratores conſiderant lucrum tantùm, & nõ honorem domini, quaſi quòd vtrũque conſiderari debeat, vt eſt in venditione, quæ permittitur. Sed quòd propterea dicantur hæreditaria (cum reuerentia patris noſtri Andr.) ſatis videtur abſurdum;
34 quia † licet feuda pecunia acquiri non debeant, ſed magis beneuolentia, c. 1. de feu. dat. in uicem l. commiſſ. fateor, ergo, ſi eſt emptum ſub nomine feudi, non eſt feudum:
35 nego conſequentiam: quia † feuda venduntur. in cap. Titius. ſi de feu. fue. contro. cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inue. cap. 1. §. porrò. qual. ol. feu. alie. po. cap. 1. quemad. feu. ad fil. pti. c. 1. de inue. in mari. fact. cap. 1. de ben. fra. cap. 1. §. primo, de nat. feu. licetque in prima feu. natura non ſtet; quia emptum & non ſimpliciter donatum, cap. 1. §. fi. in quib. cau. feu. amit. & d. c. 1. de feu. da. in vicem l. commiſſ. non propterea ſi datur in feudum, deſinet eſſe feudum, vt in cap. 1. de feu. non hab. prop. nat. feu. & Andr. in cap. 1. de nat. feu. firmat. Eſt ergo feudum non habens in hoc naturam feudi, ſi in hoc alteratur eius natura, in cæteris eadem natura firma manet, d. cap. 1. de feu. non hab. prop. na. feu. vt ſupra declarauimus pluries, & expreſsè firmat Iſer. met in cap. 1. de feu. da. in vi. l. com. vnde licet ex capite prouidentiæ primariæ intentionis dici poſſet, quòd non efficiatur non hæreditarium; cum non ęquè principaliter concurrant, vt dixi, efficitur

citur tamē nō hæreditariū de ſecundaria intentione, quæ ſufficit, arg. l.ſi abſentis. C.ſi cert.pet.cum alias videmus in l.qui Romæ.§. Flauius.
36 ff.de verbor. obli. quòd † donatio onceroſa tamen donatio eſt; vt ibi not. Bar.& patet toto titulo. C.de dona: quæ ſub mo. Conſiderauit enim qui vendidit de primaria intentione habere pecuniam & ſecundariò habere fidelitatem, & ab omnibus ſequentibus, quibus ęquè donauit, conſiderauit habere fidelitatem, & ideo pro eiſdem donauit, donauit ergo illis de ſecunda-
37 ria intentione. Nam † tribus modis potuit inueſtiri, quia aut emit pro ſe & filiis hæredibus, & in hoc non eſſet dubium, ex quo expreſſit hęredibus, vt ſupra dixi. Aut & ſecundo modo emit ſimpliciter, aut & tertio modo emit pro ſe & liberis: ſi ſimpliciter cōſiderauit quod ius vult, vt paulò ante declaraui, ſecundum quod non hæreditariū eſſe concluſimus; ſi pro ſe & liberis, tunc arguo ſic. Qui ſic feudum emit, voluit generi ſuo prouidere in infinitum. l. liberorum. ff. de verborum ſigni. & in ſimili arguit Andr.in cap.primo §.hoc quoque. in 3. col. de ſucceſſ. feu. ergo vnus alteri in illis non præiudicabit.l.3.ff.de interd.& releg. iūcta.l.4.ff.de iur.pat.& l.liberti.ff.de aſſign.lib. erit ergo hoc caſu non hæreditarium, non principaliter ex prouidentia dantis, ſed ex prouiſione ſua in re futura ſua.d.l. publia. ff. depo. ac ſecundariò ex prouidentia dantis; Quæ prouidentia non propterea minus attenditur, quia pecuniam recipit; quoniam alias ex quo ſeruitia recipit, feudū non eſſet gratia, & tamen gratia eſt ſecundum Peruſinos in præludijs quæſt. 3. vt dixi, & vt in ſimili adducit quàmplura Alex. conſi. 9. in quinto volu. quæ per vos videre poteritis. & à natura etiam ipſius
38 rei, quod patet; nàm † qui ius patronatus acquirit propter naturā rei iure hæreditario acquiſiuiſſe nō cenſetur, vt l.pro hærede.§.ſi quid tamen. ff.de acquir.hær. & ideo ad extraneos non vadit, vt l.ſi non ſortem. §.libertus. ff.de cond. indeb. & melius in l.ſi operarum iudicio, & ibi glo. ff.de ope.lib. nec diſtinguit lex emptum ſit vel donatum ius patronatus; ſeu an liberti
39 ſint † nec & nos diſtinguere debemus, vulgata.l.de pretio.ff.de publi. vt in ſimili arguit Andr. hic 3 col.3.verſi.vnde ſi hanc.Ita & ſimiliter qui emit feudum propter naturam rei feudalis, quę à natura ſua hęreditaria non eſt, vt in pręcedenti capite probaui, alio in contrarium non apparente, quod expreſſè naturam alteret, vt dixi, iure non hæreditario emiſſe cenſeantur & vt ius vult, vt ſupra in 2. vſque ad 6. apertiſimè probaui; præſertim cum hęc natura domui ſuæ proſit. ex quo ipſe acquirens, vt dixi, alienat, & ſequentibus ita capiēdo interdicetur: ob quod in familia perpetuò perdurabit.

Nec obſtat, quòd quidam dicunt,

cunt, Andream excuſantes, quòd Andr. intellexit in primo emẽte: nã licet ĩ §. quid ergo, de inue. de re al. fac. poſſet de hoc dubitari, tamen in §. præterea. in c. imperialem. ſatis apertè loquitur in feudo antiquo ibi, & deſcendentes vixerunt vt Franci. Conclude ergo, vt dixi; pro quo eſt tex. clarus in l. filius. ff. de obſe. præſta. quem reputo ad hoc ſingularem. & in l. 1. C. de bo. liber. & l. etiam. C. de obſe. præſta.

¶ Quæro ſecundò, quid eſt hoc dicere, quod in feudo hæreditario capimus feudum à moriente, in non hæraditario ſuccedimus primo.

40 Hor adeſte, nos habemus tria † ſãguinem, gradum & qualitatem hęreditarij: ſi conſideras ſanguinem iuſtum deſcendentem. c. adoptiui. & c. naturales. ſi de feu. fue. contr. c. 1. de gra. cog. & c. 1. de nat. ſucc. feu. hunc capimus à primo acquirente & non à collaterali moriente. c. 1. de eo qui ſibi & hær. ſuis. & c. 1. de feu. marchiæ. ibi. per inuen. aui. Patet

41 quia † frater fratri in feudo nouo non ſuccedit. c. 1. §. Corradus. de his qui feu. dar. poſſ. c. 1. de duo. fratr. & tamen ſuccedit fratri in feudo antiquo. cap. 1. §. primo, de grad. ſucc. inter quæ nulla ratio reddi poteſt; niſi quia in feudo nouo dẽ ſanguine fratris non eſt; in feudo antiquo, ſi non eſt de ſanguine, ſufficit quòd ſit de ſanguine primi acquirentis, vt in cap. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, & in d. c. 1. de gra. ſucc. ſanguinem ergo capimus à primo, & hoc ſi conſideramus acquiſitionem feudi; ſi verò conſideramus amiſſionem ipſius feudi, tunc conſideratur ſanguis tenentis feudum, & non primi, niſi eſſet feudum nouum, puta filius à patre, vt hic, & in cap. filius, de cap. qui cur. vend. vt clariùs in prima oppo. in capite filiorum dixi, dum ſanguinem infectum amiſſionem feudi cauſare concluſimus. In quo aduertendum eſt: quia iſte ſanguis hoc modo conſideratus, vt ſupra dixi, in acquirendo feudum ità habet locum in hęreditario, ſicut in non hæreditario; quia in non hæreditario ſanguis eſt ſolus; in hæreditario adeſt ſanguis, & qualitas hæreditaria, ex quo iſta ſimul ſtare non prohibentur; ſecundum Franc. de Aret. & Iaſ. in l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. ſed plùs operatur qualitas hæreditaria, ex quo cauſat feudi amiſſionem in filio & in omni agnato, vt ſupra in quinta oppoſ. probaui; ex quo prima natura trasfunditur in ſecundam, vt ibi dixi.

Vnde ſi tu diceres, quòd in feudo hæreditario capimus ſanguinem à moriente, dum agnatus nocet agnato, vt ſupra diximus in oppoſitionibus agnatorum: Reſpon. quòd quæ dicimus propriè ſtant in feudo nõ hæreditario, & etiam ſtarent in hæreditario; ſed alia ratione poſtea repellitur, & nõ reuocabit feudũ; ſcilicet quia tenetur eſſe hæres, ità Iſer. in c. 1. col. 2. de ali. feu. pat. ibi. alia tamen ratione non reuocabit, vnde vides quòd non eſt

ſanguis

ſanguis tenentis feudum, qui cauſat amiſſionem feudi: quia de ſanguine ſuo nõ eſt, ſed qualitas ipſa hæreditaria, quam nos nunquam negamus; ſi conſideras gradum
42 † quia in linea deſcendenti non datur.§.j. inſtitu.de nupt. in infinitum deſcendens à primo ſuccedit. cap.1.§.hoc quoque.de his qui feud.dar.poſſ.cap.1.§.hoc quoque. de ſucceſſ. feud. & cap. 1. ſi vaſal. feu.priua. quia conſiderando ſanguinem ſolum; excedit limitationis gradum, etiam ſi eſſemus in milleſimo gradu, dum tamen conſtet, quòd à primo deſcendat, ſecundum quòd de Regibus ſuccedentibus in Regno in conſtitu.vt de ſucceſſ. notatur. Conſiderabitur ergo in linea collaterali de iure antiquo vſque ad quartum, cap.1. §.j.de ſucceſſ. feud. cum concord. hodie vſque ad ſeptimum, vt in cap.1.§.hoc quoque.de his qui feu. dar.poſſ.in Regno vſq; ad tertium incluſiuè, vt in conſtitutione vt de ſucceſſionibus in feudis quaternatis, in planis, & de tabula, vt ius iſtud vult. Capimus ergo gradum à moriente, & hoc voluit dicere Iſern.in cap.1.§.& filius fratris. in quarta colum.in tit.Imperator Lotharius. ibi. eo non exiſtente, vel mortuo veniat ad deſcendentes eius, cui facta fuit conceſſio, & proximior eſt in gradu licito, ſcilicet ſeptimo eius cui ſucceditur, quaſi à moriente gradũ capiat, & in hoc ei ſuccedere dr̃: ꝓ quo vt ab vltimo capiatur iſte gradus, & proximitas, eſt tex.ſing.in cap.1.§.fi.de natura ſucceſſi. feu. ad omnes qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit, qui iam mortuus erat, vt ſupra in præceden. verſiculo dixerat: ſi verò conſideras qualitatem hæreditarij, aut conſideras primum acquirentem, qui ſua occaſione feudum habet, & ei tam in hæreditario quàm in non hæreditario ſemper hæredes ſumus, vt in capite hæreditarij in prima quæſtione ſupra dixi, aut conſideras alios deſcendentes & in feudo non hæreditario à ſolo patre, vt hic, in feudo autem hæreditario hanc qualitatem ab omni moriente capimus; quia qui hæres non eſt, feudum non habebit, l. ius ſepulchri.C.de relig.& ſump.fun. Con-
43 clude igitur † quia ſanguis in feudo ſucceſſionem cauſat.arg.c.adoptiuus. ſi de feu.fue. contro. quod tam in hæreditario, quàm in non hæreditario in acquirendo feudũ ſanguinem capimus à primo. ſed in ipſo omittendo à tenente feudum tantum, in quo differt ab hæreditario, cùm in illo in acquirendo, & omittendo qualitatem hæreditariam capimus ab vtroq;, quæ qualitas in plus ſe habet reſpectu amiſſionis & nocumenti in feudo, quàm ipſe ſanguis, in quo memor eſto eorum quæ in prima quæſtione dixi, vt hæreditaria cognoſcas, & ab omni moriente gradum, quæ ita demùm vera eſſe dicas, niſi pro ſe & deſcendẽtibus feudum captum eſſet; quia tunc ab

vtroque

vtroque ſanguinem caperet, & ab vtroque deſcendere deberet ratione pacti, ſecundum Andr. in cap. 1. §. quin etiam. in prima col. Episc. vel Abb. de cuius veritate, quia longa diſcuſſione egent, ad ea quę ibidem dico me remitto. Et adde hæc procedere de iure communi, in regno in feudo nouo quaternato ſolam familiam attendimus ſine ſanguine, vt in conſti. vt de ſucceſſ. vbi frater in feudo nouo ſuccedit ei, quando ſimpliciter eſt datum.

44 ¶ Quęro tertiò, an † detur feudum mixtum partim hęreditarium, partim verò ex pacto, & prouidentia non hæreditarium. Reſpon. Aut quæris ſi hoc mixtum ſit conſiderandum reſpectu eiuſdem inueſtituræ, aut eiuſdem rei, aut reſpectu diuerſarum perſonarum. Quò ad prima duo capita non conuenit diſputare: quia eſſe hæreditarium & non eſſe hæreditarium implicant contraria, & ſic ſimul non ſtabunt. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. & l. 1. ff. manda. nec † de-

45 bet vna eademque res diuerſo iure cenſeri, l. eum qui. ff. de vſucà. maximè cum mixtum vnam teneatur in eodem ſubiecto aſſumere naturam, vt communiter ſcribentes in l. quęritur ff. de ſtat. hominum concludunt, & hæc vera in feudis rectis: feuda autem conditionata in eadem re diuerſam habent naturam, licet non in eodem indiuiduo & obiecto. tex. eſt clarus in ca. 1. de feu. non ha. propr. natu. feu. Reſpectu autem diuerſarum perſonarum idem feudum eademque inueſtitura eſſe poterit naturę mixtæ, ita ſentit Andr. in. cap. 1. de eo qui ſi. fec. agn. col. 2. verſi. Secundus caſus eſt. dùm determinat inconueniens non eſſe, vt idem feudum reſpectu vnius ſit nouum, reſpectu alterius antiquum. Idem Andr. in cap. 1. col. 3. verſi. & hoc videtur verius, ſi vaſ. feud. priu. dùm feudum nouũ reſpectu feudatarij ex vi pacti facit antiquum in agnato, & nouiſſimè hunc tex. pondero dùm filio dat qualitatem hæreditarij; & in eodem feudo, agnato non. Nec obſtat quòd ratione adiuncti, id eſt allodialium procedat: quia ſufficit quoquomodo mixtam habeat naturam in effectu, vt nos quærimus, & huius opinionis fuit Petrus magnus feudiſta Siculus conſilio ſuo . . . non tamen per hæc quæ diximus. Vnde concludo, quòd ſi Rex hodie in iſto regno concederet feudum ſub communi inueſtitura pro te & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus &c. & adderet ita quòd maſculis deficientibus talis agnatus & deſcendentes ſui ſuccedant, in illis eſſet feudum non hæreditarium, & in capiente, & hęredibus ſuis eſſet verè hereditariũ, quod nota.

¶ Quæro quartò vltra theoricam poſitam in prima qó. quia Andr. varijs modis loquutus eſt, quando

46 † feudum pro ſe & filijs, vel pro ſe & liberis eſt captum, & quando-

que

que hęreditarium, quandoque non hæreditarium ipſum appellat, ſi eſt hæreditarium vel non. Hoc nota, quia nolo te iuolere; diſtinctas ſpecies ferè quadraginta, ſuper hoc poſui in meis præludijs, ibi videas, ſed prò nunc vnicam difficultatem ſoluam. Andr. in cap. quid ergo, de inue. de re alie. fac. & in c. imperialem. in §. prętereà ducatus. in 4. col. de proh. feud. alie. per Fede. dixit, quòd eſt hæreditarium: ſed aduerte: quia non ideo dixit eſſe hæreditarium: quia pro filijs captum erat, ſed quia emptum, conſiderans quòd omne feudum emptum ſit hæreditarium, & in hoc (iudicio meo) errauit, vt in prima quæſtione principali in ſecundo capite declaraui. Idem Andr. in c. 1. an agnatus. in prima col. dixit, quòd ſi eſt datum feudum tibi & liberis, eſt ex pacto & prouidentia non hęreditarium, in capi. 1. §. & ſi liuellus. de alie. feud. pat. per tres col. quandoque dixit, ꝙ eſt hęreditarium quandoque non, vnde videtur, quòd ſit ſibi contrarius. Hoc attende: Andr. conſiderat filios primi acquirentis, & alios filios ſequentes. Reſpectu filiorum primi acquirentis dixit, quòd feudum ẽ hęreditarium: i. quòd habet vim hæreditarij, ex quo contemplatione patris primi acquirentis habent, vt in 1ª. quęſt. in ſecundo capite principali hæreditarij declaraui in ſecunda ſpecie, & in hoc multum Andr. in d. §. & ſi liuellus. laborauit, vt ſi filijs ſua contēplatione an patris datum eſſet filij cognoſcerent, & ita intellige quæ dixit in c. 1. §. huius autē geneſis. col. 3. verſi. quando vero dixit, quaſi parificet ly hæredes & liberos: in primo, reſpectu verò aliorum filiorũ vltra filios primi, & inter ipſos filios dum fratrum ſucceſſio tractaretur, nunquàm non hæreditarium eſſe Andr. negauit, vt per tot oppoſitiones in primo capite filiorum nos probauimus, & in quæſtione 6. apertius probabo, & ſi in cap. 1. de ſucc. feu. col. 2. dicat, ꝙ eſt hæreditarium, non ſunt verba ſua ſed modernorum.

47 ¶Quæro quintò, an † in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario conſenſus vel alienatio præſentium poſſit pręiudicare naſcituris? Reſpon. iſta quæſtio habet quatuor capita. Primum, an ſint concepti tempore alienationis, & nati poſt alienationem. Secũdum, an ſint concepti poſt alienationem, ſed nati in vita. Tertium, an ſint concepti in vita, ſed nati poſt mortem. Quartum, an ſint concepti & nati poſt mortem, hæc quatuor capita examinauit Andr. in c. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. fe. in fi. pen. & vlt. col. ita confuſè, quòd noluit intelligi. ſed videamus ſi poterimus eundem intelligere. Quò ad primum de conceptis tempore alienationis, & nati poſt alienationem in vita alienantis, aliquod non eſt dubium: quia ſi in præiudicium natorum non poteſt fieri, ca. 1. de alie. feu. pat. & cap. 1. de ſucceſ. feud. minimè fiet in præiudicium

conce-

48 conceptorum † qui nati cenſentur l.qui in vtero.ff. de ſtat. hom. Circà ſecundum magnum eſt dubiũ, ex quo & tertium determinatur; quia ſi ſufficit eſſe natos in vita, ſufficit eſſe conceptos.d.l.qui in vtero. De quarto dicam per ſeparatam quæſtionem, ad hoc vt corruptum & intelligibilem intelligas Andream: Venio igitur ad ſecundum, & quòd naſcituris præiudicemus arguo primò de tex. in l.2. C.de lib.& eo. li. ſecundò de tex.in l. ex facto. ad trebell. Tertiò, quia ſi in præiudicium agnatorum alienatio non valet cap.1. de alie. feud. pat. debet intelligi de præſentibus. l.cui liberorum. §. affinitatis.ff. de po. Quartò vltra Andr.obſ.tex. in cap.1. de alie. feu. pa. dum dicit, quòd cùm conſenſu omniũ agnatorum valet alienatio, & certè naſcituri in infinitum non poſſent tunc aſſenſum præſtare, intelligitur ergo de præſentibus. Quintò & vltimò de tex. in cap. Titius. ſi de feu. fue. contro. ibi. filios non habens: conſiderauit ergo tempus præſens, quare &c.

Quòd non noceamus, probatur primò per tex. in l. ſi cognatis. ff.de reb. duob. quæ de futuris intelligit: ſecundò facit ineuitabile fundamẽtum Andreæ, quòd dùm moderni Neapolitani non intellexerunt falſa referunt, & tenent. ly

49 poſthumus † poteſt intelligi poſthumus, ideſt poſt mortem. vt communiter interpretatur: Item poteſt largè intelligi de omni naſcituro vel concipiendo poſt actum, qui fit tunc. l.placet, cum l.ſequenti.ff. de lib. & poſth. & l.3.ff. de iniuſt. rupt. teſt. His ſic parificatis, conſequentia tenet, quòd futuris nos non noceamus: quia qui non nocet natis, minimè poſthumis nocet, l.ij. in fin. primi reſp.ff. de iniuſt. rupt. teſt. naſcituri dicuntur poſthumi, vt d.l. placet, ergo ſi non nocemus poſthumis, minimè ipſis naſcituris nocebimus, quodque ità Andr.hanc conſequentiam intellexerit, pondera verba ſua in d.§.hoc quoque, ibi multò fortius ſi tempore alienationis erat conceptus: dubium ergo erat de concipiendo poſt, & clarius patet ibi, dic (vt mihi videtur) idem de naſcituris, quod hoc modo ipſe probat, & quod dicit propè finem ibi poſthuma aliqua. Tertiò facit, quia

50 † qui donat incapaci tunc, futuro tamen capaci, valet, cum erit capax.l.ſi ita quod.ff.de leg. ſecundò ergo futuris in feudo non hæreditario non nocebimus.Conſequentia patet; quia, vt declaro infra, iſta non eſt vna donatio primi & ſequentium, ſed tot ſunt donationes, quot ſunt perſonæ, vt in prima quæſtione dixi, ergo primus & dans donauit vltimo naſcituro.c.1. de eo qui ſibi & hær. ſu. & l.3.C. de don. quæ ſub mo. licet ergo futurus non ſit capax tunc, quando erit capax, donatio valebit, & per conſequens in eius præiudicium non alienabit; quia liberis dando, omnibus dedit, l.liberorum.ff. de

verbo-

verb. ſignif. & ſic vnus alteri non præiudicabit l. 3. ff. de inte. & releg.
51 Quartò. qui † dat liberis, familiæ & generi dat. l. liberorum. ff. de verborum ſignificatione, & ſi omnibus dedit, non tamen ita vt omnes veniant, ſed prout quiſque in gradu erit, capitulo primo de gra. ſuc. l. cum ita. §. fideicommiſſo. ff. de leg. ij. l. hæredes. §. fin. ad trebell. l. cum pater. §. à te. & l. peto. §. fratre. ff. de lega. ij. ergo vnus gradus alteri quando ei debebitur non nocebit, l. 3. ff. de interd. & releg. iuncta l. iiij. ff. de iur. patro. Quin-
52 tò, quòd † feuda iure iuſti ſanguinis deſcendentis dantur cap. 1. de grad. ſucc. cap. adoptiui & cap. naturales: ſi de feu. fue. contro. iuncto cap. 1. de alie. feu. pat. ergo ad alios deuenire eſt neceſſe l. j. C. de priu. eo. qui in ſacr. pal. mil. Sextò, quia Iacob. de Ardiz. in ſua ſumma in titulo vtrum feuda ad certum tempus dari poſſint. Ad
53 † tempus & poſt tempus feuda dari poſſe determinat; vt. in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. & l. 3. C. de don. quæ ſub mo. iuncto etiam cap. 1. de feu. guar. cum concor. ſi poſt
54 mortem feudatarius † de feudo diſponere non poteſt. vt in cap. Titius. ſi de feu. fue. contro. & c. 1. de alie. feu. pat. ergo vnicuique feuda non hæreditaria ad vitam data cenſentur, ergo quod feudum habebit dantis beneficio habebit, l. ſi arrogator. ff. de adopt. & l. cum patronus. ff. de lega. ij. & patet in capitulo 1. de eo qui ſibi & hęr. ſuis feu.

capitulo primo. ſi vaſall. feu. pri. & capitulo primo. ibi, per inueſtituram patris. de feud. march. & ſic finita prima donatione, cenſebitur iterum apertum Domino lege ſi duobus. §. vendidi. ff. de diuerſ. & tempor. præſcri. & à Domino datum iterum ordine ſuo, ſecundum Andr. in capitulo imperialem. §. præterea ducatus. in quarta columna. de prohib. feud. alie. per Fed. & clarius per dict. l. iij. C. de don. quæ ſub mo. demonſtra-
55 tur, ſed † celeritate coniungendorum actuum, vnus actus, ideſt quod ad dominum vadit, occultatur l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. & l. 3. §. fi. ff. de don. inter vir. & vxor. tenetur ergo ex voluntate domini vnus alteri poſt mortem reſtituere, & ſic vtili vindicatione aget. d. l. iij. C. de don. quę ſub mo. Quæ ſic nũcupatur directa ab Andr. in d. verſic. & olim; ideò dicitur directa, vt dignoſcatur quòd eſt illa, quæ directò competit ſibi ex perſona ſua, & non ex perſona defuncti, non autem quòd ſit illa directa, quę competit domino, quia omnes vaſalli ſemper agunt vtili rei vindicatione, quæ dicitur directa quò ad hoc, vt directò & principaliter competat vnicuique eorum. Clariſsimè ergo patet, quòd ſi hæc procedunt, præſentes in futurorum præiudicium non alienabunt, authent. res quæ. C. commun. de leg. & ità teneas tu quicquid groſsi moderni dixerunt,
56 tũ maximè cũ facilius † reuocatio rõne futurorũ q̃ præſentiũ conce-

Nn datur

datur; præſertim ſi ex cauſa lucratiua eſſet l. ſi vnquàm C. de reuo. don. & cogita vltra alios, quòd de hoc eſt caſus formalis in cap. 1. de aliena. feu. pat. ibi, ad quos beneficium quandoque ſit recaſurum: non dicit natis, vel non natis, ſed non natis: ſimpliciter ergo intelligatur l. de pretio. ff. de publi. quia certum eſt ad hos futuros feudum recaſurum eſſe.

Nec obſtat. l. ſecunda, quia ſumus in libertis, qui ſtatum capiunt à patre. l. diuo Marco. ff. de quæſt. licet quando alter parentum eſt liber, capiat à matre. l. fin. C. de liber. cau. At hoc feudum non habet à moriente, & lex illa argueret à patre ad filium tantum, non etiam contra agnatum, qui nihil ab eo habet. Nec obſtat. §. affinitatis, quia priuilegium illud poſtulandi non erat in fauorem affinium, ſed ipſius poſtulare volentis, cui erat interdictum, ob quod ſalarium petere poſſet, vt l. 1. §. in honorariis. ff. de var. & extra. cognit. & ideò ſic ſtrictè interpretatur, quòd non eſt hic. Et ſimiliter ad. §. ex facto, reſpond. quia loquitur de peruenientibus à patre, quod non eſt in quæſtione noſtra, & tex. in capitulo primo de alienatione feu. pa. facit pro iſta opinione, vt dixi. Nec obſtat capitulum Titius, quod & ſi dicit, filios non habens, ſic erat de facto, ex quo ad agnatos deuoluitur ſucceſſio, nec propterea contra naſcituros determinat, &

67 vna † lex per aliam ſuppletur, vt in l. prima C. de Sacr. ſanc. eccle. notatur.

Quęro de quarto capite, an concipiendi & naſcituri poſt mortem reuocare poſſunt; quia futuri ſunt agnati? Hor aduerte: quia antiqui dubitabant, vt iſtud quartum caput non haberet dubium, ex quo eſt impoſſibile, vt caſus occurrat, & arguebant ſic: ſi ego alieno, aut habeo alium agnatum viuum, aut non: ſi viuum habeo, non eſt quæſtio noſtra: quia in vita viuit; ſi non, quomodo in feudis dabitur mihi agnatus, qui à primo acquirente non deſcendat, capitulo primo. §. primo de grad. ſucceſſ. & quis fiat mihi agnatus tempore mortis meæ l. prima §. ſi quis proximior. ff. de gra. affi. Nam hoc caſu, vel dominus ſuccederet, ſi ſine aſſenſu alienaſſem, cap. imperialem, de proh. feu. alie. per Fed. vel Domino conſentiente perpetuò penes emptorem ſtaret ſecundum Iſer. in cap. 1. col. 4. qui ſucce. tene. & in d. verſiculo & olim. dicit Iſer. quòd iſte caſus duobus modis conſiderari poteſt. Primo modo, quòd agnatus meus, qui conſenſit alienationi meæ, vel etiam non conſenſit, vixit me viuo. Moritur poſt me relicta vxore grauida ante mortem meam ſaltem vnius diei. Certè fit mihi iſte agnatus poſt mortem meam extra vterum, qui fuit agnatus antè mortem in vtero, cui patre non reuocante, reuocatio competebat, capitulo primo de alie.

feu.

feu. pat. cap. Titius. ſi de feu. fue. controuerſia & cap. 1. §. ſed & res. per quos fiat inueſt. nam ſufficit in quæſt. propoſita quòd quandocũque ſit mihi agnatus, ſufficitque ſi eo viuente per vnum diem conceptus ſit, quia ſi non homo, animal tamen eſt, l. diuus. ff. de var. & extraord. cogn. quia ſufficit quòd animal ſit; ex quo, pro eius commodo pro nato habetur, d.l. qui in vtero, nec oportet quòd ſit homo, vt in l. in lege. ff. ad.l. falc. quæ in ſuo caſu intelligitur, vt per iura allegata patet, vel & ſecundò poteſt poni caſus, quòd agnatus meus, qui non conſenſit poſt mortem meam, genuit filium, qui per omnia dicebatur futurus naſciturus, qui ſuo tempore reuocare poteſt, non obſtante l. prima §. ſi quis proximior. ff. vnde cogn. cui reſpõdeo duobus modis, primo modo, videlicet, quia loquitur in hæreditate, quæ ſimpliciter erat morientis. At feudum non hæreditarium ex pacto & prouid. ita non iudicatur, vt toties in hac & prima quæſtione diximus. Sunt enim iſtæ donationes plures; ad tempus, & poſt tempus factæ, & ſua vtili rei vindicatione naſciturus iſte, & non patris, iure feudum reuocabit, vt in prima quæſtione & ſupra declaraui, & infra videbis. Et ſecundò non obſtat, quia ſi etiam iure nouiſſimo poſthumus alienus inſtitui poteſt, vt inſti. de lega. §. poſthumus. quòd de omni nato poſt mortem verificari poteſt, vt ſupra dixi, nam habuit agnatum viuentem tempore alienationis; quia facere potuit primò conſeruare iura ſua, ſecundò generare filium in vita agnati ſaltem quòd eſſet animal, qui etiam reuocaret, & tertiò poſt mortem alienantis generare filium, cui tantum ſanguinem dedit, & cætera iure proprio capit, & ſuccedit & reuocat, vt in prima quæſt. dixi. ita vt non minus filius genitus poſt mortem alienantis ab agnato qui conſenſit ſimiliter reuocare poſſit, quàm genitus ab agnato qui nõ cõſenſit per prædicta: quia ſuo iure & non patris reuocat, ſecundum Iſer. in d. verſ. & olim. Quamobrem, nulla diſtinctione habita reuocare poterunt; quia ſufficit, quòd eo tempore capaces poſſint effici, l. ſi ita quis ff. de lega. ſecundo, & poſtquã primo ſuccedimus, vt in cap. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, & genericè capitulum primum de ſucceſſ. feu. alienationem & capitulũ primum de alie. feu. vetant. quid vltra quærendum?

Sed tunc incidenter quæro, vt per difficillimum intelligamus Andr. qua actione, qui poteſt reuocare, reuocabit? Reſpon. ſecundũ
58 Andr. in d. §. hoc quoque, aut † alienatio vetatur pacto, aut lege, dominium non transfertur. l. dubium. C. de legi. ſi verò ab homine, dominium transfertur, l. ea lege. C. de cond. ob cau. & ibi glo. Hor modo dic, quòd aut quæris, quæ actio competit huic ex perſona

alienantis, aut patris ſui, vel quæ actio competit ex propria perſona. Si patris, vel alienantis perſonam conſideras; illorum ei competit actio, ex quo à iure eſt vetita & non per pactum, vt in d. l. ea lege. & per conſequens nullo dominio tranſlato directo iure reuocaret. Si conſideras actionem competentem ei ex propria perſona pariformiter & ſua vtili rei vindicatione agere poſſet, l. 2. & 3. C. de don. quæ ſub mod.

Sed his videtur obſtare: quia alienatio reſpectu alienantis non fuit nulla. cap. Titius. ſi de feu. fuer. contro. & cap. 1. de alie. feu. pat. Reſpon. fit nulla hodie per capitulũ imperialem de proh. feu. alie. per Fed. ſed pone interueniſſe aſſenſum; tunc dic, quòd ex proprio iu
59 re veniet; quia † alienans reuocare nequit, vt in d. cap. Titius. iuncto cap. imperialem. idemq; ſi ſine aſſenſu venderet: quia reuocandi ius non ei ſed agnato vel domino competit, vt in d. cap. imperialem. latè dicimus, bene quod Andr. dicit, in regno locum habere poterit, vbi per conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ, ipſe idem reuocat, & iura adducta per Andr. in feudis non militant, ex quo ſi eidem reuocatio de iure ciuili conceditur in feudis ad alios transfertur, vnde feudorum iuribus ſtamus, arg. cap. 1. de feu. cogn. Aget ergo ſua vtili, quę proprio iure ſibi competit, vt in prima quæſtione latius
60 declaraui, & † poſtquàm reuocat, vtili vel directa hoc faciat, parum refert, argumento legis actio. ff. de neg. geſt.

61 Quæro ſextò in caſu † in quo pater prę iudicat filio in feudo ſuo, an præiudicet ei in feudo aui? Diſtingue; aut ſumus in contractibus & vltimis voluntatibus, aut in delictis; primo caſu dico, quòd aut eſt hæreditarium aut non hæreditarium, ſi non hæreditarium, & tunc nulli dubium quòd non. ſicut nec in feudo proprio ipſius filij, vt toties in oppoſitionibus filiorum diximus, cap. 1. de ſucceſſ. ſi verò eſt hæreditarium, & tunc aut pater eſt mortuus ante auum, aut poſt, ſi ante nulli etiam dubium eſt, quòd nepoti non noceat, qui ex propria perſona venit, vt in l. 2. C. de lib. pręt. & principali prouidentia, vt in prima quæſt. declarauimus, qui vt hęreditarij qualitatem adimpleat, erit tunc auo hæres, aut premoritur auus, & tunc iterum diſtingue: quia aut pater eſt in tali ſtatu, quòd hæredem habere nequit, & dubium non eſt quòd auo patris hæreditate repudiata ſuccedat; quia quòd ſim hæres, intelligitur ſi poſſum, ſecundum Iac. de Belu. & omnes hic & in ſua quæſt. clarè hoc probamus, aut poteſt hæredem habere, & tunc aut erat patri feudum hoc quæſitum, & dubium nequaquam eſt, vt patri ſuccedat l. fin. C. de hæred. inſt. & ei noceat tanquã in feudo ipſius patris, vt pluries in oppoſitionibus ꝓbauimus, aut non

non erat quæſitum, & tunc aut iſte pater filius aui non repudiauit feudum, aut repudiauit, ſi non repudiauit, obſtat huic nepoti: quia pater eſt ante ipſum. vt C. de inofficio. teſtamento l. ſi quis filium. & vnam ſine alia non capiet, arg. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg: & pup. ſecundum Iſer. hic col. 3. aut repudiauit, vel renuntiauit, & tunc dic vt infra in decimaſexta queſtione, vbi querimus, an filius capiat feudum renuntiatum per patrem: & ita diſtingue tu, quicquid Peruſini in l. qui ſe patris. C. vnde liber. dicant. Aut ſumus in delictis, & tunc diſtinguunt quidam, ſi fuerit natus, vel conceptus ſaltem antè delictum, vt facit glo. in l. non quæritur. ff. de ſenat. Quod non placet Iſer. quia non refert quòd naſcatur antè vel poſt, vt infra dicam: Quia ponendo quòd ſuccedat auo filius iſte qui dicitur nepos; vtili ſua rei vindicatione aget. l. 3. C. de don. quæ ſub mod. vt in prima queſtione dixi; Quamobrem, diſtinctionem hanc ſi naſcatur ante vel poſt; in meis oppoſitionibus omiſi. Quidam verò, an patri quæratur, diſtinguunt: quia ſi de iure antiquo, vt in l. placet, ff. de acquir. hær. vel hodie, vt in l. fi. C. de bon. quæ lib. aliquo modo acquireretur patri vſufructus, & tunc quia lex non debet alia via circumueniri. ff. de tut. & cur. da. ab his l. ſcire oportet. patri non quæritur, quò ad illud, aliàs ſic, & iſta diſtinctio eſt etiam vana reſpectu corporis feudi, ſolum quò ad fructus eſſet heſitandum; de quo in cap. 1. §. hoc quoque. de his qui feu. dar. poſſ. dixi. Alij, & verius, aliter dicunt, quòd ſi feudum eſt aui, ergo feudum eſt antiquum, cap. 1. §. primo de grad. ſucceſſ. in quo pater non nocet filio. l. 3. ff. de interd. & releg. ſed bene in nouo: ita And. in cap. 1. §. præterea, quæ fuit prima cau. bene amitt. col. 3. verſiculo per que feudum nouum &c. Vnde feudum antiquum aui per delictum patris nepos non amitteret. Quæ doctrina videbitur tibi prima fronte contra ea quæ concluſimus in noſtris oppoſitionibus, dùm patrem filio nocere poſſe etiam in feudo antiquo diximus. Sed conſidera, quòd vnum ibi ponderauimus, quòd in eo quod fuit patris veniebat, hic in eo quod fuit aui, & ita Andreæ dicta diſtingui debent. Sed tunc huic diſtinctioni obſtat, quòd ſemper ſaltem ſpe, hoc feudum aui fuit patris. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. ſpes ergo ſit in conſideratione. Qua de cauſa dicebat Andr. quòd melius & æquius ſtatuerunt leges feudales, quòd iſte filius & omnes deſcendentes ab eo repellantur, capitolo ſi vaſal. culp. ſi de feu. fue. contro. capitolo primo ſi vaſallus feu. pri. & c. denique. quæ fuit prima cau. ben. am. nullo modo diſtinguentes in feudo proprio vel aui. Item nec ſi nepos erat natus tempore delicti nec ne, ſufficit quòd ſit

de ſanguine illo infecto, & poſtquàm à patre iſte filius nepos aui habet eſſe, & vnum reputatur corpus. l. fi. C. de imp. & alijs ſubſt. noceat eis patris macula, quaſi quòd vult arguere à terminis. l. Quiſquis. §. filij C. ad. l. Iul. maie. in feudis, in felonia, extra illos terminos, vt facit glo. in verbo ad proximos. in d. §. denique, poſtquàm dicit text. in cap. ſi vaſallus culpam, quòd filius & omnes deſcendentes eius perdunt feudum, quaſi macula patris noceat filio, per. l. diuo Marco. C. de quæſtio. Mihi autem cum reuerentia patris noſtri Andreæ videtur, quòd opinio illa, quam æquam ipſe appellat, ſit iniqua, & quòd verior opinio ſit illa præcedens, cum leges iſtę feudales ſatis diſtinguant; Quia ſi vellent loqui indiſtinctè (vt ipſe dicit) diceret in habilitamus hunc deliquentem & deſcendentes: ſed ſic non dicunt: Capiamus ergo ſingula iura, & ponderemus illa: text. in cap. ſi vaſallus culpam, ſi de feu. fuc. contro. dicit quòd feudum, quod amittere debet, non habent filij neque deſcen-
62 dentes; ergo erat ſuum; quia † priuatio præſupponit habitum, & ſic tollitur ponderatio, an quòd ipſe & deſcendentes priuętur feudo quod
63 habebat, & † infidelitas patris noceat omnibus deſcendētib. dic tu, in feudo videlicet, quod erat ſuum, & non in acquirendo, in ca. 1. ſi vaſallus feud. priu. dicitur quòd feudum erat ipſius delinquentis, in §. denique. quæ fuit pr. cau. ben. ami. loquitur etiam in feudo delinquentis, ibi à feudo cadente. Plus dico, quòd text. qui vltrà ius ciuile punit feudatarios propter ſolam pręſumptionem infidelitatis, loquitur in feudo proprio & non alieno, vt in cap. 1. an ille qui interf. fratr. dom. ſu. ibi, beneficium amittit; & ibi, ſi paternum fuerit, erat ergo in perſona ſua; quoniam ſi in perſona aui ſtabat; fruſtrà dubitaſſet ſi paternum erat, hæ enim leges ſunt pœnales, & vltrà caſum ſuum nō egrediuntur. leg. interpretatione, ff. de pœ. quia ſi ſpeciale eſt in terminis l. quiſquis. ergo in contrarium eſt ius commune. l. nam quod liquide. §. fi. ff. de pen. leg. & debet in ſpecie demonſtrari hoc idem eſſe in acquirenda, quę nūquàm fuit ſua; Quod quidem in iure feudorum demonſtrabitur nunquàm. Et Iſer. non reſpondet ad argumentum cauſantium, quòd erat hoc. Nam quando iſte filius offendit dominum, non erat eius vaſallus: quia non habebat feudum, quod poſt mortem patris ad ipsū ire debebat; ſed ſic eſt, quòd tex. in cap. 1. ſi vaſ. feud. pri. & cap. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. fue. contro. & in. §. denique. quę fu. pr. cau. benef. am. loquuntur in vaſallo: ergo in eo qui non eſt vaſallus locum non habebunt, & tex. in l. 3. ff. de interd. & releg. malè per ipſum ſoluitur.

Nec obſtat ſi diceres, ergo nunquàm filius priuaretur; quia ſemper iura illa loquuntur in vaſallo, & viuo patre delinquente, per quòd

filius

filius priuatur feudo, filius non eſt vaſallus: Reſpon. quòd lex exprimit tunc de filio etiam quòd non ſit vaſallus, & non punit filium in feudo alterius, ſed ſtatuit hoc i feudo patris, & nunquàm in feudo aui ſatiſque refert capere feudum, quod re ipſa fuit patris vt infra dico.

Nec obſtat glo. in §. denique, dùm arguit à terminis. l. quiſquis: quia allegat ſimile in illo tantùm de præſumpta infidelitate transferenda, & non in alijs, quod ſufficit eſſe ſimile in illo, & non per omnia, vt not. in. l. fi. C. de colla. & Andreas eſt ſibi contrarius, quoniam in ca. 1. ſi vaſ. feu. priue. in 2. col. in
64 princ. dicit quòd † in eo, quod filius patre medio non habet, nunquàm ei nocet, ſed in eo quod poſt mortem patris, & à patre habiturus eſt, pro quo facit. l. dedit dotem, ff. de coll. bon. ſed hoc, auo medio habet, ergo nec conſideratur illud eſſe naturæ & ſanguinis; quoniã, vt in prima oppoſitione dixi, ſola natura & ſanguis non oſtendũtur in feudo, quod filius non habet à patre, nec etiam cõſideranda eſt ſpes, vt ipſe dicit: quoniam ſpes patris non eſt ſpes filij, quæ venit ex propria ſpe ſua, vt in. l. 2. de lib. præte. C. & cap. 1. de ſucc. ſic conſiderata à primo dante per. l. 3. C. de do. quę ſub mo. vt in prima quęſt. declara-
65 ui: debet † ergo feudum verè à patre ad filium venire, vt patris delicto priuetur, & non in eo quod re ipſa non eſt ſuum, ſecundum Andr. ibi, & bene: quoniam ſi ſpes patris attenderetur in terminis. l. quiſquis. illi qui admittuntur, vt infra dico reficerentur, ex quo bona illa ſpe fuiſſet patris, quod patet eſſe falſum: quantò fortiùs in terminis noſtris, in quibus crimen ità enorme non iudicatur, per quæ ſoluitur motiuum Andr. ſuper ſpe ipſa; quinimò dico vobis, quòd differt l. feudi à l. quiſque C. ad. l. iul. ma. quia ibi inhabilitatur in omni re futura, hîc in l. feudi. ſi nolumus iura cauillare in ſimplici felonia tranſmittit hanc præſumptionem infidelitatis in filium, & deſcendentes, & facit ipſum incapacem feudo, quod fuit patris, & non in eo quod competit filio ex ſucceſſione aui ex propria ipſius ne potis perſona, cum non inuenitur iure cautum, quòd filius priuetur feudo à patre non prouenięte, aliàs feudo proprio filium priuaret contrà communem intellectum ibi. vt ſupra in prima oppoſitione in capite filiorum concluſimus. Et ſi rationes Andr. attẽderemus, de odio domini in filio, vt ibi ipſe dicit, pariter filius feudo proprio, ſi illud ab eodem Rege haberet, priuandus eſſet, & tamen nec in terminis l. quiſquis. hoc admittitur, ſecundum glo. ibi. ſtent ergo leges pęnales vt ſonant, & non extendantur. l. cum quidam ff. de lib. & poſth. Non priuabitur ergo nepos feudo aui, ſi auo ſuccedit, patre de medio ſublato. Quoniam capitulum primum, an ille qui inter. fra.

dom.

dom. ſu. cum concordantibus in feudo aui non loquitur. & eſt pœnale arg. d.l. interpretatione ff. de pœn. ſpecialeque eſt in terminis l. quiſquis. §. filij. C. ad l. Iul. maie. vt feudo auito priuetur: in contrarium eſt ergo ius commune. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. lega. & tunc vt re propria acquirenda vt dixi; à qua opinione tanto minus recedendum puto, quanto quòd Iac. de Ardiz. in ſumma ſua. in tit. quib. mo. feu. amitt. hoc idē concludit Iac. de Beluis. & cęteri in cap. 1. §. hoc quoque. de ſucc. feud. Bart. & cæteri in l. 3. ff. de interd. & releg. & idem Iſer. ſibi cōtrarius in cap. 1. in 2. col. ſi vaſ. feu. priu. ibi in eo &c. vbi vult, ꝙ in eo quod debet habere filius poſt patrem, & à patre ei noceat, & non aliter, ergo copulatiuè requiruntur.

Et ſi tu ſubtilis iterùm diceres; quòd ſi verba iurium feudorum non priuant nepotem ſed filium, & deinceps deſcendentes in infinitum, ratio autem priuat illos: quia ſi ex præſumpta infidelitate priuatur; iam effectus eſt infidelis præſumptione, poſtquàm pater fuit infidelis: dico tibi vnum, quo cum ſi-
66 lere debes, quòd † quando lex præſumit contrà quoſdam enumerando perſonas & res, non extenditur vltrà, vt patet in conſti. Federici de qua per §. pen. in d.l. quiſquis. quæ reſtringit. l. illam in certis perſonis: cumque lex feudalis præſumat contrà filium in feudo patris, vltrà non egredietur, & hæc eſt ipſa veritas, vt in ſimili dicimus de nepte in terminis d. l. quiſquis. Nec natus ſit antè vel poſt, diſtinguamus, vt quidam faciunt: quia ſola præſumptione cauſatur illud, vt in d. §. filij. quaſi proditio inſit à natura, quæ eadem præſumitur antea, poſtquàm eadem præſumitur poſteà in eodem & deſcendentibus, & patet ibi: quia lex non diſtinguit inter natos & naſcituros, & in hoc bene dicit Iſer. in. §. præterea. col. 3. & dùm de filijs mentionem facit, eos natos magis quàm naſcituros præſuponit. Patet etiam: quia quando ex ſuſpitione futuræ proditionis vaſallus feudo priuat. l. feudalis cap. 1. an ille qui inter. fratr. dom. ſu. priuat filium etiam viuentem, & agnato illud concedit. Et hęc clara ſunt in felonia, quòd non priuentur; item & clarum eſt, quòd propter crimen leſæ maieſtatis priuentur, in quo aliqui decipiuntur per extrauagantē Federici, quam Cyn. in d. §. filij recitat, dùm in liberis lo-
67 quitur † quorum appellatione omnes veniunt. l. liberorum. ff. de verborum ſign.

Dubium remanet in filia rebelli, & nepote ex ea in hęreditate aui, in quo attende, quia licet velint omnes, quòd nepos ex filia non repellatur. argu. cap. ſtatutum. de hære. lib. 6. arguendo de hæreſi ad ad hoc crimen. item licet quidam velint, vt in filia nequaquā ſibi vindicet locum, ex quo ſumus in pœnalibus d. l. interpretatione ff. de pœn. & quia minor debet eſſe ſen-

ſe ſententia ſua, ac poſtremò quia à paternis priuatur, & à maternis certo modo in cæteris fęminis eſt permiſſum l. cum prætor. ff. de iudi. Videndum eſt ergo, an in feudalibus ità hæc iura interpretanda veniant? loquar igitur de filia delinquentis, & poſt modum de nepte in hæreditate aui vel proaui, & certè legendo (vt facimus) audacter tenerem contrarium, quia omnes pœnas enumerauit, vnum caſum ſcilicet falcidiæ per ly tantum excipit, quo caſu.l.cum prætor.cõtra ſic interpretantes retorquetur, & eiſdem pœnis mulier puniretur;
68 tamen † quia quæ certam interpretationem habuerunt, minimè ſunt mutanda l. minimè. ff. de leg. & à communi iuxta l.primam de offi. quæſt. nunquam recedere intendo, vt in feudis vigeat fortius re-
69 ſtringo. Nam † feuda ex præſumpta fidelitate dantur. c.1. §. fi. per quos fi.inue.& cap.1.§.fi. in quibus cau. feu. amitt.& ex præſumpta infidelitate tolluntur. c.1. an ille qui interf. fratr. dom.ſui. ſi minus prę ſumit contra fęminam Imperator in d.§. ad filias, condecens eſt, vt mitius puniatur, & auitum feudum habeat. Præterea videmus, quòd in vno gradu plus præſumitur quàm in alio, patet, quia per conſtit. Federici, quam Cyn. in d. §.filij. recitat vſque ad ſecundam generationem prædicta lex ſibi locum vindicat. item minimè in materna in nepote maſculo. §.ille locum habet cap. ſtatutum, de hæret.in ſexto, non eſt ergo inconueniens, vt iſta prẹſumptio certo tempore, & in certis perſonis limitetur, cumque non idem dixerit contra fœminas, quàm contra maſculos, æqua interpretatione vtimur, ſi in filia, & ex ea nepote maſculo aliter iudicamus.

Nec obſtat, quòd quidam dicunt; quòd infamis eſt filia vel neptis, quo caſu in curia ſine dedecore ſtare non poterit. cap.1. an ille qui interf. fratr.dom. ſui, quia ſi concludimus, quòd pœnę enumeratæ contra maſculos non ſunt numeratæ contra fœminas in §. ad filias. nullam inuenimus infamiæ notam, ſed patris, & matris certo modo eandem hæreditate priuatam. Ceſſat ergo infamia. Nec inuenio in iure feudorum
70 cautum, vt † delictum patris noceat nepoti in feudo aui ſed in feudo quod ipſe tenet, itaque priuant etiam nepotem in feudo delinquẽtis; vt in cap.1.ſi vaſ.feu. priu.ca.ſi vaſal.culpam.ſi de feu.fue.contro. & in ca.1.an ille qui int.fratr.dom. ſu. Condecens ergo eſt, vt in cæteris ſeruemus ius commune ſic interpretatum etiam in feudis, cap.1. de feu.cog.vt vltrà terminos.l.quiſquis.nepotes non priuentur ex prẹſumpta infidelitate, eò quòd non fuit patris, poſtquàm ſic leges non dicunt, cum ipſum aliàs ſequeretur abſurdum, quòd ſi hanc infamiã perpetuò ſanguini coherere dicemus, in perpetuum eſſent infames, hoc eſt falſum, quia etiam in termi

nis.

nis.l.quiſquis. vſque ad ſecundam generationem, vt dixi, ergo & antecedens falſum. Durabit ergo (vt prę diximus) & prędictam concluſionem.l. Quiſquis. in hæreditate auita in ipſa matre filia rebellis, & in eius filia ſine filio limitabimus: In cęteris verò criminibus vltrà terminos.l.quiſquis. nunquàm nepos ex filio ab hæreditate aui excludatur, ex quo in eo extēdetur ſuccęſſio & reſtringitur præſumptio vitij; quia ſi in caſu.l. quiſquis, eſt ſpetiale, in contrarium eſt ius commune d. l. nam quod liquidè.§.ff.de pen. leg.

¶Quæro ſeptimò; Quia diximus in prima quæſtione, quòd ſua contemplatione habet feudum illud cum aſſenſu domini etiam quòd non hæreditarium ſit in prȩiudicium ſequentium alienare poteſt.
71 quæro † an omnis contemplatio poſſit hoc cauſare? Reſpon. Aut quis habet feudum propria contēplatione, & ipſe eſt primus, nec ſecundus futurus ſucceſſor propria contemplatione habiturus eſt, & de hoc intellige, quȩ diximus in prima quȩſt.& Andr.in c.Titius, ſi de feu.fue contro. Aut non eſt primus ſed ſecundus, qui propria contemplatione habet, ſed eſt reſtituturus tertio etiam ſua propria contemplatione, & tunc ſecundus non alienabit in præiudicium tertij, nec primus in præiudicium ſecundi, qui propria contemplatione feudum habebit, & ita intelligo Andr. in cap.1.§. & ſi liuellus. ſi de feud.fue. contro. in vltima col. Aut eſt ſecundus vel tertius qui propria contemplatione habent, & dubitatur an in præiudicium aliorum, qui propria contemplatione habituri nōn ſunt fendum, alienare poſſint; & dicendum etiam quòd ſic, & ita intellige dicta Andr. in d.§.& ſi liuellus. in vltima col. Sed pone tertio, eſſe datum propria contemplatione, ità tamen quòd primus poſſit de feudo diſponere, an cum conſenſu Domini iſte primus vel ſecundus poſſint ſine aſſenſu tertij diſponere? Diſtingue, aut expreſè eſt dictum, quòd poſſit ſine aſſen-
72 ſu tertij hoc facere, & nulli dubiū † cùm ex conuentione contractus legem accipiunt.l.prima.§.ſi conueniat. ff. depo. Aut eſt dictum tantùm vt poſſit diſponere, & tūc quidam videntur ſentire quòd non: quia ſemper natura eadem videtur durare, niſi expreſsè innouetur.ca. 1.de feu.non hab.prop.nat.feu. ibi Iſer.ſed cōtrarium eſt verum; quia
73 vt in tertia queſt.dixi, feudum † poteſt habere reſpectu diuerſarū perſonarum naturam mixtam, & ſic non eſt incōueniens, vt vna perſona poſſit ex pacto feudum alienare, alter non. Præterea ſatis habemus ſequentis conſenſum, qui ſic
74 accepit, vt alienaretur, quia † præſens aſſenſus ad futura dirigitur, ſecundum Andr.in ca. imperialem. col. pen.& l.ſi conſenſu.§. fin. qui pot.in pign.ha. Ac poſtremò quia
75 † omne pactum & onus appoſita per primum obligant ſucceſſores, vt prima quæſtione dixi. & pactū alie-

alienandi, ſi cum aſſenſu ſequentis intelligeretur, nihil operaretur. l.ſi quãdo.ff.de leg.1.ſed quoniam tu poſſes dubitare & quærere; ſcio theoricam, vellem nunc ſcire pra-
76 cticam, quomodo † cognoſcitur quòd propria contemplatione detur? Vide quæ per quatuor colũ. Iſer. dixit in cap.1.§.& ſi liuellus.de alie feud.pat.ibi recurre.
77 ¶ Quęro octauò, An † filius faciens inuentarium poſſit præcipuum detinere feudum patris? Dic quòd aut ſumus in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario, aut in hęreditario: primo caſu videtur prima fronte, quòd fruſtra diſputemus; quia & ſi inuentarium non faceret, feudum haberet præcipuum. per tex.in c.1.de ſucce.feud. ſed reſpon.quòd per iſtum tex. corrigitur; quia feudum non habebit patris burgenſatica hæreditate repudiata. Vel melius ſol.ſi pater diſponeret de feudo, nulla eſſet eius ordinatio.d.cap.1.de feu.ſucc. ſed quia filius per hoc capitulum compelli-
78 tur eſſe hæres, ſi † ſimpliciter adit ipſe omnibus hæreditarijs oneribus obligatur, in quo concordat cum.l.fin.§.1.C.de iur.del. ſine inuentario ergo non liberatur. Videamus ergo ſi cum inuentario liberatur: Et oppono quòd non, ex quo
79 † lex feudalis in expreſſis ſeruanda eſt, etiã ſi legi ciuili ſit contraria, c.1.de feu.cog.ſed in cap.iſto grauat feudatarium, ſi vult feudum, vt ſit hæres, ac vt onera hæreditaria ſentiat, ibi in text. nullo hæreditario onere imminente agnato, ergo filio: ſic ergo concludendum eſt, quòd feudum nõ habeat, ſi aliqua via hæreditaria onera non ſentit. Pręterea videmus (vt toties in oppoſitionibus probauimus, & patet hic & in cap.1.§.præterea.quæ fuit pri.cau.ben.amit.) filium peioris conditionis eſſe quàm agnatum, nimirum ſi text. iſte verè grauat filium quòd ſit hæres in feudo, quo exiſtente hærede per inuentarium nõ liberabitur. Præterea & tertiò capitulũ hoc fuit per Obertum de Orto cõpilatum poſt.l.fin. C.de iure deli. vt And.arguit hic, potuit de facili illud conſiderare; non fecit, ergo cenſetur omiſſum.arg.leg.vnicę.§.ſin verò non omnes C.de cad. toll. cũq; ſimpliciter loquitur, ſimpliciter intelligatur.vulg.l.de pretio. ff. de publ. Præterea & quartò, qui capit feudum, in dubio cenſetur capere pro hæredibus in ipſo feudo; cap.1.de duo.fratr. cap. 1.§.Corradus.de his qui feud.dar. poſſ.& l.ſi pactum.ff.de prob. & ſi primo tantùm tenerentur eſſe hęredes, nunquàm ei hæredes erunt, quin & vltimo eſſent hęredes.l.fin.C.de hęr. inſt. Erit ergo feudum in hæreditate, & per inuentarium præcipuum non habebitur, vt infra dicam.

Hor. attende: quia hæc argumenta quandoque & peritiſſimos fallunt. Solue tu & dic, quòd non obſtat primum argumntum quia
80 † filius non eſt heres in feudo tanquàm in re hęreditaria, nec grauatur

tur vti hæres & feudatarius, ſed vti filius honoris cauſa, ne pater ſine hærede moriatur, inſt.quib.ex cau. man.non lic.§.primo iuncta.l. prima.§. quoties.ff. de iniur. ſecundũ Andr. hic, & ſupra in oppoſitionibus diximus, ſed clarius ſolue tu, præſupponendo quòd contraria non dantur in iure, quæ ſimul vigeant.l.ij.C.de vet.iu.enu. Nam qđ cap.prim.de feu.ſucc.nullam ordinationem patris in feudo admittat & quòd in iſto capitulo grauet filium vt hæredem in feudo, ſtare hæc non poſſunt. vnde ſic nõ ſunt interpretanda. Et ſi tu ſubtilis diceres.in c.illo in genere prohibet gra uamen, hic in ſpecie permittit, hoc eſt ſi ei burgenſatica relinquit, & hoc caſu bene ſtabunt: quia in ſpecie corrigitur & nõ per omnia, ſtabit ergo vtrumque.ff.de pœn.l.ſan ctio legum. Quod etiã patet, quia quando burgẽſatica habere nequit, hoc capitulum ſibi locum non vin dicat, ſecundũ Iac.de Belu.hic arg. l.ſi quis priore. ff.ad trebel.vbi notatur & l.quoties.C.de hær.inſtit.& l.prima.§.ſi ex fundo.ff.eod. Tunc vnde tu intelligas medullam iſtius tex. Dico quòd iſte text.non dicit, quòd filius ſit hæres in feudo tamquam in re hæreditaria. item neq; tex.iſte, neque cap.filius, ſi de feud. fue.contr.dicunt, quòd ſoluit onera feudi ordinata per patrem, iſte probat onus eſſe in hæreditate bur gẽſatica.dum dicit, ibi.nullo ei hæreditatio onere imminente. Cumq; hæc iura feudalia nil aliud inducat, præterquàm quòd grauant filium, vt non repudiet hæreditatem burgẽſaticam patris, ſatis iſta ſimul ſtare poſſunt, quòd adeat hæreditatẽ, & nihilominus non priuetur beneficio.l.fina.C. de iur. delib. quia

81 † lex noua recipit interpretationẽ à l.antiqua.l.ſciendum.ff.qui ſatiſd. cog.iuncta authent.offeratur.de litis cont. Cumque feudum facto inuentario in hæreditate non reperiatur, præcipuum illud retinebit, & ſic non obſtat tertium argu. quia ſatis cogitauit hoc Obertus, ſi in l. erat ſcriptum, ex quo in capitu.primo. de feu. cogn. genericè dicit, quòd

82 † etiam illud quod feudali lege nõ eſt prouiſum, ciuili ſanctione determinetur, & ſic patet etiam reſponſio ad ſecundum argumentũ. Non obſtat quartum fundamentum: quia tunc erit hæres vltimo, qui vult eſſe hæres primo, quando ſumus in ſucceſſione rerum particularium, ſed ſi ſumus in vniuerſalibus, ſat eſt quòd capiat rem illam à primo acquiſitam, tex.eſt in l.prima. ff.de caſtr.pecu. Cumque feu-

83 † dũ ſit quid vniuerſale, vt declarat Iſer.in c. pri. in principio in vltimis verbis, in tit.qđ ſit inueſt. ergo &c. Non erit ergo hæres patri morienti, niſi velit in ipſo feudo, ſecundũ Iſer.hic col.3.ſed tantum in burgẽſaticis, bene tamen erit in feudo hę res primo, de quo cogitauit primus ſcilicet, Iſer.hic, niſi probetur q de omnibus cogitauerit. Quod tamen non præſumitur ſecundum Andr.in ca.1.§.& ſi libellus, de alie. feu.

feu.pat.in vlt.col.& ſic non obſtat hoc quartum fundamentum.

¶ Pro qua concluſione faciũt, quæ latius diximus ſupra in capite filiorum, ſecũda & tertia oppoſit.& de opin.Iac.de Beluiſ. videbis.Moderni Patauini aliter ſentiunt hic poſt Bald. quòd tres ſiant caſus, quia aut feudum eſt ſimpliciter captum, aut pro ſe & hæred. expreſsè, & in iſtis duobus caſibus intelligitur hoc capitulum, aut eſt datum pro ſe & liberis, & tunc etiam quòd non ſit hæres, filius capit feudum. argumen. l.ſi operarum. ff. de oper. liber. & ff. de verborum obligation.l.quodcunque.§.ſi ita, & allegant ita Iaco.tenentem in capitulo primo.de eo qui ſibi & hæred. ſuis, & Andr. hic, & in capitulo primo. de ſucc. feud. poſt Iacob. de Ardiz. Dic tu quòd ipſorum doctrina eſt falſa, primò quia parificant, quando ſimpliciter eſt datum feudum & quando expreſsè pro ſe, & hæredibus, vt probaui in ſecunda oppoſitione principali, in capite filiorum ſupra. Item ipſi non intelligunt Andr. ex quo Andr. in princip. dum dicit verba, quæ ipſi ponderant, non intendit declarare text. ſed magis naturam feud. hæreditarij, & feudi ex pacto & prouidentia. Quinimò Andr. quando vult declarare tex. in principio, quò intelligatur, poſuit exemplum in feudo non hæreditario pro ſe & liberis, & dicit ipſum hæredem patris, & quod dicit de agnato dicendum in caſu filij, vt eadem ſit qualitas feudi, poſtquàm facit differentiam inter agnatum & filium vt bona ſit differentia inter ipſum agnatum & filium, in quo agnato clarum eſt quòd loquitur de feudo non hæreditario. Item confunditur eorum doctrina ex dictis Iacob. de Belui. in dict. capitulo primo, de eo qui ſibi, & hęred. ſuis, & Bal. ibi vbi facit differentiam, quòd concedatur feudum tanquam rectum, & ſub propria natura, vt hic, vel ꝙ dicatur pro ſe & hæredibus, quaſi ꝙ hic non ſit ita datum. Tene ergo, ꝙ in feudo non hæreditario filius non poteſt hæreditatem burgenſaticam repudiare, ſed tenetur eſſe hæres patris, non in feudo ſecundum Andr. in conſtitu. ſi quis poſt litem, vbi expreſsè hoc dicit, & quia faciendo inuentarium, feudum non inuenitur in hæreditate, habebit illud præcipuum, in quo, quoniam dubitari poterit, quando feudum in ſua ſpecie non ſit hæreditarium, vide ſupra in prima quęſt. & latius in pręludijs meis.

¶ Veniamus modo ad feudum hęreditarium, in quo aduerte, quia ſiue ſimus in feudo hæreditario in omnibus ſiue in non hęreditario in primo acquirente, quia vt hæreditaria iudicantur, vt in j.q.prin. in ſecundo capite plenè declaraui: in vtroq; diſtingue; q̃a, aut pr̃ cũ aſſenſu regio ĩ vita appoſuit onus

in feudo & tunc nulli dubiũ eſt, ꝙ per inuentarium nullo mõ liberatur; quia potuit pater in præiudicium filij hoc facere, per l. cum à matre. C. de rei vindi. & ſupra in capite filiorum in ſecũda oppoſitione principali dixi, & inuentarium non liberat ipſum, vt hic per Iſer. & in cap. imperialem. in prin. in vltim. colum. & vbique. Aut ſine aſſenſu, & tunc clarum etiam eſt, quòd non obligat corpus feudi deficiente aſſenſu, vt in c. imperialem. de proh. fe. al. ali. per Fede. & tunc dubium ſtat, an noceat in fructibus, qui burgenſatici ſunt cap. iſto, & ex re quæ à patre deuenit percipiuntur, de quo diſtingue & dic vt ĩ ſua propria quæſt. infra an pater noceat in fructibus? aut non contraxit in vita, ſed in vltima voluntate, & tunc aut cum aſſenſu,
84 & in hoc † cum iſta feuda hæreditaria veniant in petitione hæreditatis, ſecundum gl. in l. item videndum. ff. de pet. hęr. vt in ſua quæſt. infra concludimus, vt ceteræ res burgenſaticę iudicantur, poſtquã Dominus conſentit, & ſucceſſores non poſſunt reuocare, vt ſupra in ſecunda oppoſitione. Cumque inuentarium res hæreditarias, & in hæreditate exiſtentes non liberet. l. fin. C. de iur. delib. minimè ergo feudum liberabitur, vt ibi latius dico, & ideo in hoc operatur inuentarium in feudo hæreditario, vt non teneatur vltra quàm ſit in feudo. Aut ſine aſſenſu, & tunc corpus non obligatur, vt in cap. imperialem, ſed bene fructus in caſu, & eo modo vt in ſua quæſtione fructuum dicemus, & hoc cauſat inuentarium, quod ſi non fieret, tam filius quàm agnatus actione perſonali tenerentur, ex quo tenentur in feudo hæreditario hęredes eſſe, vt in ſecunda oppoſitione probaui, & non faciendo inuentarium, per omnia tenerentur. l. fin. C. de iur. delib. & omnia quæ habent locum in inuentario repete hic. Et aduerte quia Doctores limitant multis modis, quòd filius non teneatur eſſe hæres, vide infra in proprijs quæſtionibus; quia hæc quæſtio deſeruit nobis in caſu, in quo tenetur eſſe hæres, ideò hic non pono.

85 Quæro VIIII. an † feuda veniant in petitione hæreditatis? Dic vt dixi in capitulo primo. de ſucceſ. feud. ſuper text. videtur primò
86 quòd non, quia † priuilegia ad hæredes non tranſeunt. l. prima. §. fina. ff. de conſt. princ. ſed ſic eſt quòd feuda dicuntur priuilegia, vt in capitulo primo. §. final. in quibus cau. feud. amittan. & melius declarat Iſern. in capitulo imperialem. §. præterea ducatus. de prohibi. feud. alien. per Fed. col. 2. ergo &c. Sol. ſi feudum ſimpliciter diceretur priuilegium, quod in capitulo imperialem, negauimus, tunc dic aut priuilegium cohæret perſonæ, vt fauor, tunc habet locum contrarium, aut ſtat vt alicuius rei donatio, & tunc niſi natura rei repugnet, ſemper

tranſit

tranſit ad hæredes, l. ſi pactum.ff. de probat.Cumque feuda ſtent ſecundo modo cap.primo. §.fin.in quib.cau.fe.amittan.bene ad hære des ibũt feuda cap.primo. de duo. fratr. vbi expreſsè patet, argum. etiam l.pr. in fin. ff.de iure immu. Dixi niſi natura rei repugnet, vt dicimus de feudo guardiæ & ſimilibus.capitulo primo. de feu.guar. & hæc ſanè intelligas,vt ſint tranſitoria ad hæredem, ideſt ſi hæres eſt habilis, argumen.l.pr.C.de ſacroſan.eccle.ob quod certè dicebat Iſern. in capitulo primo.§.& quia. in ſecunda colum.de his qui
87 feud. dar. poſſ. quòd † ſi fœmina acquirit feudum; non propterea filia fœmina ex ea poterit ſuccedere, cum ſit incapax capitu.primo. §.ad filias.de grad.ſucc. & cap.1.§. primo.de ſucc. fe. quaſi cogitauerit,quod ius vult.l.ſi cui.ff.de ſeru. & l. quanquàm. ff. de ritu nupt.
88 Ex quo inferas tu, quòd † cum feuda dentur iure ſanguinis deſcendentis, vt in cap. primo. de gra.ſucc.iũcto cap.primo. de nat. ſucc.feu.iũcto etiam capitulo adoptiui. ſi de feud. fuer.controuer.ac etiam ſanguinis iuſti,vt in cap. naturales.eod.tit.omnes extranei hęredes inſtituti quamuis ſint de ſan guine non deſcendentes à primo inhabiles iudicantur,& eos lex feu dalis non vocat d.c.1.de grad.ſucc. & cap.1.§.Corradus, de his qui fe. dar.poſſ. vt bene declarat gloſſ.in verbo frater. in cap.1.§.& quia.de his qui feud.dar.poſſ.quoniam reſtringitur ly hæres,vt in §.emphiteuſi. in auth. de non alie. niſi pacto,& inueſtitura in ſpetie illos vocet, dict.§. cum verò Corradus.c.1. de fe. fęm. & capitulo primo. §.filia,de ſucc.fe.cum concor.Quamobrem conclude, quòd ſi quærimus,an feuda veniant in petitione hæreditatis, dic, quòd inter extraneos & incapaces hæc quæſtio eſt indubitabilis; quia quantumcunque ſint hęredes vniuerſales, ſiue à lege, ſiue inſtituti, in tali petitione hæreditatis non veniunt feuda: quia eo ipſo quòd
89 conſtat hos eſſe inhabiles † in quocũq; iudicio etiam ſummariſſimo repellentur,vt ff. de car.edic. l.3. §.cauſæ,& §. ſequen.ex quo rectè dixerũt Din. & Bart. in l. ſi pa-
90 tri, quòd † in fideicommiſſo inter extraneos non venit feudũ, & edictum diui Hadriani habere locum inter perſonas, quæ aliàs ſuccederent ſecundum annulatos in quæſtione hac edictali. In propoſita igitur quæſtione Reſpon. ꝙ aut ſumus in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario, aut in feudo hæreditario. Primo caſu, aut loquimur in petitorio, aut in poſſeſſorio; in petitorio nulli dubium eſt, quòd hæres non habebit feudum, vt patet in cap.iſto de agnato, & ſi de feu.fuer. contr. §. inter filiam. & eſt glo. in verbo ad dominum, quib.cau.feu.amitt. & cum iſta opin. tranſit Gui. de Suzaria & Albe. in l. item videndum. §. & non tantum. ff. de pe-

petitione hær.per iura ſua,quoniá Si vt communiter concludunt in cap.1.de ſucceſ.feud.hæc feuda nec ex teſtamento,nec ab inteſtato no bis debentur, nulla eſt hæreditatis petitio in illis ſecũdũ Goffe. in tit. de pet.hær.etiam rogo conſentiẽtes capitulo primo.de alien. feud. pat. & ideo agnatus capit illud ſine hæreditate in titulo iſto.

¶ In poſſeſſorio verò tã in vniuerſalibus iudicijs, vt declarat Iſer.in c.1.ſi de feu.fue.contr.q̃ in particularibus, in caſu. §.1.ſi de feud.fue. contr. bene venire poſſunt, vt in d.§.inter filiam, niſi in promptu oſtenderetur inueſtitura repugnans,ſecundum Andr.in d.§.inter filiam.arg.l.ſi is. §.1. vt in poſſ. leg.& d.l.3.§.cauſam,cur §.ſequen. ff.de car. ed. quia hæc priuilegia primò attenderentur, ſecundum Abb. in capitulo primo. de confirm.vtili vel inutili. Et hoc conſiderando ipſum iudicium poſſeſſorium, in quantum à præmoriente fuit poſſeſſum corpus illud nulla diſcuſſione iuris habita, ſecundum Iacob. Butr. & Guli. Aut loquimur in feudo hæreditario, & antequàm reſpondeam, ad vnum attende, quod nolui tibi in præcedenti quæſtione dicere, ex quo magis congruenter cadit hic.

91 Dubitant plerique, quod † venire in hæreditate eſt tanquam qualitas, non ꝙ feudum ſit de per ſe, & in propria ſubſtantia hæreditarium: quo caſu adimplendo illam qualitatem, quòd ſit hęres per inuentarium, liberabitur: quia capiet feudum, quód non eſt ſui ſubſtantia hæreditarium, ſicut dicimus in filio in feudo ex pacto & prouidentia in cap.iſto,& capitulo filius.de cap. q cur.vend. Dic tu quòd verè feudum capit hanc qualitatem hęreditarij,vt probaui in ſecũda & quinta oppo.ſupra in capite filiorum,& in prima quæſtione in ſecundo membro principali.ibi quęro quod eſt feudum ex pacto & prouidentia hæreditarium. quamobrem conclude, ꝙ ipſum feudum eſt hæreditarium, & in ipſo feudo eſt hęres, ita notanter concludit Iſer.in ca.primo. §.quid ergo, in vltimis verbis de inue.de re al.fa.Pro quo faciunt dicta Andr. in capitulo imperialem. §.preterea ducatus, dum dicit, ſecũdogenitum non eſſe hæredẽ in feudo, quaſi primogenitꝰ ſit hęres in feudo, & ſatis apertè ſentit ipſe hic, pro quo facit glo.in verbo ad dñm.in c.1.quib.mo.fe.am.glo.in c.1.in verbo frater. de his q fe.dar. poſſ.dum dicit, ꝙ ſi alter inſtituitur ĩ hęreditate, frater erit hęres in feudo,quod clarè fatetur And. hic in 3.col.& ſatis ſentit Bal.in c.1.de his qui feud.dar.poſſ.§.& quia, in ſecunda colum.verſi. nota, ſatiſq; fuit etiam de mente Bald. ĩ conſil. lxxxij. incip. Proponitur, quòd inueſtitura. in primo volumine,

92 vbi dicit,quòd † hæres feudi tenetur eſſe hæres in ipſo feudo, vt clarè etiam probat Alexand. in conſi.vigeſimooctauo. in v. volu. col.

col.pen. Nec aliter eſſe poſſet, vt in ſecunda & quinta Oppo. probaui in capite filiorum, & in pr.qu. in 2. membro principali. Erit ergo hæres in feudo, ſi feudum eſt hæreditarium, & ita intellige omnes iſtas doctrinas, & cãtent quicquid velint Curt. in ſuo primo conſilio. columna ſexta, & cęteri, qui hæc non penetrãt. Eſt enim in hoc rei feudalis natura alterata, & tranſmutata, feudi naturam retinens in ceteris. cap. primo. de feu. non ha. propr. nã. feu. Pro quo eſt caſus in l. ius ſepulchri. C. de religi. & ſump. fun. Et ideo in feudo dicebat And. quòd eſt hæres in regno, vbi communis inueſtitura facit ipſum feud. hæreditarium, ita dicit ipſe in capit. primo. in fi. verb. de inue. de re alien. fa. quoniam ex illa inueſtitura feudum eſt effectum hæreditarium. Hæc ergo feuda veniunt in petitione hæreditatis, dicit Iſern. & non alia, in capitulo pri. §. & olim. in col. ſecunda verſicu. ſi feudum datum. de ſucc. feu. & in conſtit. hac edictali. & ità eſt intelligenda gloſſ. in l. item videndum. §. nunc veniamus. ff. de peti. hæredit. tam in filio quàm in agnato, quicquid ibi dixerit Raynaldus de Forliuio, quòd intelligatur in filio: Quoniam licet attentari, & malè poſſit in feudo non hæreditario, vt ſupra dixi, in feudo hæreditario filius & agnatus in nullo differunt, vt ſupra in oppoſitionibus tu colliges. Quem ſequitur idem Andr. hic & in cap. primo. in vltima col. qui ſucceſ. tene. de aliena. feu. pa. cap. primo. col. ſecunda. & in ca. 1. §. donare. qual. ol. feu. alie. po. in vj. col. in c. 1. §. huius autem generis in quib. cau. feu. ami. in 3. col. & vbique, & totus mundus, vt latius cæteros Cur. in ſuo primo cõſilio cumulauit, dictorum tantum cumulator, & non terminorum fidelis ponderator. Et damna illos, qui tenebant, quòd glo. in l. item videndum. §. nunc videamus, ſicut illam intellexerunt Iacobus Butrig. & Guil. non dicit, quòd feuda veniunt in petit. hæreditatis, ſed quòd filius ſuccedit in illo ex conditione capitulorũ feudalium, nam gloſſ. illa præſupponit, quòd filius capiat hæreditatem, & quærit, an in ea veniat feudum, in quo reſpondet quòd ſic.

¶ Et ſi tu ſubtilis diceres, ſi in hoc ꝙ ſint hæreditaria, aſſumit naturã hæreditarij, quare ad extraneos nõ
93 ibunt? Reſpon. ly † hęredes, omnes comprehenderet, niſi certos hæredes lex vocaret, vt in authen. de non alie. §. emphiteuſi. Cumq; lex feudalis certos vocet, c. primo. §. & ſi liuellus. de alie. feu. pa. capitulo 1. de gra. ſucc. feu. per totum. & capitulo primo. §. & quia, cum ſequenti. de his qui feud. dare poſſ. quantumcunque capiat pro hæredibus, de illis hæredibus videtur ſenſiſſe. dict. §. emphiteuſi. oportet in hoc capere pro hæredibus quibuſcunque ſecundum

quoſdam, de quo in ſuo loco ſucceſſionum dicam.

¶ Et ſi vlterius quęreres, quare hoc feudum, quod habemus ex prouidentia dantis, & à primo etiam quòd ſit hæreditarium ſecundum Andr. in cap. primo. de alie. feu. pa. venit in petitione hæreditatis, & feudum non hæreditarium non venit in petitione hęreditatis, eo quia à primo dante habemus, vt latè in prima quæſtione declarauimus: Reſpon. quòd omnia feuda à primo acquirente & prouidentia dantis habemus, ſecundum Andr. in capitulo primo de alie. feu. pate. & in prima quæſtione probaui,

94 Sed † feuda non hæreditaria habemus ſucceſſione, quo caſu primo ſuccedo, feuda autem hæreditaria habemus tranſmiſſione, ideſt q. licet beneficio primi, & dantis habemus; ineſt tamen qualitas, vt à moriente in nos transferatur tamquàm res ſua hæreditaria non ratione rei ſed ratione illius qualitatis hæreditariæ, iſtis terminis vtitur Iſer. in cap. 1. §. huius autem generis, in quibus cau. feu. am. in capitulo primo colum. ſecunda de alie. feu. pat. in cap. primo. §. prim. de refut. feu. & in cap. primo. de eo qui finem fe. agn. & hic magis declarat. colum. iij. nimirum ſi aliter ſtatuitur in vno quàm in alio. Et hæc tibi ſufficiant pro huius quæſtionis dote.

95 ¶ Quæro x. an † poſſit præiudicare ſaltem in fructibus feudi? & in hac quæſtione quicquid dixerint Pau. & cæteri in l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acquir. hære. vbi veris feudorum terminis non vtũtur: tu ſecundum Iſern. noſtrum dic, quòd aut loqueris contrà eundem, aut contra dominum, aut contra tertium, aut contra hæredem, vel filium. Reſpectu ipſius, & tunc aut loqueris ſi ſine aſſenſu celebratur actus; aut ſi cum aſſenſu. Primo modo, aut quæris quò ad ipſos fructus, an denegari poſſit ipſorum perceptio feudario, vt tedio affectus ſoluat, & hoc caſu dic, vt latè dixi in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infec. concurrendo cum Dino, Bar. Imo. & Ludo. in d. l. ſi finita §. ſi quę ſint. Aut quæris ſi res ipſa, & ſic fructus, & commoditates poſſint capi per tertium, cui ſine aſſenſu nõ conceditur, & ſic habere ius percipiendi illos fructus, & dic quòd non, capitulo imperialem, & cõſt. conſtitutionem diuæ memoriæ, vt declarat Bald. in l. is quem. C. de præd. mino. & in capitu. primo. de vaſ. decre. æta. & melius per Mar. & Bald. in §. donare. qual. ol. feud. alie. pot. niſi infra quinquennium fructus locarentur, vt in d. conſtit. habetur, & non vltra, ſecundum glo. & Iſer. ibi. & nos in cap. imperialem. in illa quæſtione, an fructus feudi locari poſſint, latius demonſtrauimus, vel ad vitam indefinitè, vt ibi dico: Aut quæris an eo condemnato perſonali actione, vtrum poſſit fieri exequutio in fructibus, & tunc aut quæris ſi poteſt exequi,

vt illud ius pcipiēdi fructus poſsit exequi, aut ſi ipſi fructus cohærentes ſolo poſſunt exequi, aut & tertiò ſi ſeparatis fructibus à ſolo ſuper illis fiat exequutio. Primo caſu dic vt in præcedenti capite dixi, ſe
96 cundo caſu dic idem; quia † fructus pendētes pars ſoli ſunt. l. fructus pendentes.ff. de rei vind. ſed tunc contra; quia ſi aliud non habet feudatarius, bene in fructibus exequitur, argu. l. commodis.ff. de re iud. & l. ſtipendia. C. de except. rei iud. vt dicimus in fructibus eccleſiæ. c. peruenit. extrà de fid. Sol. aut conſideras illos fructus vt partem ſoli, quòd tunc transferantur in creditorē, & hoc fieri non poſſet, & ità intellige quod dico, aut conſideras illos fructus vt percipiēdos, & bene conceditur exequutio in ipſis, quaſi quòd ius, quod competit feudatario ſuper fructibus ſeparandis transferatur in creditorem, tex. eſt ſingularis ad hoc non ponderatus in cap. primo. §. conſequenter. hic finitur lex. ſi conſideras fructus cohærentes ſolo, & qa tranſiuerat mēſis Martij, ob quod ius percipiendi competeret ipſi feudatario & ſuis hæredibus, iudicatur de ipſis fructibus ac ſi nō eſſent pars feudi, quod in dominū tranſit, & ſic fructus etiam tranſirent. Aliud eſt ergo ſi conſideras ipſos fructus vt partem rei, aliud ſi vt ſeparandos, quod nota, & ita exequere, obtinendo mandatum contra colonos, & detentores, vt minimè de illis fructibus ſeparandis alteri reſpondeant. Et aduertas ſemper, quòd hæc ita demum vera ſunt, ſi feudatarius, nihil aliud haberet, ſecundum Iſer. in conſt. ſi quis poſt litem: & doct. in §. ſi de vectigal. l. ſi finita. ff. de dam. infec. vide cumulata per Alber. Bru. in conſi. xviij. in v. col. aut cum maxima difficultate in alijs poſſet exequi, vt bene declarat Bald. in l. fin. ff. ſi cert. pet. & Bart. in l. iij. ff. de app. recipi. & moderniores in allegatis locis etiā confirmant. Aut & tertiò quæris, an ſuper fructibus ſeparatis à ſolo poſsit exequi, & tunc dic ꝙ principaliter in illis poſsit exequi, ex quo dicuntur burgenſatici cap. iſto, & conſt. ſi quando. §. fructus, de pen. foriudi. & Iſer. in c. 1. in fin. de duo. fratr. de nou. bene. inueſt. Hic caderent tres difficultates, prima, ſi alter percipit fructus, an vaſallus teneatur ſeruire; & hanc queſtionē latiſsimè in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infec. diſputaui. ij. an ſaltem ſit tantum relinquendū huic, vt poſsit militare, ſicut dicit de clerico Gemi. in cap. ſi Papa. de reſcrip. in ſexto. de quo in queſtione illa, an patri competat vſusfructus in feudo dixi. & bene ex præcedenti quæſtione patet, hic non repeto. Item, & tertiò conſidera ſi ea ratione: quia vaſallus non ſeruit, Dominus feudum vindicat, vt declarat Iſer. in cap. primo. §. prætera. de cap. Corra. & in c. imperialē. §. illud. de proh. feu. alie. per Fed. an iſte creditor priuetur hac commoditate percipiendi fructus. & dic, vt

vt dicam infra in domino. Aut loquimur in caſu, in quo feudum a-
95 peritur domino, & † quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. cap. primo. §. rurſus. quibus mod. feu. amit. diſtingue ſemper vt in cap. primo. §. conſequenter, hic finitur lex. ſi ante Martium, vel poſt, ex quo feudum ſub certa lege datum ab initio conceſſionis eadem lege aperitur Domino, etiã quòd facta eſſet exequutio, ſecundum Andr. in cap. primo. §. quid ergo. de inue. de re alien. fac. col. j. Aut & tertio caſu quæris reſpectu tertij, puta agnati, & tunc diſtingue; quia aut ſumus in feudo non hæreditario, & quę diximus de domino repete in agnato; quia dominus & agnatus quò ad hoc, parificantur, vt in cap. iſto. Aut ſumus in feudo hæreditario, & dic vt dico in filio in feudo hæreditario, aut conſideras tertium, qui forte emit feudum; & quia reſolutum eſt ius vendentis; minimè durabit res ſua, dict. cap. rurſus. quib. mo. feu. am. Aut & quartò quæris, ſi in præiudicium filij, & tunc diſtingue: quia aut ſumus in feudo non hæreditario, aut in hæreditario. Primo caſu, aut eſt nouum, aut antiquum, ſi antiquum, aut filius fecit inuentarium, vt in ſua quæſtione inuentarij, & iudicatur tanquam agnatus, vt ibi probauimus, & dic, vt de agnato & domino dixi. Aut non fecit inuentariũ, & ſumus in caſu, in quo in allodialibus tenetur eſſe hæres, & tunc quã ſimpliciter adeundo quaſi contrahit cum hæreditarijs creditoribus. l. item apud Iulianum. §. fina. ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. Quo caſu, in omnib. tenetur l. fi. C. de iur. delib. & tũc omnia quæ diximus in principali, repete in filio, & tanquàm in feudo filij. Aut ſumus in nouo, qđ filius contemplatione patris habet, vide in lec. x. Aut loquimur in feudo hæreditario, & breuiter me expediendo dico, quòd aut non fecit inuentarium, & rationib. antedictis tanquàm in ſuo feudo, idem multò fortius dicendum. Aut fecit inuentariũ, & tũc idem etiam dic in hærede, ſicut in ipſo etiam principali, q. eius factum impugnare nequit. l. cũ à matre. C. de rei vind. ſecũdum Iſern. in cap. 1. §. qđ ergo in quæſt. ſed an iudiciale pignus verſ. alioquin miſſio. in j. col. de inue. de re alie. fac. & illa actio perſonalis bene deſcendit in hæredem, ſecũdum Andr. ĩ c. Imperialem. in princ. ĩ pen. col. de proh. fe. alie. per Fede. & ĩ conſt. ſi qs poſt litẽ. poſt dic. §. qđ ergo. Et ratio prædicto-
96 rum eſt: quia † inuentarium non liberat hęredem à re hæreditaria, vel in eo quod ex re hæreditaria venit, vt in d. l. fi. C. de iur. deli. communiter concludũt. Cumque fructus iſti perueniant ex re hęreditaria, licet diſpoſitionem validam omni tempore feudi ſine aſſenſu non habeamus. ca. imperialem de proh. feu. alie. per Fed. fructuum ſeparandorum, qui burgenſatici dicuntur, vt hic in cap. iſto, commer-

mercium bene habemus, & tamquam ex re hæreditaria bene exequuntur. Sed tunc contra; quia nõ veniunt fructus mortuo patre ex feudo patris, ſed ex feudo filij. l. fi. C. de inoff. teſta. cum concor. Sol. ſi feudum eſt filij, non tamen haberet illud niſi hæres eſſet. l. ius ſepulchri. C. de reli. & ſump. fun. & ſupra toties declaraui. Cumq; fructus hos habeat vt hæres, meritò igitur illos precipuos non habebit d. l. fin. C. de iur. delib. Secundo verò caſu principali quãdo adeſt aſſenſus regius, aut ſumus in feudo non hæreditario, aut hæreditario, primo caſu diſtingue in primo anno, vt in §. conſequenter, etiam quòd adſit aſſenſus domini: quia in cæteris idem eſſet de fructibus, quod de corpore feudi, in quo aſſenſus non nocet cap. pr. de alie. fe. pat. & ita diſtingue in iſtis fructibus, ſicut fecimus ſupra in oppoſitionibus de corpore ipſius feudi, aut ſumus in hæreditario. & in corpore feudi, etiam exequeretur cõtra omnes, etiam contra fiſcum, vt in cap. pr. qui ſucce. tene. declarat Andr. & ibi dixi. Ex quo ſequitur
98 correlariè, quòd † cum ſine aſſenſu feudi diſpoſitionem validã non habeamus c. imperialem. de proh. feu. alie. per Fed. & conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, ius quod habet creditor in fructibus non eſt conſiderand. illos vt feudales, ſed vt burgenſaticos, vel futuros burgenſaticos donec feudum eſt ſuum vel hæredis, & ita intelligi debet illud quod ſpirituale non poteſt vendi cap. querela, & capit. conſulere. de ſimo. & tamen fructus venduntur, vt in c. veſtra. extr. locati, cum ſim. & adde quòd illud quod dicimus de fructibus feudi, idem eſſet dicendum de animalib. & mobilibus exiſtentibus in feudo ſecundum Bald. in conſi. 33. & conſi. 422. in primo vol. Quod verum eſt, niſi feudum illis eſſet inſtructum, arg. l. ij. C. de verb. obli. vt Iſer. in cap. 1. §. & plauſtrorum, quæ ſint rega. dicit; quia tunc vim feudalium haberent reſpectu collectarum.

¶ In hac materia fructuum eſt exa
99 minandus † intellectus. §. his conſequenter, & quare ita ſtatutum ſit vide Alex. in l. diuortio, col. 2. & diſtingue vt ibi fit, & quid in paſcuis, vt in conſi. Ancharani.

¶ Incidenter inde quærendum eſt
100 hic, an † fructus pendentes poſt menſem Martij, quo tempore moritur pater, ſint filiorum, vel fratris primogeniti hęredis in feudo, quidam dicunt quòd ſunt burgenſatici per §. his conſequenter. hic finitur lex, & cap. pr. an agnatus, ſed tu diſtingue aliter: quia aut quæris ſi illo tempore fructus ſunt hæreditarij vel nõ. & dico quòd ſunt hęreditarij, vt in d. §. his cõſequenter, aut quæris ſi ex hoc quia hæreditarij habeant qualitatem burgẽſaticam, & dico ꝙ non: quia habent qualitatem rei, vt in l. fructus pendentes. ff. de rei vin. nec tenet conſequentia: ſunt hęreditarij, ergo

go ſunt omnium? quia ſunt hæredes feudi: quia & feudum etiam eſt hæreditarium, & tamen non debetur niſi primogenito, vt in conſt. vt de ſucceſſ. item ſi attento quòd ſunt ſeparandi; iudicarentur vt burgenſatici, & omnium, non ſolius hæredis feudatarij, vel ſucceſſoris in feudo non eſt hæreditario, ſicut creditores exequuntur, vt ſupra dixi in omnibus fructibus futuris, exequerentur etiam & filij, quia burgenſatica communia ſunt, quod eſt abſurdum. Sunt enim burgenſatici in bonis ſolius feudatarij, inquantum iudicantur vt ſeparandi & feudales, vt cohærentes ſolo, quę ſi inde ſeparantur, ſoli feudatario ſpectant, ad quod vltimò aduco: quoniam ſi iſti fructus non iudicarentur vt feudatarij, quomodo dominus in omni parte anni caperet medietatem illorum pro releuio, vt in c. primo §. ſimiliter. de ca. qui cur. vend. vbi Iſern. & tamen non petitur in burgenſaticis releuium, oportet ergo vt tempore mortis patris ſint ſeparati, & per omnia iuxta terminos d. l. fructus pendentes. iudicentur; & ita intellige glo. & dicta in l. defuncta. in glo. magna. ff. de vſufru. quòd tranſmittit ad hæredes ſupple ſecundum qualitatem ſuam, & ſi in §. conſequẽter, tranſmittit ius; quod ipſe habet in illis fructibus, ei q non habet ius in feudo, tranſmittit ius ſuum quod habet contra dominum cauſatum in perſona ſua, & quod ab ipſo acquiritur; tranſmittitur ad quos vult, ſuo tempore quando ſunt capaces, in recompenſam ammiſſi feudi, ſed rectius dicemus, vt iſti fructus diuidantur cum fiſco propter releuium, & reliqua pars ſit communis inter omnes filios; quia licet. §. conſequenter, loquatur inter hæredem feudi, & dominum. cap. pr. an agnatus, loquitur cum hærede feudi agnato, & dicit, ꝙ fructus poſt menſem Martij non ſunt ſui, ſed ſunt hæreditatis burgenſaticæ, de quibus diſponit moriens. Et ratio eſt: quia iudicantur poſt illud tempus vt temperandi, &c. ideò burgenſatici ſunt, facit conſt. ſi quando aliquem foriudicamus. in §. fi. & tex. in l. defuncta, intelligit Iſer. in fructibus ſeparatis à ſolo in conſt. poſt mortem, & dicit ꝙ vadunt ad extraneos hæredes.

101 ¶ Quæro xi. an † pater poſſit diuidere feudum, ita quòd eius diuiſioni ſtetur poſt mortem in præiudicium ſuccedentium, & quoniam vnicus caſus eſt dubius, cætera bene ſtudentibus ſatis ſunt clara. Diſtingue, ꝙ aut ſumus in feudo ſui natura indiuiduo, aut in feudo diuiduo, quæ qualia ſint in c. imper. §. præterea ducatus. habes, Primo caſu dic, ꝙ aut diuiſio fit cum aſſenſu, aut ſine aſſenſu, ſi ſine aſſenſu, & tũc aut ſibi datur licentia alienandi ſine aſſenſu, vt in cap. pr. de fe. non hab. propr. nat. feu. vt in conſ. 14. Alber. Bru. aut ſibi non eſt data talis poteſtas, &c. diſtingue, ſi pater vult dare feudũ

nouum

nouum vni ex filijs, vel antiquum hęreditarium, tamen ſine aſſenſu ſecundum Iſer.in cap.pr. de natu. ſucc.feu.in v.col.ibi.quis ergo,de quo vide addit. meam in cap.pr. de alie.fe.pat.in princ. Alber. Bru. in conſil.18.in vj.col. voluit, ꝙ in feudo hęreditario non obligentur fructus, quando ſimpliciter pro hęredib.datur,& error eſt à primo fundamento, in quo ipſe ibi errat in quinta col.in fin. & limitat ibi in fine illius col.hoc eſſe in feudo, quando debitum eſt ex onere patris & creditoris;ſecus ſi lucratiuũ, & malè, & an facta exequutione in feudo contra patrem pro fructibus,duret contra filiũ. Alber.conſilio 37.nulli dubium eſt,quòd talis diuiſio numquàm nocet, quoniam ſine aſſenſu fieret dominus qui non eſt,ſecundum gl. & And. in conſtit.conſtitutionem. in cap. imperialem.§.pręterea ducatus. & in cap.omnes. ſi de feu. fue.contr.
102 cum concor.eſſet † enim alterare naturam feudi,quod ſoli domino permittitur. vt in cap.pr. de feud. non hab.propr.nat.fe. habetur,& nocere futuris, quibus nec dominus poſſet, niſi conſentirent, vt ſupra in v.quæſtione dixi. Aut diuiſit cum aſſenſu, & tunc aut eſt indiuiduum non hæreditarium, aut hæreditarium. primo caſu,aut eſt nouum, aut antiquũ, ſi nouũ, idem dic de nouo, ſicut de hæreditario antiquo; quoniam ex quo occaſione ſua habet; vim hæreditarij cenſetur habere, vt ff.de aſſi. lib.l.pr.& per tot.& inſt.coniũcta l.3.ff.de interd. & releg.vt in puris terminis concludit Iſern. in conſt. conſtitutionem,in princ.& nos in prima quęſt.in ſua ſpetie propria clarius demonſtrauimus. Si verò eſt antiquũ,vana eſt quæſtio:quoniam nec cũ aſſenſu poteſt nocere non conſentientibus.ca.pr.de ſuc. fe.iũcto cap.pr. de alie. fe. pat. vbi etiam Iſer. hoc idem dicit, & in v. quæſtione ſupra patet,& fatuus eſt intellectus illorũ, q dicebant, ꝙ cap.pr. de ſucc. fe. intelligitur ibi. nulla ordinatione valente, vel manente reſpectu extraneorum, non inter filios; quia, vt litera ſonat, de ſuccedentibus loquebatur, aut eſt indiuiduũ hæreditariũ & ſine aſſenſu, dic idem,ſi verò cũ aſſenſu diuidit, & poteſt tam nouum, quàm antiquũ, ex quo tam filius quàm agnatus tenentur eſſe hęredes.l. ius ſepulchri. C. de relig. & ſump.fun.& toties in oppoſitionibus probauimus.Quamobrem factũ ipſius impugnare nequibũt.d. l.cũ à matre. C.de rei vind. Aut & ſecũdo caſu principali ſumus in feudo ſui natura diuiduo & tũc, aut eſt ex pacto & prouidentia nõ hęreditariũ, aut hæreditariũ,ſi nõ eſt hęreditariũ, nedũ ſi ſine aſſenſu diuideret, ſed ſi cũ aſſenſu idem dic in iſto diuiduo, ſicut dixi in indiuiduo, per tex.in cap.primo. de ſucc. fe.iũcto cap.pr.de alie.feu. pa.& bene etiam probatur in l.liberi.ff.de aſſi.libe. & l. vt iuris. in fin.ff.de oper. liber. & l.3.§.ſi plures.

res.ff.ne quid in frau.patro.aut ſumus in feudo diuiduo, & hæreditario, & tunc ſimiliter diſtingue; quòd aut fecit cum aſſenſu, vel ſine eo; ſi cum aſſenſu, ſic diuiſionem valere: quoniam ſi valet in indiuiduo, ergo multo fortius in hoc diuiduo: & ſi poſſet alienare in extraneos; multo fortius inter ſuos, ſecundum Alber.Bru.cõſi.14. Aut diuiſit ſine aſſenſu, & in hoc eligimus dubium, de quo intendimus diſputare, & quoniam ſi diuideret in extraneos nihil faceret, vt in cap. imperialem, reſtringamus quæſtionem in patre diuidenter inter filios, ſi plus vni, quàm alteri dedit, & primò quòd poſſit patet: quia filij erant immediatè ſucceſſuri, cum quibus poterat de feudo ad libitum diſponere. cap.primo. de alie.feu.pat. & cap.1. §.ſed & res, per quos fiat inue. per quę inter ipſos filios ſic limitatur ſupradicta. Secundò patet ex authoritate Andr. ſic determinantis in cap. omnes filij.col.2.verſic.item ſi vaſallus aſſignat. ſi de feu. fue.contr. Tertiò patet, ex d.c.omnes filij, põderando quòd fratres in præiudicium filiorum ſuorum faciebant diuiſionem, ergo pater diuidendo filio nocere poteſt, & facere quòd diuiſione feudum ad vnum vadat, arg.§.cum pater l.filius.ff.de leg.1. l.pater filium ff.ad l.Falc.l. vnum ex familia, in princ.in §.ſi duos. & in §.rogo.ff.de leg.ſecundò.& l.cũ quidam, eod.tit.

¶ Contrarium eſt verum; oportet reſpondere argumentis limitantibus concluſionem noſtram. Non obſtat quòd in cap.1. de alie.feu. pa.permittatur alienatio per liuellum in §.ſed & res, permittitur vẽditio: quoniam tu non negas, ꝙ inter immediatè ſucceſſuros illud fit, & tunc cuiuſcunq; contractus nomine fiat, ſemper refutatio dicetur.text.ergo ſingularis in d.c.1. de alie.feu.pat.in §. & liuellum, vt latius in cap.imperialem.in prima oppoſitione probo, & ſi refutatio eſt, non transfert ius de nouo nõ cogitatũ à primo, & domino dante, operabitur ergo refutatio iſta, vt loco tantum ceſſiſſe videatur, in quo alter ſubingreditur, ca.primo de eo qui fi.fec.agna.& ibi Iſer. Nimirum ſi immediate ſucceſſurus capit illud, eodemque modo ſi pater refutaret feudum, omnes filij caperent, & ſi diuideret per æquales partes ſub nomine diuiſionis fieret vt tãquam refutatũ caperent. At ſi pater vellet inæquales 1 partes facere; contraheret cũ non immediatè ſucceſſuro; qui ſic, & in tanta portione non erat ſucceſſurus, & eſſet aliter ordinare quàm lex ſtatuit; & ideo non valet.d.c.1. de ſucc.feu.& ita intellige iura prędicta, vt liceat tenenti feudum cũ immediate ſucceſſuris contrahere, in eo ſcilicet quòd poſt mortem eius habituri eſſent, & non aliter. Non obſtat doctrina Andreæ, q̃a aut intellexit cum aſſẽſu in feudo hæreditario antiquo, vel non hæreditario nouo, vt in l.3. ff.de interd.

terd. & releg. & l. aſſignare ff. de aſſig. lib. aut malè loquitur per l. quartam. ff. de iure patron. iuncta l. liberi. ff. de aſſig. liber. ac iuncto etiam capitulo imperialem, & ſic intelligendo non contradicit, ſupradictis, aliàs, cum ipſe legem non adducat, & capitulum omnes filij (vt patebit) non obſtat, nullo modo euaderet, quin ſibi ipſi contrarius non eſſet; quoniam in capitulo omnes filij, diuiſionem permitteret, & in locis ſuperius allegatis, ne fiat dominus, qui non eſt, ſemper exclamat, & contra ipſum tenuit Iacob. de Ardiz. in ſua ſumma in titulo vtrum Rex poſſit vni ex filijs feudum aſsignare, & Bald. in capitulo imperialem, columna quarta ac omnes. Nec obſtat ſi diceres tu, quòd illud quod dicit Iſern. debet intelligi in feudo indiuiduo, & non in feudo diuiduo; quoniam in feudo indiuiduo fieret Dominus, qui nullo modo eſt dominus: At in feudo diuiduo fit dominus qui aliqua ex parte eſt dominus; Certè hæc ponderatio pluries turbauit ſpiritum meum, ſed nunc realiter reſpondeo, quòd Andr. non loquitur in patre diuidente inter filios, vt quærimus nos, ſed inter ipſos filios, (quod nos non negamus) Quinimò ſentiens Andre. quòd diuiſio permiſſa in capitulo omnes filij, eſſet hodie correcta per capitulum imperialem, quoniam vnuſquiſque filiorum in vnaquaque parte glebæ partem habet, vt ff. qui pot. in pigno. hab. l. tertia. §. poſt diuiſionem, Quamobrem vnus alteri partem propriam tradendo magis vendere aut permutare diceretur, vt ff. de rer. per. l. prima iuncta l. prima C. commu. vtriu. iudi. quod per capitulum imperialem, eſt inhibitum, in dict. §. præterea, euomuit hoc notabile verbum, quòd ideo permittatur, quoniam diuiſio fit ex neceſsitate, & capitulum imperialem, non habet locum in actu neceſſario, ſupple, qui fit inter vocatos à domino. Vnde reſpondes, quòd aut capitulum omnes filij. eſt correctum, aut neceſsitas hoc permittit, quæ non eſt conſiderabilis in patre. Nec obſtat tertium fundamentum, & cogitatio tria, quòd primum dubium fuit in feudis non hæreditarijs, an liceret in præiudicium ſui ipſius vita durante feudum alienare, & concluſum eſt quòd ſic, vt in capitulo Titius, ſi de feud. fuer. controuer. Secundò, an in præiudicium ſequentium poſset alienare, & dictum eſt quòd non, vt ibi, & in §. ſed & res, per quos fiat inueſtitu. hæreditaria. ſic, vt in oppoſitionibus declarauimus. Tertio, ſi in præiudicium domini, duobus modis, vno modo quoniam contigerit aperiri, vt in capitulo primo, apud quem vel

quos, & alio ſi eo inſcio alienaretur, vt in dict. capitulo imperialem, & capitulo primo. de proh. feud. alien. per Lothar. & in vtroque loco concludunt quòd non. His ergo ſic præfatis, dico, quòd diuiſio capitul. omnes filij: permittitur inter eos, non tamen futuris nocet, reuocabunt ergo filij futuri, ad quos quandoque recaſurum eſt feudum, ſicut in refutatione permiſſa à lege conceditur ſucceſſuris ius reuocandi, capitulo primo. de alien. feud. pater. non ergo nocent ibi futuris: quoniam reuocabunt. Nec obſtat doctr. Iſern. in dict. §. præterea, vbi dicit, quòd fraudulenta diuiſio reuocatur, vera non, quoniam loquitur reſpectu Domini, vbi intendebant in feudo aperiendo præiudicare ei, quòd non poſſunt, vt dixi. Nec obſtant iura ciuilia. l. pater filium. cum concordan. quoniam in caſu illarum legum ſufficiebat rem ſtare in familia, nec refert, ad vnum vel ad plures vadat. At hic loquimur in re, quæ ad omnes pro partibus; quia ſic data eſt; deuenire habet; quoniam vltimo in infinitum dedit dominus. capitulo primo. §. hoc quoque, de his qui feud. dar. poſſ. iuncta. l. tertia. C. de donatio. quæ ſub mod. ſicque lex duodecim tabularum interpretatur, vt in l. prima. C. ſi cert. petat. & lege reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. re. ob quod patri inhibitum eſt contrarium in capitulo primo. de feud. ſucceſs. maximè poſt tempus Federici in dict. capitulo imperialem, & Lothar. vt in dict. capitulo. de prohiben. feud. alien. per Lothar. vbi omne commercium eſt inhibitum. Cumque vt ius vult, recepiſſe cenſeatur l. quanquàm ff. de ritu nuptiar. & l. ſi cui. ff. de ſeruitut. ſic accepiſſe dicendum erit, & poſt mortem eodem modo illud relinquere tenetur, vt in dict. l. liberi. ff. de aſſign. lib. & l. tertia. ff. de interd. & releg. in quo caderet pulchrum dubium.

¶ Quid ſi cęteri filij conſentirent? Quoniam in refutatione iuris quęrendi aſſenſus non requiritur, ſed dic vt in capitulo imperialem, dixi. Conclude igitur, quòd pater ſine aſſenſu nullum feudum diuidit, licet fratres inter ſe diuidere poſſint, & nec pater filijs, nec fratres deſcendentibus per diuiſionem in feudo ex pacto & prouidentia non hęreditario nocent. Item pater nec in hęreditario, fratres aũt ſic: quia pater dũ ex neceſſitate non facit, minimè põt diuidere, fratres verò, q. ex neceſſitate faciunt, & actus valet, operatur qualitas illa hęreditaria, vt minimè quod rite factũ eſt per ſucceſſorẽ impugnetur, poſtquàm tenentur eſſe hęredes, & ita intellige c. omnes filij, diſtinguendo, an ſit feudum hæreditarium, vel non, ad quod pauci aduertunt, & hoc ſi illã opinionẽ tenes, q. c.

omnes

omnes filij, non ſit hodie correctum, licet contrarium dicere non ieſſet os in coelum ponere; quoniam per And. non probatur, diſparem diuiſionem ex neceſſitate fieri, ſed magis ex voluntate, quod per capitulum imperialem, ſine aſſenſu inhibetur. Quicquid tñ ſit, ſufficit tibi q in patre ſponte diuidēto textus ille locū habebit, & de huius vltimæ cōcluſionis veritate in d. §. præterea. per extēſum dicimus.

109 ¶ Quæro xiii. an † ſaltem per viam ſubinfeudationis poſſit pater nocere filio, aut agnatus agnato? Et videtur quòd indiſtinctè de iure communi ſit dicendum quòd ſic, vt in capitulo imperialem §. calidis. de prohib. feud. alien. per Fede. ac etiam in regno in caſu conſtitutionis, conſtitutionem diuæ memoriæ; ſed tu latius diſtingue, quòd aut ſumus in corpore ipſius feudi, conſiderando totum feudum, aut partem tanquam rem, quæ in demanio tenetur per ſubinfeudantem; & dico quòd non, vt in quarta oppoſitione in capite agnati dixi, & nullatenus in hoc eſt dubitandum; quia ad hæredes obligationes talium feudorum minimè tranſeunt, vt Hern. in capitulo primo, qui ſucceſſor. tene. in fin. hic in capitulo Titius. ſi de feud. fuer. controuer. & in capitulo primo §. ſed & res per quos fiat inueſ. apertè declarat, tum maximè cum reſtitutioni ſubiaceant, & vnicuique ad vitam cenſeantur data, vt in prima quæſtione declaraui. Nec obſtant capitulum imperialem, & conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ; quia aut conſideras ſi in præiudicium domini ſine aſſenſu ſit licita ſubinfeudatio; & dico quòd ſic, per illa iura, aut conſideras an in præiudicium ſequentium, etiam ſi cum aſſenſu in feudo non hæreditario hoc poſſit facere? Et tunc dico quòd hoc non ſtatuit capitulum imperialem, ſed iura per me allegata illud determinant. Conclude ergo quòd non. Aut conſideras non feudum totum, non partem, vt demanialem, ſed vt excadentialem, vel vt ſolitam infeudari, & in iſtis dico quòd ſubinfeudatio bene permittitur. Ad quod primò moueor ex authoritate Andr. in conſtitut. mulier, quæ dotarium. dum per iura ſua concludit, quòd mulier, quæ pro dotario tenet feudum, & eſt adminiſtratrix, tantum poteſt excadentialia ſubinfeudare. Secundò, quia hoc feudum & eccleſiaſticum per Andr. in capitulo primo, qui ſucceſſo. tene. æquiparantur quò ad alienationem in vltima columna, & adminiſtrator eccleſiæ iſta facit; capitulo primo, de his qui feud. dar. poſſu. vbi latè hæc diximus, & ſucceſſor minimè illud reuocabit, argument. capitul. fina. extr. de ſolu. ergo &c. Nec obſtat, quòd reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.

capitulo rurſus. quibus mod. feu. amitt. quia dans non dat ei ius quod ipſe habet, ſed dum adminiſtratoris iure fungitur, rem ſibi apertam, aut aliter permiſſam ſubinfeudat, quod cum iure fiat, vt Andr. in dict. conſtit. mulier, quæ dotarium probat, minimè ſucceſſor reuocabit, dict. capitulo final. de ſolu. & ſatis in capitulo primo, qui ſucceſſo. tene. & in capitulo primo. de cler. qui inue. fe. demonſtratur.

104 ¶Quæro XIII. an † hęc feuda prę ſcribantur ita quòd vnius præſcriptio noceat alteri? Iſta materia eſt multum ampla; quia diſtinguendum eſt de prę̨ſcriptione cum titulo, vel ſine, & de titulo putatiuo, item an prę̨ſcribatur feudum vel inueſtitura, item an totum, vel pars, item an vt feudum, vel vt res burgenſatica: item an corpus, vel ſeruitus, quę oīa pono in c.1.§.ſi q̄s per xxx. ā. de fe.fue.cōtr. nolo tranſplantare materias; hic tātū pono, an in caſu, in quo præſcriptio nocet vni, ex illo inferatur præiudiciū ſequentibus, & tunc diſtingue; q̄a aut q̄ris, ſi nocet ſibi, aut ſi nocet dn̄o, aut ſi nocet filio, aut ſi nocet agnatis. Quòd ſibi noceat non eſt dubiū, vt in c.1.§.q̄d ergo. de inue. de re alie. fac. & ibi Andr. & in cap. imperialē. §. prætereà in 3, & 4. col. & ita intellige Andr. in ca.1. §. hoc quoq;, de ſucc. feu. in fi. 3. colum. ibi. non tamen quòd eſſet præſcriptum, ſcilicet in præiudicium tenentis feudū alienantis vel negligentis, ex quo Andr. ibi conſiderat, an filius natus poſt poſſit reuocare; & concludit, quòd ſi alienauit, conſenſit, vel non reuocauit tanto tempore, quòd contra ipſum ſit prę̨ſcriptum, ſua vtili actione feudum reuocaret filius, per quæ tacitè reſpondet, quòd illa præſcriptio non nocet filio; quia ſi eſt præſcriptum contra vnam actionem; non extenditur ad aliam ſeparatam exiſtentem in perſona alterius. Secundo verò caſu, ſi quæris an noceat domino, dic vt in d. §. quid ergo, & in c. ſi vaſallus. ſi de feu. fue. contr. Tertio verò caſu d. filio diſtingue, quòd aut non fecit inuentarium, & reſpectu ipſius feudum hoc iudicatur vt hæreditarium; ſecundum Andr. in capitulo primo. §. quid ergo, de inue. de re ali. fa. in vltim. columm. verſiculo item & quando filius, aut fecit inuentarium, & tunc ę̨quiparatur agnato. vt in capitulo iſto, & ſupra in ſua quæſtione firmauimus; ita quòd omnia quæ diximus in agnato in feudo hæreditario, repete in filio non faciente inuentarium, & quæ dicimus in feudo non hæreditario ex pacto & prouidentia, repete in filio faciente inuentarium. Quarto verò caſu, ſi quærimus an noceat agnato, & tunc diſtingue, quia aut feudum eſt hæreditarium, aut non hæreditarium. Primo caſu dicit Iſer. in d. §. quid ergo, prę̨ſcriptionem nocere; hoc idem firmat in

ca.

ca.imperialem. §.prætereà ducatus in 4.col.quod intellige tu in caſu, in quo currit præſcriptio, & ſemper hoc ſubaudi, vt in d.ca.ſi quis per triginta.ſi de feu.fue.contr.dixi,& in hoc non eſt dubium; quia ſi pręſcriptio eſt alienatio.l.alienationis.ff.de verbo.ſign.certum eſt, quòd omnis alienatio cum aſſenſu regio nocet ſequentibus, vt ſupra in prima quęſtione & in capite filiorum in ſecunda opp. principali probaui, & quod operatur in illo aſſenſus Regis; operatur in hoc aſſenſus legis conſt.conſuetudinem. §.ſi quis per xxx.& §. præterea.de cap.Corrad.argum.cap.1.de alien.feu.pat.& hæc eſt communis opinio ſummarum & omnium. Aut ſumus in feudo non hæreditario ex pacto & prouidentia, & tunc diſtingue; quia aut ſumus in pręſcriptione, per quam acquiritur aliquid feudo, & de hac non loquimur nos, vide Andr. & quæ ibi diximus in capitulo imperialem.§.pręterea.in quarta col.& in §. è contrario. de inue. de re al.facta, quę ampliſſimè per me diſcutiuntur in c. imperialem, ſuper tex. Aut ſumus in præſcriptione, per quam aliquid amittimus, & de iſta loquimur nos, & tunc diſtingue, quia aut ſumus in feudo nouo, aut in antiquo, ſi in nouo, & dic idem quod diximus in feudo hęreditario, ſecundum Andr.in d.§.quid ergo. nam dum antiqui alięnatio vetatur, in capitulo 1. de alien.feu. pa. noui permittitur, vt latè ſupra in prima quæſtione probauimus. Si verò ſumus in feudo antiquo,& tūc quia in hoc antiquiores noſtri periti variarūt,ad partes quæſtionem hanc examinabo. Et quòd præſcriptio noceat ſequentibus patet. Primò per conſtit. conſuetudinem, per quam in regno ſatis videtur clarum, primò quia generaliter præſcribentem tutum reddit, generaliter ergo intelligatur, vulgata l. de pretio.ff.de publi.Secūdò, quia conſtitutio in fine §. præcipimus. dicit, & exceptionem contra petētem quemlibet indulgemus.Conſiderauit ergo lex illa, quòd iſte poſſederit tanto tempore cū qualitatibus illis, nec curauit cui ius inde ex titulo competeret. Secundò certum eſt, quòd iſta præſcriptio currit contra dominum, vt in d. conſtit. conſuetudinem, ſi de vtili dominio vaſalli agitur, vt in cap.ſi vaſallus de feudo ſuo, & ibi Iſern. ſupra ſi de feu.fue.contro. ergo ſicut obſtat domino, ſic obſtabit cauſam habentibus à domino, vt l.quod ipſis.ff.de reg.iur.& l.in his §. non debeo. ff. ad vell.l.fina. §.ſi creditor, ſed ſic eſt, quòd vnuſquiſque dicitur habere à domino, vt ſupra in prima quęſt.declaraui, ergo quod obſtat domino, obſtat eis. Tertiò, certum eſt, ꝙ Dominus vteretur acceſſione vaſalli, arg. l.Pomponius. §.præterea. ff.de acquir.poſſ. ergo domino obſtaret exceptio rei iudicatæ contra vaſallum.l.ſi à te.§.Iulianus.ff.de exc. rei

iud. ſecundum Io. & Azo. ſic è contrà quod obſtat domino, debet obſtare vaſallo ſequenti, arg. l. in cauſæ. ff. de proc. Quartò, & fortius, in prima quæſt. concluſum eſt & rectè, quòd quot ſunt perſonæ, tot donationes cenſentur ad tempus & poſt tempus factę, & quòd ſemper cenſetur apertum domino, & ab eo datum ſequenti, & cauſa cōiungendorum actuum vnus actus occultatur, ideſt quod reuertatur ad dominum & ſua vtili rei vindicatione feudum habeat, vt in prima quæſtione declaraui: ſi ergo hoc feudum vnuſquiſque nūc cenſetur capere à domini manu, ergo quod obſtat domino obſtabit ei, arg. d. l. quod ipſis, ſed domino obſtat vt d. conſt. conſuetudinem, & c. ſi vaſallus de feudo ſuo, ergo &c. Quintò certum eſt, quòd à patre ad filium datur acceſſio. l. vnica. §. pro ſecūdo. C. de cad. toll. ſic ergo è contra d. l. in cauſæ. ff. de proc. factum ergo vnius obſtabit alteri. argu. d. l. ſi à te. §. Iulianus ff. de excep. rei iudi. Sextò videmus, nedū per dic. conſtitutionem, ſed de iure communi feudorum certas dari præſcriptiones in feudo ex pacto & prouidentia contra ſequentem, vt patet in cap. Titius. ſi de feu. fue. contro. quomodo ergo dicemus in feudo ex pacto & prouidentia præſcriptionem nō nocere ſequēti? Septimò nos in ſecunda oppo. principali in capite filiorum latè concluſimus, feuda in dubio non eſſe hæreditaria, ergo in dubio dicentur ex pacto & prouidentia, ergo iura in c. ſi quis per xxx. in §. pręterea. de cap. Corra. militabunt in feudo ex pacto & prouidentia, & ſic omnibus nocebit præſcriptio.

105 Octauò; nam † prohibita alienari ratione certarum perſonarum, ſunt præſcriptione longiſſima pręſcriptibilia, vt in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. pr. & in l. fina. C. in quib. cau. reſt. & doctores apertè probant. Sed ideò feuda ſunt prohibita alienari reſpectu ſequentiū, ne ſequentibus noceat. cap. primo. de alie. feu. pater. ergo bene erunt præſcriptibilia, vt in ſpecie tenuit Iſer. in hoc feudo ex pacto & prouidentia. in cap. primo verſic. & olim, de ſucc. feu. in fin. ibi. niſi ſit præſcriptum. Per quæ clarè prima fronte videtur liquere hanc præſcriptionem ſequentibus nocere.

¶ In contrarium adducitur quòd non, & primò, quia ſi nulla expreſſa ordinatio valet in hoc feudo cap. primo, de feu. ſuc. nec ergo & tacita, argum. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. Secundò ad hoc facit ca. 1. §. quid ergo, de inue. de re alie. fac. ſic inducendo, quòd dominus, filius faciens inuētarium & agnatus in iſto tex. æquiperantur: non nocet domino etiam per longiſſimā pręſcriptionem, ſic etiam nec & filio facienti inuentariū aut agnato.

109 Tertiò, qđ † ſubiacet reſtitutioni minimè alienari poteſt, auth. res quę. commu. de leg. C. ſed feuda data pro ſe & filijs intelliguntur, vt vnus poſt alium feudum habeat.

beat.l.fina:C.de verbor.ſign.ff.de leg.2.l. cùm ita.§.in fideicom.& l. cum pater.§.à te.& ff. ad Trebell.l. hęres.§.fi. vt melius in prima quęſtione declaraui, ergo minimè alienabunt, nec per conſequens præſcribentur, arg.l.alienationis.ff.de verbor. obligat. Quartò ad idem, pater ita demum præiudicat filio, vel agnatis, ſi expreſsè cõſentiunt cap.1.de alie.feu.par.& ſi vnus conſentit ſibi; non alteri præiudicat, vt ibi,& in cap.primo.§.hoc quoque, de ſucc.feu.Iſer.declarat. Quomodo ergo tenens feudum futuris, qui nec tacitè nec expreſsè conſenſerũt, pręiudicabitur, ſic etiam vnius negligentia alteri minimè obeſt, d.§.quid ergo.ibi.pretio, dolo, vel iniuria. Quintò, pone enim hunc alienaſſe cum aſſenſu Regis, certè talis alienatio poſt mortem non valeret, vt in cap. Titius.ſi de feu.fue.contro.& toties in oppoſitionibus ſupra probauimus. Qua ergo via poſt mortem præſcriptio valebit? certè nulla, arg.l.lex vectigali. ff.de pigno. Sextò † pręſcriptio eſt vnus modus litium finiendarum contra negligentes & eorũ hæredes.l.fina. C.de anna.exc. ſed nemo iſtorum eſt hæres, vt in prima oppoſitione in capite filiorum & in prima quæſtione probaui. Item nemo negligens; quia nemo ante alterius mortem feudum habere poteſt, ſecundum Iſer. in c.1. §. hoc quoque, de ſucc.feud.& ſupra in prima quæſtione dixi: ergo nemini præſcriptio obſtabit.

107 (margin number beside "gali. ff.de pigno. Sextò † pręſcri-")

Septimò, ſecundum quoſdam modeRniores in d.§.quid ergo.arguẽdo de delictis ad contractus, vel 108 pręſcriptionem; quia † delictum patris non nocet nepoti in feudo aui, ita nec etiam pręſcriptio in feudo, quod à patre non habet; alleg.Bart. in l. emancipatam: §.ſi quis.ff. de ſent. de quo dixi in ſexta quæſtione,& illi termini non ſunt iſti; quia ſi feudum eſſet apertum patri, quantumcunque fuiſſet aui; noceret nepoti, vt diximus in oppoſitionibus in capite filiorum in prima oppo. & ſic eſſet contra.

¶ Quid tenendum? teneo cum Andr. quòd præſcriptio vnius minimè alteri noceat, per ſupradicta argumenta,& per ordinem ad obiecta reſpondeo. Non obſtat primum argumentum conſt. conſuetudin. ſecundum Andr. primò, 109 quia † illa generalitas non debet corrigere ſpecialiter prouiſa, vt in authen. quib.mo.nat.eff.ſui. §.tribus, & conſtitutio illa debet intelligi in feudo hæreditario, vel ſi intelligitur in feudo ex pacto & prouidentia, debet intelligi in feudo nouo quod ſine cõſenſu filiorum alienari poteſt. cap.1. de alie.feud. pa. vel ſi intelligi poſſet in feudo antiquo; eſſet in filio non faciente inuentarium, vt ſupra diximus, alias non. Præterea conſtitutio ſe dirigit contra negligentes, ibi.ſine interruptione, ſed huic non poteſt imputari negligẽtia; arg.l.pe.C.de anna.except. ex quo non eſt ſuum in vita alterius, ergo de illo nõ videtur

detur loqui, cum de eo non cogitauit.argum. l.qui cum tutoribus. ff. de tranſa. & ff. de exception.rei iudi. l. ſi ex teſtamento. Certè
110 † auctoritas Iſer. eſt tanta in feudis, quòd ab eo nedum in claris, ſed in dubijs minimè eſt recedendum, ſed turbant viſcera mea illa vltima verba, & exceptionem contra petentem quemlibet: Vnde ego aliter reſpondeo, quòd conſtitutio illa facta eſt ad corrigendam prauam conſuetudinem, quæ erat conſuetudo? nil aliud erat niſi ꝙ vbi non apparebat titulus, nemo ſua poſſeſſione erat tutus; corrigit hoc conſtitutio. Quid eſt hoc dicere? Hor attende: quandoque pręſcribitur ipſum feudum principaliter, quandoque verò præſcribitur inueſtitura præſumpta, vt præſumatur inueſtitura, vt in c.1. §.ſi quis per xxx.ſi de feu.fue.cōtr. & ibi Iſer. & in d.§.quid ergo. in vltim.colum.ac vbique inducitur per illam conſtitutionem, quòd præſumitur titulus, quo ſe defendit contra quoſcunq; & agit; non tamen dicit illa conſtitutio, quòd alienatio feudi ex pacto & prouidentia non hæreditarij poſſit hodie fieri, vel quòd contra iura præſcribatur, quòd non eſt præſcriptibile.
111 Cumq́ue talis † correctio euitari poſſit; euitetur, argum.l.præcipimus.C.de appell.& l.vnica.C.de inoff.don. & iſta eſt vera reſpōſio vltra illam, quam Iſern.dicit, quòd illla verba debent intelligi ſecundū terminos.l.ſi ꝗs emptionis.C. de præſ.xxx. vel 40.annorum & alias reſponſiones Andr.ſubpradictas. Non obſtat ſecundum motiuum, quòd illud quod obſtat domino, obſtat vaſallo; quia verum eſt ſi poſt præſcriptionem vaſallus haberet cauſam à domino; ſed hoc non eſt, quia à principio vnicuique dominus dedit, per ordinem l.fin.C.de verb.ſignifi. & ſupra in prima quæſtione probauimus, non ergo habet cauſam vt ex nunc, ſed vt ex tunc, dicit Iſer. in d.§.quid ergo, ſed huic reſponſioni obſtat, quod dicimus in quarto argumento, quia ſemper vt ex nunc cenſetur apertum domino. Hor nota: licet feudum cenſeatur apertum, ſimul & ſemel cenſetur etiam alteri conceſſum à principio conceſſionis, vt vnus poſt mortem alterius habeat, vt in prima quæſtione declaraui. Cumq́ue talis ſubinfeudatio valeat, vt l.3.C. de don. quę ſub mo. minimè hoc medio tempore concedens reuocabit, vt Iſer. optimè probat. in ca.1. qui ſucc.ten.nequaquàm ergo factum domini huic obſtabit, & hoc voluit dicere Iſer.in d.§.quid ergo, in pen. col. verſiculo hoc videtur verum, ibi, ſed non poteſt, quia alij cōceſſerat antè præſcriptionē per ordinem ſcilicet, vt dictum eſt, & ſic non reperuenit; quia ſi reperueniſſet & ſibi obſtaret, & ſi poſtea conceſſiſſet, obſtaret conceſſionario, & hoc tendit ad ſolutionem argum.2.poſtea volens ſoluere quartum, dicit, quòd concedenti

denti domino non poſſit aperiri; ſit aliquis de agnatis, patet in c.1. in fine princ. qual. olim feu.alien. pot.& ſic agnatus licet habeat cau ſam à domino; quia ei cenſetur apertum & ipſi datum; non tamẽ vt ex nunc, ſed vt ex tunc à principio conceſsionis. Nec obſtat tertiũ
112 arg. quia † acceſsiones dantur, quã vnus habet cauſam ab alio, vt in d.l.Pomponius. de acqui.poſſ.notatur, ſed iſti vnus ab alio cauſam non habent; quinimò omnes à primo & cõcedente ius habent in d.§.quid ergo, dicit Iſer.& nos latè in prima quæſtione probauimus. Nec obſtat quartum, vt dixi in ſecundo. Nec obſtat quintum vt dixi in tertio. Nec obſtat ſextum de cap. Titius, quia propria præſcriptio ei nocet, cauſata ex negligentia ſua, vt in d.ca. Titius. patet; quę præſcriptio non noceret alijs non negligentibus; & ita eſt quęſtio noſtra. Non obſtat ſeptimum, quia nos non negamus; quòd iſta feuda ſui natura ſint præſcriptibilia, ſed bene negamus, quòd
113 † vnius negligentia noceat alteri; procedant ergo illa iura contra illum; contra quem eſt præſcriptum & ſic non obſtat octauum fundamentum; quia quatenus de iure procederet, de quo ad ibi dicta me remitto; nolo ciuilia hic tractare nocebit illis, contra quos eſt præſcriptum, & non alijs. Concludo ergo, quòd iſta feuda præſcribuntur, ſed in vnoquoque præſcriptio eſt attendenda, & ſi Iſer.in verſi.& olim, euomuit illud verbum (dum tamen non ſit præſcriptum) potuit ibi errare; ſed credo quòd nõ errauit; quia in fine dicit, quòd vnuſquiſque proprio iure aget, & ſe remittit ad dicta per eum alibi, prout fuit in §.quid ergo. & in §. præterea.in c.imperialem.

¶ Quæro xiiii. quia qui habet feudum, eſt neceſſe quòd ſit hæres, vt in prima quæſtione concluſimus,
114 item filius eſt hæres, quid † ſi aliũ inſtituit hęredem in burgenſaticis an in ipſo feudo tãtum hæres erit? vel ſi non eſt hæres in alijs, priuetur feudo? Et videtur quòd non, ex quo feudum habere nõ poteſt, qui non eſt hæres, ſecundum Iſer. hic & in capitulo primo, de ſucce. feu. & ſupra in ſecunda & quinta oppo. hoc concluſimus, pro quo facit l.quicquid aſtringendę.& l.ſi ita ſtipulatus, §.Criſogonus.ff.de verb.oblig.in fin. Prętereà concluſimus etiam in prima oppoſitione principali, quòd filius exhęredatus feudum non habebit: ergo qui non eſt hæres minimè feudum habebit.

¶ Contrarium tamen eſt verum. Et primò patet; quia quòd ſit hæres in feudo hæreditario, non eſt qualitas accidẽs extra feudum: ſed ineſt ipſi feudo, vt in quinta oppoſitione, in capite filiorum ſupra dixi. Sufficit ergo tunc quòd ſit hæres in feudo, vt Iſer. in cap. primo. §.quid ergo. in vltima colum. in fi. de inueſt. de re alien. fa.& hic affirmat, quem relati per me in 9.quęſ. ſequun-

ſequũtur, nec debet lex alia via circũueniri.ff.de adm.tut.l.ſcire oportet, vt ſine aſſenſu pater priuet filium ſuo feudo, & ſi in alijs teneretur eſſe hæres; intelligitur ſi poteſt, ſed ſi non poteſt, quia alter eſt inſtitutus ſecus, arg. eorum quę habentur. ff. ad Trebell. l. ſi quis priore.C.de hære.inſti.l.quoties.& ff.eod.l.prima. §. ſi ex fundo.l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi. ff.de oper.li- be.ff.de ope.lib.& C.eo.l.ſi liberti, 11
erit tunc hæres in ipſo feudo, maximè cũ ſit quoddam vniuerſum, in quo de per ſe qualitas hæc hæreditaria eſſe poteſt, vt ſupra in capite filiorũ opp.5.& vt non diſputemus, tolle hoc vltimum motiuũ vltra iura iam adducta. Filius ſi vellet adimplere, & etiam eſſe hæres; nullum eſſet dubium, non poteſt facto patris qui alium inſtituit: ergo quo ad patrem, cenſetur hoc adimpleuiſſe: etiam quòd non adimpleat, arg.l.in exequutione.§.fin.ff.de verb.oblig.Capiet ergo hoc feudum, ac ſi fuiſſet hęres, & dic in iſto ſicut in alijs. Ex quo infero, quòd cum filius alia ratione etiam in feudo nõ hæreditario teneatur eſſe hæres, quòd ſi non facit inuentarium: licet in alijs non ſit hæres, tenebitur ita in hoc feudo non hæreditario, & ſuo, ſicut in hæreditario, poſtquàm debet eſſe hęres, ſecundum quoſdam, moti: quoniam qui debet eſſe hæres in allodialibus, ſatis dicitur eſſe hæres in ipſo feudo, ſecundum Iſer.hic col.3. verſiculo item.

hæc repudiatio: quod eſt falſum: quia Iſern.voluit dicere, quòd qui vult capere feudum, non oportet quòd capiat feudum tantum, ſed ſimul cum hæreditate allodij. Vtitur ly hæres, ideſt ſucceſſor, non quòd voluerit Iſer.determinare, ꝙ in feudo ſit heres, aliàs malè loqueretur, quia ſemper dicit ipſum non 11
hæreditarium, dum dicit in ſecunda colum. quòd in ca.iſto non eſt qualitas, quòd inſit feudo, ſed magis filius: quia filius, vt in prima oppoſitione in capite filiorum dixi, item non grauatur filius vt hæres in feudo, ſed bene quòd non capiat feudum niſi ſit hæres in allodialibus, vt patet in cap. iſto, & ſupra in octaua quęſtione latius diſputaui, & hoc onus non erit regulare; quia poſtquàm iure hæreditario feudum non capit, ſed magis ꝑ primam inueſtituram, vt in capitulo primo, de eo qui ſib.& hęr.ſuis, poſſet repudiata hęreditate feudum retinere, vt C. de don. inter vir. & vxor. l.prima. & C. de inoff.teſt.auth.vnde, & C.de don. l.qui patri ſuo, pro quo facit.C.de 11
leg.l.cum reſponſo ſimilia, ſed eſt irregulare appoſitum filio, vt non capiat feudum, ſi non vult burgenſatica capere; ſicut in ſimili dicimus.in l.hæredes. C.de omni agr. deſ. in l. quidam elogio. C.de iur. del. & in auth.quib.mo.na.eff.ſui §.& caſu. Tunc ergo dicemus filium nolle, quando ſi vellet, poſſet; non poteſt quia alter inſtitutus; ergo non dicitur nolle. l.eius. ff. de reg.

teg.iur. Intelligitur hoc ſi poteſt per iura ſupradicta, & non facto inuentario non teneretur, quando allodialia habere nequit, argu.l. ſi operarum iudicio.ff.de oper.lib. ex quo ſequitur, quòd ſi nil aliud habet feudatarius, vel alium inſtituit hæredem; quòd non propterea filius feudo ſuo priuandus venit, ſecundum Iacob.de Beluiſ.hic & omnes: ex quo etiam ſequitur, ꝙ ſi in certa re filius eſt inſtitutus, non propterea feudo priuabitur, poſt quàm in totum non poteſt eſſe hæres, nec propterea feudi portio diminuetur.l.vt iuſiurandi.§.ſi liberti.ff.de op.lib.& ff.de bon.lib. l.ſi ex modica. Ex quo etiam in-
115 fertur, quòd † ſi in vita filius cum iuramento renuntiauit hæreditati paternæ, quod poteſt arg.ca.licet, de iureiur.lib.vj. & l. ſi pactum.C. de colla.& l.fi.C.de pact.vbi notatur, quòd licet hæreditatem non habeat; non propterea feudo priuabitur, & ex hoc patet, quòd qui ſtatuto ab allodialibus excluditur, non propterea à feudo excluditur, arg.l.pater filium,& l.ſi is qui.ff.de inoff.teſta. ex quo rectè illud dicimus, quòd filius præteritus, abſq; quòd ſit hæres, feudum habere poſſit; ex quo fauore ſuo poſſet teſtamentum annullare; non eſt ergo compellendus, arg.l.ſi iudex.ff. de mino.l.non tantum.§.planè.ff. de contratab.& C. de contratab.l. poſthumo, ex quo ſequitur, falſam eſſe opinionem quorundam malè ſentientium, quòd etiam ꝙ alter eſſet hæres, filius debita ſaltem patris facta ſine hæreditate acceptare non cogitur, tum maximè quòd feudum ſine bonis burgenſaticis non habebit, dicit text. illis ſubmotis, ceſſat omnis textus diſpoſitio; præſertim cum ratio, ob quam filius tenetur eſſe hæres, quam in prima oppoſitione diximus, in caſu noſtro ceſſet, quia hæredem habet, quare &c. Nec obſtat illud argumentum, de exhæredatione; quoniam inter non inſtituere & exheredare longè intereſt, vt dicit tex.in l.ſi operarum iudicio.ff.de oper.lib.

¶ Quæro xv. in caſu in quo pater
116 nocet filio in feudo ſuo, an † noceat eo mortuo, ſi filius vult ſuccedere agnato? In hac diſtingue, & dic vt diximus in vj.q.ſupra, & quoniam Andreæ verba in §.præterea, quæ fuit prima cau.ben.am, in illa opin.quam tenemus, nõ declaraui, dic in verſi.& hoc, de his quæ à patre, & dñ loquitur de feudo nouo, dic patris, dum loquitur de antiquo, dic non exiſtente in perſona patris, prout format quæſtionem, dum loquitur in crimine læſæ maieſtatis, dic de vtroque: ſed quid patre viuente? Recurre ad dicta Andr.in d.§.pręterea.in 3.columna.ibi quantum ad primam quęſtionem, non pono hic, quia dependet ab illa, an patri detur vſusfructus in feudo; nolo materias tranſplantare.

117 Quæro xvi. an † filius capiat feudum renuntiatum per patrem? Diſtin-

Diſtingue; aut feudum eſt nouũ, aut antiquum: ſi nouum: quoniam ciuiliſtæ parum ad feuda animaduertentes in nouo non diſtinguunt, an propria vel patris contemplatione habeant, volo tibi hodie omnes ipſorum varias doctrinas cum feudis concordare: quoniam ipſi non diſtinguendo paſſim illis in vtroq; caſu vtuntur. Nam pleriq; dubitauerunt, quòd pater in feudo nouo ſemper poſſit præiudicare filio, quoniam donatio in vita non eſt: quia fieri non poteſt, per l. filiæ C. fam. erciſ. & ſi mortis cauſa eſt, ſatis reuocari poteſt, vt in l. mortis cauſa donationem, & l. qui mortis cauſa donauit. ff. de don. cau. mor. ergo &c. Quamobrem vt hoc obiectum ſoluant, dicunt quidam autoritate Bar. in l. mortis cauſa capitur: Dic tu, quòd Andr. de Iſern. ſolus hoc intellexit: nam cum feuda ad vitam & poſt vitam dentur, vt in prima quæſtione declaraui, à dante habeo, vt ibi dixi, ſed mediante ſtipulatione patris, per l. 3. C. de don. quę ſub mo. & l. Publia vbi Bar. ff. depo. & tunc aut dominus principaliter dedit filijs, aut filijs contemplatione patris: primo modo nihil habet à patre prę ter actum ſtipulandi, ſed magis à domino, & ita intelligatur tex. in l. quodcunque. §. ſi ita. ff. de verbor. oblig. cum ſim. ſecundo modo, idem eſt habere à parte poſt mortem, ſicut cætera bona patris; quia contemplatio idem operatur, vt dixi & probaui in prima quæſtione in 2. membro principali, ibi, quęro quod eſt feudum ex pacto & prouidentia hæreditarium in 2. capite principali, ibi. ſecundum caput illorum, quæ hæreditaria dicuntur ſupra, & hæc multò fortius ſi captum eſt feudum pro ſe & hę redibus, vt ibidem in primo capite dixi, non repeto. Non præiudicabit ergo in eo quod propria contemplatione filij haberent, licet per ſtipulationẽ patris, ſecũdũ Iſer. in cap. primo. §. & liuellum, de alie. feu. pa. cum concord. & ex hac theorica confunditur etiam aliud motiuum ipſorum, dum conſiderant, quòd per patris ſtipulationẽ filio ſaltem acquiritur, (vt fatemur) ob quod contraria pęnitentia tolli potuiſſet. arg. l. 3. ff. de ſer. expor. vbi notatur, ac etiam notatur in l. prima C. ſi manc. ita fuc. alie. & conſiderant ipſi, an ſit acquiſitum ius re, vel ſpe, ſi re, non reuocat, ſi ſpe, reuocare poteſt. Dic tu, quòd illa habent locum in his, quæ ſtipulãtis occaſione habemus & ſic fundant theoricã noſtram. & ita intellige tex. in l. qui Romæ in §. Flauius. ff. de verb. obli. & per hęc etiam reſoluuntur notata Bar. in l. vt iuſiurandi §. ſi liberi. ff. de oper. liber. & in l. 3. de interd. & rel. leg. & in l. Gallus. §. primo. ff. de lib. & poſth. cum ſim. quia diſtinguendum eſt inter antiqua & noua, vt in oppoſitionibus in capite filiorum ego feci: item in nouo, an propria patris contẽplatione,

vel

vel propria filiorum filij habeant, vt in prma quæſtione latiſsimè diſputaui, & pariformiter confunditur doctrinæ dicentium, ꝙ quando pater recepit pro ſe & filijs; dominus ita dedit filijs ſicut patri, vt fatemur. Cumque filij conſenſu vtriuſque & patris, & domini feudum habeant: ergo in diſſoluendo vterque debet conſentire, per l. ſicut. C. de oblig. & act. l. in diem. & l. ſeq. ff. de aqua plu. arce. quoniā ſi conſideramus diſſolutionē contractus inter dominum & recipiētem vera eſt opinio; ſi gratia vtriuſque feudum eſt conceſſum, vt in capitulo primo. de vaſal. qui contra conſt. Loth. ſed habito reſpectu ad illud quod à patre ex voluntaria prouidentia filij habituri ſunt, vt in prima quæſtione declaraui; quia verè à patre habent, quod eius occaſione acquirunt, probat Iſern. in capitulo primo. §. & liuellum. de alien. feud. pat. per infinita iura: fruſtra in hoc voluntatem domini requirunt, niſi in quantum feudum ſine aſſenſu ipſius alienari non poteſt, vt in capitulo imperialem. de prohib. feud. al. per Fede. & ex his damnantur, quòd † pater vbi
118 præſtat miniſterium ſuum nudū, & aliquid acquirit filio ex beneficio concedentis, nullo pacto nocebit filio, per l. ſi poſt mortem. §. fina. ff. de contratab. hæc enim intelligenda ſunt, vbi nullum factum patris conſideratur, non vbi ſua contemplatio principaliter attenditur, & per hæc falſa etiam eſſe patent argumenta illorum, qui dicebant, quòd in iure patronatu vni ex filijs pater aſsignat libertos. l. prima. ff. de aſsi. liber. eſt enim in ſuis libertis nouis, non antiquis. l. liberti. ff. eodem vt patet etiam ex diſtinctione l. 3. iuncta l. iiij. ff. de iure patr. Hac ratione errant allegantes text. in l. vnum ex familia. ff. de lega. primò cum concord. nam in iuribus illis non omnibus ordine ſucceſſiuo, vt in prima quæſtione declaraui; ſed ad vnum res peruentura erat, per hæc etiam patet reſponſio ad conſiderata per Ciuiliſtas, quòd
119 †pater recipiens emphiteuſim pro ſe & filiis, vt conſuluit Pau. de Caſtr. conſilio 161. non ſoluendo poteſt in præiudicium filiorum amittere rem emphiteuticam. Sūt enim dicta illa intelligenda, quando patris contemplatione filij habent, quod patet in lege ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matr. vbi in acquiſitis filiæ propria contemplatione aliter iudicamus. Et per hæc etiam grauiter errare iudicabis; dicentes, quòd pater diuidendo feuda poteſt vni in præiudicium aliorum totum feudum aſſignare. Dic tu, quòd diſtinguendum eſt inter feuda noua, & antiqua, cuiuſue occaſione acquirantur, vt ego ſupra in vndecima quæſtione feci: Quibus ſic præfatis, ad propoſitam quæſtionem me conuerto, & Ciuiliſtæ diſtinguunt in lege qui ſe pa-

 tris,

tris. Præſertim Peruſini colum. vij. quòd aut pater voluit præiudicare ſibi, aut ſibi & filio, primo caſu, puta ſimpliciter conſentiendo; filio non nocet. ff. quor. leg. col. prima. §. quod ait, vel ſi renunciat, vt not. glo. in l. fin. ff. de bon. liber. etiam quòd promitteret non contrauenire; quia de ſe tantum intelligeretur. ff. de leg. ſecundò. l. cum pater. §. hæreditatem. & ff. de leg. 3. l. paulo. §. primo. Secundo verò caſu quando voluit nocere filijs, diſtinguendum eſt, vt in l. fina. §. in computatione. C. de iure delib. & l. cum à matre. C. de rei vindi. iſta diſtinctio non valet; quoniam vera eſt in feudo non hæreditario tantum: in feudo verò hæreditario confunditur, per ea quæ diximus in ſecunda oppoſitione principali, & in viij. quæſtione ſupra, & in hæreditarijs indiſtinctè actiuè & paſſiuè de filijs cogitamus. l. ſi pactum. ff. de prob. & capitu. primo. de duo. fra. Alij diſtinguunt in l. prima. C. de reuo. dona. quòd aut ſumus in feudo nouo, & repudiatio patris nocet filio, aut ſumus in antiquo, & tunc aut filius adit hæreditatem patris, aut repudiat illam: primo caſu nocet ei per l. quæ à patre. C. de teſt. mil. & C. de reb. alien. non alien. l. venditrici: quæ iura non probant niſi iuncto capitulo hoc. Secundo verò caſu: quia repudiare ei non licet, vt in capitulo iſto paſſim ei nocebit. Dic quòd iſta diſtinctio peccat in capite feudi noui, quoniam diſtinguendum eſt, an propria contemplatione filij, vel tantum reſpectu patris filij habeant, vt ego ſupra pręmiſi; & in locis per me allegatis. Primo caſu pater non præiudicabit filijs, etiam in feudo nouo, & ita intelligantur omnia iura & dicta Ciuiliſtarum, in l. idem Iulianus, aliàs l. cum ſeruus. §. ſi quis alicui. ff. de leg. primò. ac etiam Canoniſtarum, in capitulo potuit. loca. ex quibus fundantur omnes conſulentes pro hac parte: pro quo faciunt omnia dicta per me in oppoſitio. ſupr. in capite filiorum. Secundo verò caſu bene loquitur, ſic diſtinguens, quando contemplatione patris filij haberent, vt in locis ſuperius allegatis patet: Quo verò ad ſecundum membrum principale de feudo antiquo nequaquam diſtinctio ſic indefinitè eſt vera; quoniam ſi eſſet hęreditarium, etiam cum inuentario noceret ei, vt ſupra in viij. quæſtione firmaui, & ſatis in ſecunda oppoſi. in capite filiorum probaui, eſt ergo diſtinguendum prout ego facio, quòd aut eſt feudum nouum, aut antiquum: ſi nouum, aut filij habent contemplatione patris, & pater nocere poteſt, aut propria contemplatione filij habent, & tunc dic vt diximus ſupra in oppoſitionibus in prima oppoſition. verſiculo. Oppono contra prædicta, ꝙ multo fortius pater: Secūdo

verò

verò caſu diſtingue inter hæreditarium, & non hæreditarium, vt in hæreditario noceat; in non hęreditario non, vt in capitulo iſto; & ſemper repete, vt quando non nocet filio, ſit diſtinguendum cum inuentario, per ea quæ in viij. quęſtione ſupra dixi, & cogita, vt in d.l. qui ſe patris. faciunt. ſi caſus occurreret, quòd filio præiudicare nollet; quoniam in tali caſu ceſſat diſtinctio noſtra.

120 ¶ Quæro XVII. An † lex Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fiſc. locum habeat in feudis? Cui quæſito, prima (vt aiunt) fronte reſpondendo fatendum eſſet, vt ea ratione in feudis ſeruari deberet;
121 quoniam † iure ciuili in omnibus ſtare debemus, quæ aliter de iure feudorum determinata non ſunt, capitulo primo. de fe. cog. Tu verò dic ex diametro iuri feudorum hunc. §. aduerſari; quandoquidem in dic. §. Cornelio Felici, duæ aſſignantur rationes; Altera, quia ille, ad quem res peruentura erat, poterat præmori; itaque in re illa non ſuccederet; Altera, quia ille qui condemnatus fuerat; capax fructuum acquirendorum erat. Quæ ambæ in feudo ex pacto & prouidentia non hæreditario ceſſant. Prima, quia iura feudalia Iſern. & omnes Docto. in capitulo primo, ſi vaſ. feud. priu. c. ſi vaſall. culpam. ſi de feud. fue. contro. & in capitulo denique, quę fu. prima cau. ben. am. clara ratione concludunt, vt vaſallo delinquente in dominũ, in præiudicium filiorum feu. aperiatur domino. non autem in præiudicium agnatorum; quibus ſtatim patrato delicto feu. aperitur: inde emergit, prout ita in feudis, ſicut in burgenſaticis, vt in d. §. Cornelio Felici mors expe-
122 ctanda ſit. Duplici † enim modo lex feudalis ſucceſſuris feudum defert; Altero rebus exiſtentibus in eodem ſtatu, hoc eſt vnoquoque exiſtente fideli, vt vnus poſt mortem alterius feudum capiat, quemadmodum in prima quæſtione ſupra poſt Iſern. in cap. pręterea. quæ fue. prima ca. ben. am. dixi. Altero, vt feudum quod ob fidelitatẽ datur, quæ ſubſtantia feudi eſt, vt dicit Iſern. in cap. porrò. quæ fuit prima ca. col. 4. & 8. & in c. primo. §. huius autem generis, in quib. ca. feud. amitt. eatenus in perſona tenentis feudum duret, quatenus ipſa fidelitas conſeruatur. cap. primo de for. fid. cap. primo. in quib. ca. feud. ami. & capitulo primo, quid præcedere deb. fid. an. inue. ita vt fidelitate ceſſante feudum ſtatim aperiatur agnato, vt dixi; nec poſſit vita delinquentis durante à domino poſſideri. Nec obſeruanda Iſer. doctrina eſt, quam in c. Titius, col. prima. ſi de feu. fuer. contr. ſcriptam nobis reliquit, nõ obſtante. §. Cornelio Felici. idque ipſum in cap. 1. de ſucc. feud. §. hoc quoque. verſicu. & olim. in prima col. confirmauit, & hoc quidem rectè alia euidenti ratione; quia nouit lex feudalis, quum oportuit

dicere vt in vita delinquentis à Domino, non autem à ſucceſſore feudum capiatur: quando ſcilicet clericus feudo eccleſiæ priuatur in vita, non autem beneficio, vt in capitulo fina.de cap.Corrad. Quibus perſpicuè patet primam rationem.§.Cornelio Felici, omnino eſſe excluſam. Ceſſat quoque & ſecunda, nimirum: quia vaſallus delinquens poterat in vita fructus feudi acquirere, hæreſis certè damnata in feudis hæc eſſet, vt in fellonia cum infidelitate commiſſa infidelis vaſallus fructus feudi poſt delictum retineat, rem planè ob infidelitatem perdit, capitulo primo.ſi vaſall.culp.cum concord.paulo ante citatis, ergo & fructus, ne dicamus fructus fideli paratos, infideli deberi; qui cum ſine dedecore in cur^a^ ſtare non poſſit, omnibus priuatur, vt nil vita comite conſequatur, capitulo primo, an ille qui inter. fra. dom. ſu. & hoc tanto magis, quando crimen læſæ maieſtatis eſſet: propter quod omnium incapax redditur.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt. Mors certè ciuilis hæc eſt, quæ ea de re in caſu iſto debet morti
123 naturali æquiparari, quia † & ſi mors ciuilis regulariter non æquiperetur morti naturali ſecundum cumulata in l. Gallus. §.& quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. tamen cum mors ciuilis eundem producit effectum: vt mors naturalis; mors ciuilis morti naturali æquiperatur, vt tenuit Imo. in l. ſi cum dotem.ff.ſol.matr. colum. 3.poſt.gloſ.ibi & in leg.inſulam. ff. eo.quibus hæret Neapodanus in conſuetudine viro mortuo.ver. ſed quid de deportato. quibus text. ſatis apertum in ſui ratione addo, in leg. ſi quis poſthac. C. de bon.dam. Nemo quidem inficiare poterit, quin mors ciuilis, quæ oſtendit propter fidem non ſeruatam tenentem feudum eo priuari, vt ſequenti agnato ſtatim aperiatur, dic. capitulo primo. ſi vaſall.feud.priu.idem quo ad hoc operetur, quòd mors naturalis, in quo Iſern.Iacob.de Ardi.hæret, qui in ſumma quib.mod.feu.am. ſub parua rubrica, quando feud. reuer.ad agna. huius opin.fuit.& vtrique Iaco.de Are. & Bal.in d.c. ſi vaſallus culpam. Alua.in cap. Titius.quæ fue.prima cau.in 11.& 25. concluſio. ſpretis illis qui contrarium tenuerunt. & ante eum Iac. de Belu.Bald.& Mar. vbi Alua.& Alexan.idem tenent in d.capitulo primo. §. hoc quoque, de ſucceſ. feud. p° q° contemptum afferunt in capitulis extraordinarijs, vbi nos quoque multa addidimus lec. ſeptima, hoc idem multis rationibus confirmauit Paul. Caſtr.in l. inſulam.ff.ſolut. matr. & doctores alij communi ſententia in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damn.
124 inf. dum inquiunt, feuda † inalienabilia, prout ſunt iſta, public. non poſſe, quicquid Specul. & ſequaces dixerint; contra quos hanc opin. tenet Iſer. in c.primo.ſi

vaſ.

vaſal.feu.priu. colum.3. vbi alij.& idem Iſer.in capitulo denique.quę fuit prima cau.licet in capitu.præterea.eo.tit.col.prima, nihil auſus ſit ſtatuere; quibus adde & illa quæ excludendo Speculatoris opinionem cumulauit Afflic.in deciſ. 282.prope finem.

Quæro XVIII eſto quòd concluſum ſit, quòd in feudo hæreditario noceamus filijs & agnatis cũ aſſenſu ſecundum Iſern.in capitulo primo.col.ſecunda. de alie. feu. pat.& ſupra in oppoſitiónibus di-
126 ximus; quid † ſi fieret fideicommiſſum cum aſſenſu de reſtituendo illud; poterit ne nocere cum aſſenſu huic futuro ſucceſſuro? Hoc aduertatis; nos non habemus text. de feudo hæreditario, in quo valeamus nocere ſucceſſuris, niſi in capitulo primo, qui ſuc. ten.in fin.& doctrinas Iſern.ſic loquentis cum ſecta ſua, ſed, ſi bene conſideras, loquuntur, quando habemus ſolam inueſtituram ſub natura hæreditaria & vnicam, ſed quando vltra primam inueſtituram datur fideicommiſſum, & in præiudicium fideicommiſſi cum aſſenſu noceamus ſequentibus; hoc non reperitur in corpore iuris feudorum, nec Andre. dixit: remanet ergo in diſpoſitione iuris communis. capitulo primo.de feud. cogni. ſecundum quod nec per contractum, vt in authent.res, quæ C.communia de lega. nec per delictum, vt in l. Statius Florus. §. Cornelio Felici cum concord. res ſubiectę reſtitutioni amittũtur, quòd patet; quoniam videmus in primo acquirente, cuius omnes tenẽtur eſſe hæredes, vt hic per Iſern. quòd ratione occaſionis ſuæ nocet omnibus ſequentibus, vt hic, & in capitulo Titius.ſi de feu.fuer.contro.in fin. ſed ſi ſucceſſuri ſunt habituri propria contemplatione, nec primus nocet ſequentibus ſecundum Iſer. in capitulo primo.§.& ſi liuellum. de alie.feu.pa. in vltima columna. in fin. per quæ clarè patet, quòd cum reſtitutio fiat fauore nominati, cui reſtituitur, quòd propria nominati occaſione cenſetur facta, l.ſecunda.§.fina.ff.ſi quis aliquem teſt. prohib. & latius per Iſern. in dict. §. & ſi liuellum. per quatuor colum. Quamobrem dixit ſemper Iſern.in capitulo primo, de eo qui ſibi & hæred.ſuis, in capitulo primo. ſi vaſal.feud.priu. colum.ſecunda, & in capitulo præterea.quæ fuit prima cau.ben.am. ac vbique, quòd in iſtis feudis ſubiectis reſtitutioni alter alteri non nocebit; quæ ſi vera ſunt in reſtitutione facienda futuris, de quibus non ità in ſpecie conſiderarunt, quanto fortiùs hoc verum erit in illa reſtitutione facienda illis, de quibus in ſpecie eſt cogitatum.authen. multo magis.C.de ſacroſ.eccleſ. per quę concludamus, ꝙ prouidentia illa hæreditaria ſit traſfuſa de voluntaria reſtitutione in neceſſariá, ſi dictum eſſet, natura feudi in aliquo non mu-

mutata intelligeretur, preterquam in expreſſis capitulo primo de feu. non ha.pro. na. feud. & feudo remanente in ſua natura; diſpoſitio tantùm interdiceretur huic tenenti feudum, poſtquam neceſſariæ reſtitutioni eſt ſubiectum, quod nota, quia pauci ſuper hoc animaduertunt.

¶ Quæro xix. Nos ponimus, q feuda debentur ſequentibus, & infidelitas vnius alteri non nocet, per capitulum ſi vaſallus culpam, ſi de feud.fue.controu. & capitulo
126 primo ſi vaſal. feu. priu. quid † ſi dominus conceſſit, ſaluis iuribus noſtris & fidelitate noſtra ſemper reſeruata, an ſtante tali clauſula ex vnius infidelitate aperiatur domino? & ſic in tali caſu vnus noceat alteri? Et pro iſta parte, quòd non valeat in præiudicium domini, facit: quia iſta ſunt duo ſeparata, quòd ſuccedat, & quòd non obſtante infidelitate ſuccedat, ſi vnum conceſſit & aliud reſeruauit.: quod eſt reſeruatum, non cenſebitur con-
127 ceſſum: quia † concenſus qui poteſt ſe extendere ad duo, ſi exprimitur in vno, non extenditur ad aliud, capitulo cum inter, extr.de elec.§.fina. & capitulo cum inter. eod.titul.l.de pupillo, ff. de oper. no.nunc.§.ſi in pluribus, & ff. ad turpill.l.prima.§.ſi plura. Secun-
128 dò, in tantũ † quis in alium tranſmittit feudum, in quantum ipſe habet, capitulo primo.§. profectò de leg. Corrad. ſed commiſſa culpa, ſtatim ipſe perdit feudum capitulo ſi vaſallus culpam. ſi de feud.fuer.contr.& capitulo primo ſi vaſal. feud. priu. ergo poſt infidelitatem ſuam in aliud feudum non tranſmittet, argumen.l. traditio.ff.de acquir. rerum dom. & prima quæſt. vij.capitulo Dai-
129 bertum. Tertiò quia † ablatiuus abſolutus reſoluitur in conditionem l.à teſtatore ff. de condit. & demõ. ergo vr̃ conceſſum, donec durant in fidelitate; & ſic data vnius infidelitate ſub contraria conditione cenſetur ademptum. Quartò arguo ex authoritate glo. in l. ſi à ſubſtituto. ff. de leg. pri-
130 mò; vbi † conſenſus rei mihi debitæ ſub conditione non impedit, ſi conſenſi vt alienaretur, eueniente conditione, quin efficiatur mea, vt Bart. & cæteri in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæſtione duodecima concludunt: ergo Rex concedendo, quòd res vadat de vno ad alium, quæ ſub conditione eſt efficienda domini, non præiudicat ei conditione adueniente, vt in capitulo denique, quæ fuit prima cau. ben. amitt. & capitulo primo, an ille qui interf. frat. domin. ſui. Quintò & vltimò
131 clarum eſt, quòd † ſemper quando conceſsio eſt dubia; cenſetur conceſſum, quod eſt minus damnoſum, l. ſi cui. ff. de ſer. ergo ſequitur, quòd cum iſta clauſula poſſit interpretari, quòd ex infidelitate vnius reuertatur ad do-

minum,

minum, in quo minus læditur Dominus, vt ita interpretari debeat.

¶ Contrarium tamen eſt verum. Et præſuppoſito quòd hæc feuda ſine iſta clauſula ſunt naturæ,
132 quòd † ex delicto agnati in dominum aperitur agnatis, & non domino, vt ſupra in vndecima oppoſit.in capite agnatorum dixi. Quare dico quòd hæc reſeruatio, fidelitate tamen noſtra reſeruata, intelligetur ciuili modo l.ſi cui. ff.de ſer. & l. quamquàm. ff. de ritu nupt.ideſt vt vnicuique noceat, ſed quòd infidelitas vnius noceat vnicuique in feudo hæreditario fateor; ergo quòd noceat filio in re non hæreditaria ratione ſanguinis fateor: ergo quòd noceat agnato non hæredi, nego conſequentiam; quia l.feudalis in dict.capitulo primo.ſi vaſall.feud. priu.& c. ſi vaſallus culpam. ſi de feu.fue.contr. non ſic intelligunt, licet de eſſentia ipſius feudi ſit ipſa fidelitas.cap.primo.quid præcedere debeat fid.an.inue. ca.primo de for.fid. & cap.1.§.fin. in quibus cau.feu.am.& ita iudicamus ex authore. Andr. in omnibus ſupradictis locis, præſertim in cap.primo ſi vaſ.feud.priu.quæ poſt.gloſſ.ibi ita intellexit tex.illum. Vnde,cum iſta fidelitas non aliter exprimatur, quàm erat in tacito, ſatis dicemus nihil operari, argum. l.3. ff. de leg. primo, & per hęc patet reſponſio ad primum argumentum, cui fortius reſpondeo, quòd
133 † regula illa dêt intelligi in ſeparatis, ſed in connexis, vel habentibus cõſequentiam inter ſe, quod ſit in vno, extenditur ad aliud l.etiam.C.de iur. dot. ſed ſic eſt, quòd in caſu noſtro, ſiue exprimatur, ſiue taceatur, capiens cœpit pro omnibus in infinitum.capitulo primo. di duob. fratr. à cap.inue.iuncto capitulo primo. §. hoc quoque, de his qui feud.dar.poſſ. cui primo capienti ſuccedunt omnes, capitulo primo, de eo qui ſibi, & hæred.ſuis: ergo ſequitur, quòd donatio erit facta omnibus.l.3.C. de do. quæ ſub mo. & vnicuique de per ſe; in quibus ſicut donatio vnius non eſt alterius, ſecundum Iſer.in cap.primo. §.hoc quoque. de ſucc.feu. & in §.præterea ducatus.ca.imperialem.ſic etiam reſeruatio contra vnum non extendetur contra alium, argum.l.3.ff.de
134 interd.& rele.cum † ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio.l.inter ſtipulantem. §.ſacram. ff. de verbor. obligation. Præterea, ſi concludimus in crimine læſæ maieſtatis in terminis l.quiſquis. C.ad l.Iul.ma. §.filij, agnatum agnato non nocere: qua rõne nocebit in feudis? Et ſi diceretur, ĩ feudis eſt aliter deciſum; nonne & in feudis conclu-
135 dimus, quòd † patris delictum & agnati non nocet filio, & agnato, quando rem non habent à patre? Certè ſic in prima oppoſitio.ſupra, & in vndecima in capite agnatorũ:Diabolicũ ergo eſſet dicere, ꝙ agnatus, qui nedũ feudũ, ſed

ſed nec etiam ſanguinem habet à moriente, quòd ex ipſius delicto perdat feudum ex reſeruatione iſta, quæ vt ius vult, interpretari debet; Et ſic non obſtat ſecundum argumentum; quoniam intelligitur de his, quæ à feudatario ad alium perueniunt; nos loquimur de his quæ à domino ex propria conceſſione ad alium veniunt. l. tertia. C. de donatio. quæ ſub mod. & per Iſern. in §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. in fin. penultim. column.& ſimiliter eſt reſolutum tertium argumentum de ablatiuo abſoluto, vt dixi; quia apponitur ratione tenentis feudum, & non alterius. Nequaquam obſtat quartum, quia fateor, quòd conditio, quòd reuertatur ad ipſum, purificatur; ſed non propterea abſoluitur dominus dare ſequenti, cui promiſit & dedit à principio. l. tertia. C. de donatio. quę ſub mod. quoniam fingitur ita reuocatum, & ſequenti datum, ſecundum Iſer. in capitulo imperialem. §. pręterea ducatus. columna quarta, ratione coniungendorum actuum, vt vnus actus occultetur; quoniam, ſi ex eo quòd domino aperitur, non debetur, ſequenti nunquàm deberetur; quoniam per mortem etiam aperitur domino, ſecundum Iſern. in dict. §. pręterea, & in capitulo primo. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feu. & tamen tenetur ſequenti dare, vt in dict. §. hoc quoq;. per l. tertiam. C. de donatio. quæ ſub mo. Non obſtat vltimum argumentum, q͞a videtur dediſſe, vt minus lędat in vnoquoque, cui dedit; ſed non propterea reuocat ab illis, quibus dedit, vt ſupra in vndecima oppoſione probo; quæ tanto fortius locum haberent; quando prop. & contemplatione capientis feudum daretur; puta per fideicommiſſum, vt ſupra quæſtione xviij. ſecundum communem concluſionem in §. denique. & per moderniores tractatur.

136 Quæro xx. an † mater rebellis noceat filiæ ſuę in dote de paragio vſque ad legitimam, quam reſeruauit ſibi. §. ad filias. l. Quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. Et videtur primo dicendum quòd ſic: quoniam ſi indefinitè in crimine lęſę maieſtatis filiæ reſeruat legitimam. * *Deſunt aliqua*

137 Quæro xxi. an † feuda in dubio ſint naturę hæreditarię vel ex pacto & prouidentia non hæreditaria? Diſtingue, aut ſumus extrà regnum, vbi attenditur ius commune feudorum, aut ſumus in regno: Si ſumus extra regnum, conſiderate, quòd feuda dantur iure ſanguinis iuſti deſcendentis; nam eo quia filius adoptiuus non eſt de ſanguine, non ſuccedit, capitulo adoptiuus, ſi de feud. fuer. contr. quia ſanguis non eſt iuſtus, naturales non ſuccedunt, capitulo naturalis. eodem titu. & quia frater non eſt de ſanguine fratris, in

in feudo nouo non ſuccedit capitulo primo. §. Corradus. de his qui feu. dar. poſſ. Nepos qui non eſt de ſanguine patrui: & è contra adinuicem non ſuccedunt, capitulo primo. de grad. ſucc. & capitulo primo in titulo Imperat.
138 Loth. Pater † qui non eſt de ſanguine filij, non ſuccedit filio, ſed bene filius ſuccedit patri, qui eſt de ſanguine ſuo capitulo primo. de nat. ſucc. feud. Ex his ergo dicere cogimur, quòd feuda dantur nobis iure ſanguinis iuſti deſcendentis. Qua propoſitione verificata: iterum conſiderate, quod ſupra in ſecunda oppoſit. & in prima quæſtione concluſimus, quòd feudum eſſe hæreditarium cauſatur expreſsione hominis, qui voluit hanc naturam dare feudo, ſecundum Iſern. in capitulo primo. §. huius autem generis. in quib. cau. feud. amitt. Iterum & tertiò conſiderate, quòd quot ſunt perſonæ; totidem cenſentur eſſe donationes ad tempus & poſt tempus factæ, & quòd vnicuique dominus dedit ad vitam, vt dicit Iſern. in capitulo primo. §. & olim. de ſucc. feud. per tex. in l. tertia. C. de dona. quæ ſub mod. etiam authoritate Iacob. de Ardiz. vt latius ſupra in prima quæſtione demonſtrauimus. Itaque vnicuiq; ex propria ſtipulatione feudum acquiſitum eſſe cenſetur, argum. l. quodcunque. §. ſi ita. ff. de verborum obligation. Et ex his concludetis,
139 quòd † feuda à natura propria non ſunt hęreditaria: quia in dubio præſumitur propria natura, niſi probetur eſſe alteratam, ſecundum Bald. in capitulo primo. §. præterea. in titulo quid ſit inue. Quamobrem nulla defuncti ordinatio in eis valet, vt in capitulo primo, de ſuc. feud. & hoc etiam ſi dominus aſſentiret, vt toties ſupra diximus; quia feudum in eo, in quo non alteratur, ſemper in ſua prima natura reſidet, capit. 1. de feud. non hab. propri. na. feu. & hoc eſt, quod Iſer. dixit in capitulo primo. column. prima. de ſuc. feud. quòd natura feudi regulatur à lege, niſi ex pacto altera-
140 tur, quaſi quòd † in dubio feuda præſumantur ex pacto & prouidentia nō hæreditaria. Patet etiam quia omnes feudiſtæ atteſtantur, ꝙ text. in capitulo primo, de alie. feu. pater. in capitulo iſto, & in §. ſed & res, per quos fiat inueſt. loquuntur in feudo ex pacto & prouidentia, & quòd loquantur in feudo ex pacto & prouidentia iuribus iſtis nil aliud habemus, niſi quòd feudum erat paternum, cuius alienatio erat inhibita, poſtquàm in nouo tantùm dabatur poteſtas alienandi, vt in prima quæſtione concluſimus: vnde feudum ex pacto & prouidentia ipſum nominant, non quòd omnia feuda etiam hæreditaria nón ſint ex pacto & prouidentia, vt in prima quęſtione demonſtraui; ſed quia non poſſum illa alienare, vt ibidem diximus: & ſi ea ratione dicuntur

dicuntur feuda ex pacto & prouidentia: quia non poſſunt alienari, vidiſtis etiam ſupra, quòd feuda dantur iure ſanguinis, vt etiam dicit Iacob.de Ardiz.in tit.de ſucc. feud ca.primo.§. item quæritur.& ſi dantur iure ſanguinis, nullum poteſt in eis in dubio inferri præiudicium l.3. ff.de interd. & releg. ergo in dubio ex hac cauſa omnia ſunt ex pacto & prouidentia. Cui non aduerſatur doct.Iſer.in cap.1. §.& ſi liuellum. de alien. feud.pat. quòd in dubio non præſumatur datum pro liberis; dic tu ſcilicet, propter liberorum contemplationem, prout præmiſerat in antecedentibus verbis ſuis, quaſi quòd in dubio præſumatur datum contemplatione primi acquirentis; quamobrem filium exhæredare
141 poteſt, ſed † quia feuda recipiunt pacta contra naturam ſuam. ca.1. de feu.non hab.prop.na.feud.hac de cauſa euenit, vt de non hæreditarijs efficiantur hęreditaria illis modis, quos ſuprà in prima quæſtione vobis demonſtraui. Et ita intelligatis hunc paſſum: quia ſi vnuſquiſque cenſetur capere pro ſe & hęredibus.ca.primo. de duo. fra.& l.ſi pactum.ff.de proba. hoc argumentum ſoluitur ab Iſern.in capitulo primo.§.huius autem generis, in quibus cau.feud.amitt.vt aliter dicamus in tacita receptio-
142 ne † quæ regulatur à iure quàm in expreſſa quæ regulatur à pacto hominis, vt ſupra in ſecunda oppoſit. vobis declaraui. Nam ſi aliter interpretaremur, hi venirent,
143 quos lex non vocauit; & † quia familiæ dantur feuda, vt in cap.1. §.1.de his qui feud.dar.poſſ.cap.1. de grad.ſucc. & cap.1. de nat.ſucc. feu.capiendo tacitè pro illis cępiſſe intelligitur & cum propria natura arg.l. pro hærede.§.ſi quid tamen. ff.de pet.hær.quod ſi expreſſit de alijs perſonis vel cum natura hæreditaria ex ea ratione, quam ſupra aduximus, quòd feuda ſunt naturæ, quòd admittunt pacta contra propriam naturam; dicemus tunc ꝙ in perſonis, & in qualitate hæreditaria alterentur, non à na-
144 tura rei ſed ex pacto: quia † in expreſſo non regulabitur pactũ à natura, ſed natura à pacto; vt ꝺ oĩbus eſt tex.in cap.primo. de feud.non ha.pro.na.fe.cum concord. Videtur ergo in dubio, quando quis capit feudum, cœpiſſe pro ſe & hæredibus, ſcilicet vt non ſit perſonale, ſed non cum natura hæreditaria, niſi illam exprimant; ſed ſi
145 non eſt feudum, an † pręſumatur contractus emphiteuticus, vel cenſualis, vel qd. pręſumatur, vide cumulata in dec.129.Dec.cõſi.138. & in conſi.164. & aliqua per Bald. in l.iudicia.C.de rei vind. Aut ſumus in regno & in feudis regni, inter me & alios Moderniores magna inſurrexit ſuper hoc diſſenſio.
146 Dicebant ipſi, quòd † in regno omnia feuda ſunt hæreditaria, & ſic in dubio præſumi debent, ad quod probandum ponderabant, quòd in regno habemus ius di-

ſtin-

ſtinctum & ſpeciale conſtitutionum in aliquibus. & conſti. vt de ſucceſſionibus, vt Iſer. in d. conſti. vt de ſucceſſionibus, & in capit. 1. de eo qui ſib. & hæred. ſuis. in fin. prin. & in §. 1. atteſtatur. Ergo ſecundum illud in dubio inueſtituræ ſunt interprætandæ, vt dicit Hoſti. in titulo de teſta. §. qualiter conſtituatur, verſiculo verum ſuper hac materia, Bal. in ca. primo verſiculo ſi qua controuerſia. de pac. Conſt. in cap. primo. de feud. da. in vicem. l. commiſ. & in c. cum veniſſent. de eo. qui mi. in po. & per Bar. & alios in l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. ff. de pact. verſicu. quomodo autem. cum alijs infinitis,
147 quæ adduci poſſent, quòd † actus ab hac ſpeciali lege interpretationem aſſumat; ſed ſic eſt, quòd per conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, quæ in Regno dat formam ſuccedendi in feudis, omne feudum eſt naturæ hæreditariæ, vt dicit Iſern. & periti interpretantur d. conſt. quia conſtitutio dicit, quòd in feudo ſuccedunt, ergo in vniuerſum ius l. quædam. §. nihil. ff. de eden. l. hæredis appellatio. ff. de verbor. ſign. & l. nihil aliud. ff. eod. titu. & ſic iure hęreditario, ergo ſequitur, quòd in dubio omne feudum in Regno pręſumitur hęreditarium, quod ſtrictius quàm ipſi dicant ponderare potes, dum tex. dicit, quòd ſuccedunt fratri, & ſic ei hæredes erunt, quaſi quòd in Regno ſuccedamus morienti & non primo acquirenti, ſed quia prædictis obſtabat concluſio, quã firmauimus ſuprà, & extra Regnũ omnia feuda non præſumantur hęreditaria: Reſpondebant ibi, ꝙ extra Regnũ habemus leges, quæ vocant ſucceſſores ſine qualitate hæreditaria, vt eſt in §. cum verò Corrad. & in §. & quia vidimus, & in §. hoc quoque. de his qui feud. dar. poſſ. vbi patet, quòd lex ſine qualitate hæreditaria ad deſcendentes tranſmittit, ſed in Regno nullam aliam habemus legem, quæ feudatariũ ad feudi ſucceſſionem admittat, niſi hanc conſtitutionem. per quam, & frater, & ſoror admittuntur ad ſucceſſionẽ feudi noui per verbum ſuccedant, & ſic vt hæredes.

¶ Quid dicemus nos in hoc ſecundo capite? Dico quòd ſua conſideratio per omnia corruit, ex quo maximum fundamentum, quod pro parte ſua adducitur, eſt; quoniam conſtitutio vocat fratrem & ſororem per verbum ſuccedant, à quo verbo feuda in Regno hæreditaria iudicantur, arg. l. quędã. §. nihil, cũ concor. Quæ conſequentia falſa eſt; quia in cap. 1. de ſucc. feu. in cap. 1. §. Corradus. de his qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. de natu. ſucc. feu. quæ intelliguntur in feudo ex pacto & prouidentia, vt ipſe in eodem loco fatetur, loquuntur per ly ſuccedat, & tamen non ſunt hæreditaria: Quinimò in cap. primo. de gra. ſucc. per totum cap. ſemper loquitur de ſucceſſione, & tamen non ſunt hęreditaria;

ria; quia ly ſuccedere, non capitur in ſua propria ſignificatione in feudis, vt dixit Andr. in cap. 1. §. & quia. col. 2. ſupra de his qui fe. da. poſſ. in princ. & quòd conſti. vt de ſucceſſ. intelligatur in feudo tantũ ſine illa qualitate vniuerſali hæreditaria, & in feud. ex pacto & prouid. tenuit in ſpecie Iſer. in capitulo præterea, quæ fuit prima cau. col. pen. ibi, vel quod melius videtur, per tex. in l. etiam ſi in rem. ff. de iureiur. vbi ipſe hoc idem notat. Vnde non eſt ponderandum illud ly ſuccedere fratri; quia dum ſuccedimus, niſi eſſet occaſio primi acquirentis, conſiderando ſolam naturam rei, ſuccederemus fratri, & primo acquirenti etiam ſine qualitate hæreditaria, vt in prima quæſtione dixi, Quia aliter dicendo, & Prælatus, qui ſucceſſor vocatur in capitulo primo qui ſucceſſ. tene. eſſet hæ-
148 res, quod eſt falſum, ex quo † qui ſuccedit in feudo, ex teſtamento, nec ab inteſtato verè illud capit, ſed iure ſucceſſor feudorum, vt dicit Bal. in capitulo primo col. 2. de ſucc. feud. & ſic fruſtrà ponderamus hoc verbum ſuccedant, quia ſuccedimus primo, & ſuccedimus morienti ſecundum naturam rei, à qua regulatur illud verbum, non autem, quòd natura reguletur à verbo; ſicut & verbum relinquo, impropriatur quandoque vt probat Iſer. in capitulo primo §. donare, qualiter olim feud. alie. po. col. 2. tertia & quarta. Ex quibus vides, quàm vanũ ſit dicere, quòd ex hoc feuda dicantur hæreditaria; quin potius contra: quia feuda iure ſucceſſorio capimus, & ſi non ſumus hæredes, vt ibi patet. Item confunditur doctrina ſua; quia ipſe allegat Iſer. & peritos, qui talia non dixerunt, neque hos peritos videmus, & ſi periti, quos refert ibi Iſer. ſuper hoc ſuam interpretationem poſuerunt in d. conſt. non fuit ſuper hoc, ſed quia duo erant dubia. Primum, quid ſi inueſtitura diceret, concedo tibi feudum, & hæredibus tuis, an veniant frater & ſoror, & videbatur quòd non; quia appellatione
149 † hæredis de iure communi intelligebatur de filio maſculo, & non de fratre, & ſorore, vt in cap. & ſi clientulus. de alie. feud. Secundum erat dubium & maius, quid ſi ſimpliciter eſſet datum fratri, nihil dicto de hæredibus, an tunc ſuccederet frater, vel ſoror, qui de iure antiquo in feudo nouo repellebantur, vt in capitulo primo §. Corradus. de his qui feu. da. poſſ. Et periti regni, & Iſer. rectè interpretantur, quòd vtroque caſu veniant & frater & ſoror, quia poſtquàm conſtitutio voluit dilucidare materiam ſucceſſionis, & ſimpliciter voluit fratrem, & ſororem, & non diſtinguit inter feudum nouum & antiquum, ſic indefinitè intelligi debet; arg. l. de pretio. ff. de public. vt intelligatur in omni feudo & nouo & antiquo quia poſtquam ſimpliciter vocantur,

tur, appellatione hæredis ipſi com prehenduntur, & ſi nihil diceretur adhuc ipſi à conſtitutione illa vocarentur, niſi pactum repugnaret alterando legis prouiſionem, vt dixi ſupra arg. capituli primi de feu. non hab. prop. na. feud. puta ſi datum eſſet feudum pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore: quia filij tantum vocarentur; & non frater; & ſoror in feudo nouo ſecundum Iſer. & peritos ibi: vana quoque fuit diſtinctio inter ius Regni, & extra Regnum, quia per. §. Corradus. & alia iura ſuperius adducta non determinant, quòd feuda ſint ex pacto & prouidentia vel hæreditaria, vt ipſe ponderauit, ſed magis declarant feuda non eſſe perſonalia; vt in primo capite diximus; Et vltimò, quia ſi conſtitutiones nihil ante conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, prouidiſſent, vt ipſe prætendit, quod eſt falſum; vt patet in conſt. foriudicatorum bona. in conſt. ſi quando, & in conſt. ob filiorum culpas, & in aliis conſtitutionibus, quæ ſuper ſucceſſione feudi ab eodem Federico promulgantur: ſatis erat, quòd de iure communi feudorum erat prouiſum; quia ſi ius feudorum capit interpretationem à iure ciuili, vt in capitulo primo de feud. cògn. ius Regni in feudis capit interpretationem à iure generali feudorum, vt ibidem diximus, quo iure, vt videtis, ex pacto & prouidentia præſumebantur. Tertij dicebant, quòd ſi nulla inueſtitura appareret in Regno, quòd tunc licet Iſer. dicat in conſt. illa & in capitulo primo §. huius autem generis, in quib. cau. feud. am. quòd niſi oſtendatur inueſtitura non præſumitur pro ſe & hæredibus ex ſuo corpore, & rectè, per ea quæ ipſe examinauit in d. capitulo primo §. huius autem generis: tamen bene præſumeretur data pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, pro quo dicebant eſſe tex. in cap. conſiderantes. in ca. Regni: quia in illo capitulo non tractatur vnum tantum de clauſula illa ex tuo corpore &c. ſed tractantur duo ſcilicet, an in dubio feuda debeant eſſe hæreditaria, & dicit quòd ſic, vt patet in text. ibi. pro ſe, ac ſuis hæredibus, & in tex. ibi. & in perpetuum ſimiliter concedentur: ac hæredibus eorum, & nunquàm dicit litera aliquid de illa clauſula ex tuo corpore &c. per quæ in dubio feuda cenſentur data pro ſe, & hęredibus: & ſecundò, quia multoties in inueſtitura apponi etiã cõſueuerat clauſula illa ex ſuo corpore, per quam dubitabatur ſi is, qui ſuccedebat, debebat eſſe de corpore morientis tunc, an verò ſi ſufficiebat eſſe de corpore primi acquirentis, & hoc etiam reſoluit ca. illud. per quod dicebãt ipſi probari opinionem Iſer. eſſe veram, vt illa inueſtitura ex tuo corpore, nõ præſumatur, & ſimul etiã probari, ꝙ in dubio pſumitur in Regno feudũ eſſe

datum pro ſe & hæredibus poſtquam litera vult, quòd prçſumatur alia ſcilicet pro ſe & hæredibus, quamobrem Neapolitanus in conſuet. & ſi teſtator.in titulo de ſucceſſ. mor. ſine filijs, auctoritate illius capituli expreſsè firmauit, quòd in dubio in regno feuda præſumuntur hæreditaria, quem minuti feudiſtæ Regni huius ſequuntur, per auctoritatem Iſern.in capitulo primo.§.nec alia quæ fuit prima cauſa ben. amitt. columna quarta,& in capitulo primo.§. quid ergo. de inueſt. de re alien.fac.cum dixit, quòd præſumitur dediſſe pro hçredibus. Sed vos tenete contrarium; quia Iſer. hoc non dixit, quòd illud ſit ex expreſſione hominis, vt ſupra declarauimus, ſed bene dixit, quòd illud eſt ex interpretatione iuris, vt per Iſern.in dict.§.huius autem generis, ſcilicet quòd non ſit perſonale; & cum reuerentia tantorum patrum capit. conſiderantes neutrum ex ſupradictis dicit, ſed dicit, quòd in feudo antiquo paria ſunt feudum eſſe datum pro ſe & hæredibus, vel pro hæredibus ex ſuo corpore; quia ſufficit, quòd ſit de corpore primi acquirentis, licet non ſit de corpore illius qui moritur tunc, vt in capitulo primo de eo qui ſibi & hæredib. ſuis, & non dicit, quòd in dubio feuda præſumantur hæreditaria, vt bene notauit ibidem vir ille acutiſſimi ingenij Nicolaus de Neapoli, vt patet in ad-ditione ibi poſita, vt in ſpecie declarat etiam Iſern. in conſti. vt de ſucceſſio. in verbo filij autem fratrum.colum.penul.ibi, ſimile quæritur, per quæ vides, quòd magis eſt expreſſum in Regno, quòd ſuccedamus primo, quàm fuerat prouiſum de iure communi feudorum, & ſic ponderatio noſtra pro illa parte adducta minimè obſtare poteſt, & ita teneamus, illa præſertim ratione, quia in hoc concurrit natura ipſius rei, quæ de iure cõmuni non erat hæreditaria, & per iura Regni nequaquam vidimus quòd ſit effecta hæreditaria, & ſi non ad minus,cõcurreret natura frequentioris inueſtituræ, qua vtimur in regno, vt ipſi volunt, & propterea conſiderant, quòd in dubio feuda ſint hæreditaria; dic, quòd in hoc concurſu præſumptionis naturæ ipſius rei & prçſumptionis naturç cauſatæ à ſolita inueſtitura, dicit Iſer. in d.§.huius aũt generis,& in d.conſt.vt de ſucceſsionibus,quòd non præſumitur natura frequentiæ inueſtituræ ſed præſumitur natura rei, quocirca meritò dicemus,vt hçc frequentia inueſtituræ non attendatur per ea quç per Iſer.ibi adducuntur,& alijs ineuitabilibus duabus rationib.
150 Prima † quia inueſtitura dat ſubſtantiam ipſi feudo, vt in capitulo primo. de feud. non hab.prop. nat. feud.& ſecunda; quia eſt meræ facultatis ipſius domini, vt per Iſer.in conſt.ſi quis poſt litem,& in

in verſiculo nec dominus.in capi-
151 tulo imperialem. & † in ſubſtantialibus & his, quæ ſunt meræ facultatis non præſumuntur conſueta, niſi oſtendantur, vt latè ex quotis adductis per Fel.in cap.cum M. colum.tertia & quarta.ex.de cõſti. videre poteritis. Ex quibus reaſſumendo me concludo, quòd ſi nõ appareret inueſtitura, feuda non præſumuntur hæreditaria, & ita vltra Andr. de Iſer. in locis allegatis & Nicol.de Neap.vbi ſupra tenuit vir ille maximæ auctoritatis Lucas de Pen.in l.prima.colum.xi. & xiii. C. de impo. lucra. deſcri.
152 quam † horum humanam trinitatem ĩ iuribus Regni veneramur, ſed non credamus in hoc eorum auctoritatibus; credamus rationibus, quas omnino ſequi cogimur, vt vidiſtis. Quodque ex omni capite imaginatio eorum confundatur, hoc euidentiſſimo argumento demonſtratur; nam poſito ꝙ eorum opinio eſſet vera (quod negamus) & quod præſumeretur feudum datum pro ſe & hæredibus, vel pro ſe & hæredibus ex ſuo corpore, contra ea quæ firmauit Iſern. ex hoc illud tantum reſultat, quòd inueſtitura ſic facta præſumatur, atque ex inueſtitura quæ non apparet, & ſi appareret induceret feudum eſſe hæreditarium, & quòd in dubio feudum præſumatur hæreditarium, non autem quòd naturam ipſius feudi ſine hac inueſtitura hæreditariam dicamus, vt clarè ſupra declarauimus. Vnde ſi conſtaret, vt ponimus caſum, quòd Rex inueſtiuit Titium, & nil aliud dixit de hęredibus: quia veritas pręfertur præſumptioni.cap.ſi.extra de præſump.dico quòd tunc feudum non præſumitur naturæ hæreditariæ, & frater qui ſuccedit in feudo per conſtitu. vt de ſucceſſionibus. capit feudum ſecundum naturam propriam, & ſi fratri eſt hæres, non erit à natura rei; ſed quia fratris occaſione feudum nouum habet, vt in prima quæſtione in capite occaſionis oſtẽdimus. Et hæc eſt ipſa veritas; quia ſi Iſer. noſter Auriga talem habuiſſet ſenſum, dum tantum laborauit, oſtenderet nobis, quòd datur feudum hęreditarium, & vt videtis in ſecunda oppoſitio. & in ſequentibus ea tantum ratione hoc probat; quia homo ille verbum ly hæredibus expreſſit, ſciuiſſet vtiq; ſine tanto labore diſtinguere inter feuda Regni & extra Regnum in tanta & tali re maximæ importantię à qua tota machina feudalis deſtruitur, & cum de hoc toties loquatur, nec ita diſtinguit, vt per conſtitu. vt de ſucceſſionibus. in Regno omnia feuda ſint hæreditaria, vt ipſe nouiſſimè nullius auctoritate conatur conſtitutionem illam interpretari, aperta ratione patet, quòd talem non habuit intellectum. Qua quidem conſideratione ſi nil aliud pro hac parte adduceretur ad ſic dicendum impellor, ne

confiteri compellamur, quòd aut hoc Iſern. ignorauerit, aut illud nobis doloſè occultare voluerit, poſtquàm nullibi niſi in loco prętenſo illud reuelauit: nec velitis Gramaticorum more verba Iſerniæ per partes ponderare, ſed ipſum legatis totum, maximè ibi in verſiculo. Vnde ſi eſſet datum feudum per Imperatorem fratri &c. vbi clarè ea quæ nos dicimus ipſe firmat: & ita teneatis tam in Regno, quàm extra Regnũ, quicquid dixerit Alex. conſi.xviij.in quinto volum.& conſi.xix.in prin.ſecundæ colum.eod.vol. Et videte pro hac noſtra concluſione Iaſ. in l. quod dicitur. la ſecunda.ff.de verbor.oblig. Nec auctoritate Neapolitani in d.conſue.curctis, quia eodem in loco & eiſdem verbis aliam dixit hæreſim, ſcilicet quòd paria ſunt, dare feudum pro ſe & ſucceſſoribus, & pro ſe & hæredibus, quòd hæreticum eſſe in prima quæſtione demonſtrauimus. His ergo dimiſſis Iſern. noſtrum vti ſolemus nunc ſequamur.

¶ Quæro xxii. Quidam ære alieno oneratus, creditoribus perſonaliter ſe obligauit, & in teſtamento feudum primogenito, ſi viuebatur iure Francorum, vel alteri ex filijs, ſi feudum erat hæreditarium cum aſſenſu dereliquit, quoſdam verò ex eis in burgenſaticis hæredes inſtituit; eo mortuo creditoribus inde agentibus, quomodo fiet exequutio contra hos filios, & videtur primò dicendum, vt diſtinguamus inter onera feudi & feu-
154 datarij; quia † pro oneribus feudi tenetur ſucceſſor ĩ feudo, etiam in feudo ex pacto & prouidentia, ſecundum Iſer.in c.iſto. Pro oneribus verò feudatarij tenentur filij, qui poſſident burgenſatica, arg.l. ſi certarum. ff.de teſt.mil.& l.hinc quæritur.§.poteſt. ff.de pecul. & ita tanquàm de caſu indubitabili conſuluit Alber.Bru.conſilio.104. Cui addo, quòd idem tenuit Paul. de Caſtr.in d.§. poteſt, & pro eo adduci etiam poteſt; quia ſi in patre diceremus, quòd non fiat exequutio contra ipſum in feudo niſi in ſubſidium, vt dicunt Docto. in l.commodis.ff.de re iudi.& nos ſupra in decima quæſtione firmauimus, ergo idem dicamus in plu-
155 ribus hæredibus; quoniam † ex hæredum perſona immutationem non recipit. l. ſecunda. §. ex his.ff. de verborum obligation. & ſic dicamus, vt donec adſunt burgenſatica, minimè contra feudum fiat exequutio, vt d.l.ſi certarum, & alia iura concordantia declarant, dum Iureconſultus vult, quòd licet reſpectu teſtatoris vtrumque patrimonium ſit obligatum, tamen cum hæredibus exequutio permiſſa contra vnum patrimonium non fit in alio, niſi in ſubſidium, vt in dict. l. ſi certarum, & l. cum filius. eodem titulo.ff. de militar. teſtam. cum concordan. Quodque feudum ſit diſtinctum patrimonium à burgenſaticis, patet in feudo

ex pacto & prouidentia in ca.iſto, & patet in feudo hæreditario: quia etiam in feudo hæreditario inſtituti ex inequalibus partibus in burgenſaticis æqualiter ſuccedunt in feudis, ſecundum Iacob.de Ardiz. in ſua ſumma, in titulo vtrum feud. diuid. pot. & Alexan. conſilio xxij. in quinto volumine, ac cæteros, vt in articulo de diuiſione feudi per capitul. omnes filij.ſi de feud. fuer. controuer. latius diximus. Quid dicemus? Dico quòd tota vis quæſtionis huius ab illo dependet, ſi feudum eſt ſaparatum patrimonium à burgenſaticis. In quo diſtinguamus inter feuda hæreditaria & non hæreditaria, quæ ex pacto & prouidentia nuncupantur; quia ſi in feudo ex pacto & prouidentia hæc quæſtio ita determinari poteſt, ex quo tale feudum non eſt in hæreditate, tanquàm corpus hæreditarium ſed tamquàm patrimonium diſtinctum, vt in capit. iſto, & nulla exequutio fit contra eum, vt ſupra toties diximus; in quo caſu indubitabili haberent locum recitata per Albert. Bru. præterquàm filio non faciente inuentarium, vt ſupra in propria queſtione diximus: Quo caſu in fructibus feudi tanquàm in re propria exequerètur: in quo non connumeratur feudum, vbi viuitur iure Francorum, quòd dicatur ex pacto & prouidentia, vt moderni Neapolitani tenent in conſt. in aliquibus, & in terminis huius quæſtionis in cap.imperialem.de prohi.feu.alie.per Fede.in §.præterea ducatus.colum.fi.quia hoc hæreticum eſt, vt ſupra in propria queſt.vidiſti. Feudum tamen hæreditarium licet habeat qualitatem feudalem ſeparatam à qualitate burgenſaticorum, eſt in hereditate tanquàm corpus hereditarium; cuius diſpoſitionem cum aſſenſu domini tanquàm de re burgenſatica habemus, vt ſupra in octaua quæſtione firmauimus, & ſic falſa eſt propoſitio illa, quòd feudum hæreditarium & burgenſatica ſtét in perſona patris; quando viuebat, tanquam duo patrimonia diuerſa, cum (vt vides) idem ſint. Quia & ſi per teſtatorem non potuerunt inæquales partes fieri in feudo hæreditario, vt ſupra in contrarium adducitur; non eſt à natura rei, ſed ex deficientia aſſenſus domini, vt in capit.imperialem.de proh.feu.alie.per Fede.probamus, Quo taliter præmiſſo, non obſtant iura contraria.l. ſi certarum, & §.poteſt. cum concordan, quia loquuntur in patrimonijs diuerſę naturæ, quę vt diuerſa ſtabant in perſona patris tempore quo contraxit; non autem in his quę ſub eadem natura retinebantur per patrem dum contraxit, & poſt mortem ſunt diſtincta inter filios; quia tunc non curamus quòd tempore exequutionis ſtent diſtincta, ſed quòd tempore obligationis fuerint vnita, & iuxta valorem vniuſcuiuſque fiat

ęſtimatio, & cõtribuãt in oneribꝰ
creditorum, l. ex facto. §.1.ff.de
hær.inſt.per quẽ tex.ita dixit Bart.
in d.l.ſi certarum.Guli.de Cun. Al
bet.& Fulg. in d.§. poteſt Ioan.de
Imol.in d.l.ex facto.col.penul.&
Alex.conſi.xxxı. in primo volum.
Quibus, ita vt nos facimus decla-
rando; nequaquam aduerſatur
doctrinæ Pau.in d.§.poteſt,ex quo
Paulus conſiderauit illa bona capi
poſſe ſine qualitate hæreditaria,
quod nos in feudo hereditario ne-
gamus: Itaque concludamus, vt
diuiſio oneris ipſius feudatarij
pro portionibus hæreditarijs trãſ-
mittatur in hos filios hæredes,iux.
l.eos. §.cum in tabulis.ff.de duob.
reis, poſtquàm illum tex. in feudis
allegauit Iſer.in cap.imperialem.§.
præterea Ducatus. col.ij.de prohi.
feu.alie. per Fede. & Soci.in conſi.
163.col.8.verſiculo quintò reſpon-
detur. in ſecundo vol. in quo non
obſtat contrarium formatum ſu-
pra, quòd in ſubſidium ſemper
exequutio fiat in feudo; quia illud
eſt intelligendum cõtra eundem,
qui tenet feudum & burgenſatica,
non autem reſpectu diuerſarum
perſonarũ,prout etiam nõ immu-
tatur hæc qualitas contra eundem
filium ſuccedentem in feudo,quin
prius exequatur contra ipſum in
alijs bonis,& poſtea in feudo. Et
ratio patet: quia quòd exequatur
in ſubſidium contra feudum,non
eſt natura obligationis quę ita re-
gulętur,vt primò cenſeantur obli-
gata burgenſatica, & poſtea obli-
gentur feudalia, ex quo, (vt vides)
nullo modo res eſt obligata; ſed
fit exequutio virtute obligationis
defuncti, quæ tranſit contra eos,
& in conſequentiam contra bona
l.prima.C.de hære.act. Nec etiam
eſt hoc inductum fauore perſonæ
ipſius feudatarij, ergo magis erit
fauore ipſius rei & domini, vt
fructus ſtent parati pro militia.
156 † cuius cauſa feuda conſtituta
ſunt, vt in d.l.commodis notatur.
Et ſi res eſt in cauſa, recta ratione
nunquàm capitur res feudalis,quæ
tenetur ab vno filio,ſi alię burgen
ſaticæ adſunt eiuſdem filij, ſed
tunc demum quando nihil adeſt
in burgenſaticis illius, fit exequu-
tio in feudo: ex quibus vides, ꝙ
ita hoc obſeruatur in perſona hæ-
redum, ſicut in autore obſeruare-
tur, in his quæ vnuſquiſque hære-
dum tenet. Sed ſi ex hoc vellemus
etiam dicere, quòd antequam ca-
piatur feudum vnius; fiat exequu-
tio in omnibus alijs bonis burgen
ſaticis cohęredum,& quòd hoc ex
tendatur etiam ad bona cohære-
dum, reſpectu obligationis perſo-
nalis, quæ inter hæredes iam diui-
ſa eſt, illud non conceditur, poſt-
quàm nulla obligatio realis conſi-
deratur principaliter, ſed tantum
in ſubſidium exequitur in bonis,
quando hæredes ſoluere recuſant,
vt in l. à diuo Pio.§.ſic quoque.ff.
de re iudi. & ſic nullo modo bur-
genſatica cohæredum, niſi pro
vnius cuiuſque parte, vti obliga-
tio perſonalis defuncti diuiſa eſt

in

in beneficium alterius cohæredis capi potuerunt, ex quo ſi talia concederemus, eſſet plus exequi; & ſic plus ſoluere quàm à lege obligentur. Quod abſurdum reputamus, quoniam ſi tale priuilegium huic agenti competere dicemus; oporteret tunc conſiderare ipſam obligationem realem cum aſſenſu reſpectu feudi, vel etiam ſine aſſenſu reſpectu burgenſaticorum, ob quam hypothecam creditor in ſolidum (nulla facta diſcuſſione bonorum burgenſaticorum & feudalium) ageret ſuo arbitrio vbi vellet, in quibuſcunque bonis obligatis, vt in l.creditoris arbitrio, & l.quamdiu.ff.de diſtrah.pign.l.diſtractis, & l. vlt. C. de act. & obl. & ibi per Docto. & in l. Moſchis. poſt Bar.ff.de iure fiſc.nec eadem conſideraremus in ipſa hypotheca, quę conſiderauimus in actione perſonali; quia licet habeat locum beneficium diuiſionis in pluribus poſſidentibus bona, qui conueniuntur virtute obligationis perſonalis, vt fiat diuiſio pro æquis portionibus, vt in l.apud eos.§.& quia C.de debit.ciui.lib.xi.& l.j.C.quo ore li.quis conuen.eo.lib. Ceſſat tamen hoc beneficium in actione hypotecaria, ſecundum glo. Bart. & Ioan.de Plat.in d.§.& quia,& in hoc non recederemus etiam in feudis, quando adeſt aſſenſus ab hac iuris ciuilis deciſione, poſtquam contrarium in feudis non determinatur, argumen.cap.primo.de feud.cognit. Cumque in caſu noſtro de hac hypotheca non tractamus, meritò concludamus, quòd diuidatur obligatio perſonalis inter cohæredes, vt in d.§.cum in tabulis,& prius exequutio fiat in burgenſaticis proprijs pro rata ſua quàm in feudo; non autem in burgenſaticis alterius cohæredis quàm in feudo proprio; nec vteremur pietate fiſcalium noſtri temporis, qui per l.ſi ego.ff. de iure dot. & per ea quæ moderniores Neapolitani adducunt in conſti. ſi quis in poſterum. in quinto not. Semper creditoribus, & mulieribus agentibus curabant in ſubſidium ſuper feudis aſſiſtentias pręſtare, vel ita mulieres fatigare, vt contra alios ſe dirigerent pro dote; quia hoc bene verum eſſet in capitulis Neapolitanorum,& in caſu dictę legis,
157 ſi ego, vbi † in ſubſidium mulieribus: ne remaneant indotatæ eſt prouiſum, quia ſi aliunde dotantur, ceſſat ratio, & per conſequens lex.argu.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.ſed vbi in ſpecie habet aſſenſum Regis; non video hanc æquitatem non ſcriptam, quæ ſit ſimilis illi; de qua in l.placuit,C.de iudic. & l.ſecunda.C.de pigno,quæ ibidem pro tali æquitate allegatur per Affl,loquitur quado primus creditor ſimul habebat generalem & ſpecialem hypothecam, vt ſit contentus illa ſpeciali, per quam ſibi prouidere ſtuduit, non autem loquitur quando habebat generalem tantum: quia ſine diſtinctione caperet rem ſpecialiter

liter alteri poſteriori hypothecatam, vt dicunt Bar. Bald. & Saly. in d.l.ſecunda. per l.qui generaliter. in fi.ff.qui potio.in pigno.ha. ſicut eſſet in caſu quando vnus haberet generalem, alter verò haberet aliam generaliorem anteriorem, quia tunc prima generalior præferretur, ex quo æquitas quæ idem ſuaderet ſcripta non reperitur, vt dicit Cor.conſil.247.incip. licet in præſenti. colum.penult.in primo volumine, & rigor prelationis reperitur ſcriptus in d.l.qui generaliter: eſt enim dict.l.ſecunda, tanquàm exorbitans intelligenda in caſu ſuo, ſecundum Soc.in conſilio 198. & per conſequens illa lex nullo modo in caſu noſtro attendi poteſt; quia non loquitur niſi quando concurrunt duo habentes hypothecam: non autem ſi concurrunt habens hypothecam, & poſſeſſor rei ſine hypotheca, dum forte iure hæreditario illam poſſidebat, ſecundum Soci. in loco allegato. Conuenienter, & melius potuiſſet Affli.allegare: quia etiam vbi de rigore hypothecaria ſequitur quaſcunq; res, tamen de æquitate non capiuntur poſſeſſa per tertium, donec alia adſunt bona principalis, de quo in auth. hoc ſi debitor, C.de pigno.& ibi per Doct. & in locis concordant. ſed quia clarum eſt, quòd hoc beneficium non habet locum in hærede, ſecundum gloſſ.in l.mulier.ff.qui potio. in pign.hab.& ibi per Docto. & in l.prima. C. ſi vnus ex plur. ne etiam ciuilia contra morem recitare cogar, illa omittamus: pariterque cætera ab eodem Afflic.ibidem adducta omittam, cum non loquantur in hypoteca, quæ rem ſequitur.Diuiditur ergo hoc onus

158 † feudatarij actionis perſonalis ipſius auctoris in feudo hæreditario pro portionibus hæreditarijs iuxta.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.re.& l.prima. C.de hær.act.& fiet æſtimatio rerum tam feudalium quàm burgenſaticarum, ſecundum Gulie.in d.§.poteſt, etiam exequutio quæ fit in fructibus feudi, erit in ſubſidium ſecundum Iſern.in capitulo primo.§.quid ergo.de inue.de re alie.fac. Quod ſi nulla alia ratione tibi perſuadere potes; hac ſaltem ratione illud teneas; quoniam in paragio, quod debetur filiæ excluſæ per conſti.in aliquibus, pro quo datur actio perſonalis, hoc modo exequitur, vt æſtimatis feudalibus & burgenſaticis, ab vtriſque bonis integrum paragium pro portione earum mulier excluſa habeat, ſecundum Doc.ibi, & hæc notate nedum pro exequutione, que fit in feudo, ſed etiam in caſu conſuetudinis Neapolitanæ incip. ſi quis, vel ſi qua, vbi in bonis maternis ſuccedunt coniuncti ex parte matris, & in bonis paternis coniuncti ex parte patris: Quia hoc caſu ex debitis ſoluendis, ad quæ actione perſonali compelluntur, non fiet diuiſio pro numero heredum, puta ſi duo eſſent, quòd vnuſquiſque teneatur

tur pro medietate, ſed pro quantitate bonorum, quę ſecundum Gulie. in d. §. poteſt, æſtimari debent, & multò fortius in caſu dictę conſuetudinis, vbi nulli dubium eſt, quòd tempore contractæ obligationis vnicum fuit patrimonium in perſona morientis. l. ſed &, ſi plures. §. filio. ff. de vulga. & pupill. Quòd ſi poſt eius mortem tempore ſolucionis diuiſum reperitur à Iureconſulto in l. ex facto. §. 1. ff. de hęr. inſtit. non conſideratur, & ſic l. ſi certarum. in eo caſu locum non habebit. Quæ ſufficiant vobis quò ad hanc actionem perſonalem.

¶ Quid autem in reali, ſi contra vnum exequitur, an inter cohæredes habeat locum exceptio cedendarum & beneficium diuiſionis? Quia punctus eſt per omnia ciuilis, Ciuiliſtis me remitto. Et ab hac iuris ciuilis determinatione illud etiam determinabimus; quid ſi pater vendidit annua centum ſuper feudo, & pro tertijs ad quas obligabatur, hypothecauit bona burgenſatica. Poſtmodum patre mortuo creditor egit contra burgenſatica pro tertijs debitis poſt mortem patris: nam hoc tempore feudum non eſt amplius patris, ſed dicitur feudum filij, ſecundum Iſern. in cap. imperialem. in addi. arg. l. fin. C. de inoffi. teſtam. & l. per procuratorem. ff. de acqui. hæred. & ſic termini non ſunt pares pro tertijs poſt mortem debitis, ſicut pro tertijs ante mortem decurſis, quia poſt mortem patris ita dicemus in hoc caſu ſicut ſi pro debito fratris feudatarij exigeretur alter frater poſſidens burgenſatica in proprijs debitis eorum, pro quo vide cotas in locis cumulatis per Doc. in l. ij. §. item ſi in facto. ff. de verbor. oblig. præſertim per Papien. col. pen. & fin. cum alijs à Ciuiliſtis ſuper hoc ponderatis, ne ciuilia contra morem recitemus.

FINIS.

Venetiis, Excudebat Petrus Dehuchinus.

ANT 1319164

Series chartarum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr.

Omnes Terniones, præter Cc, duernionem.

VENETIIS, ANNO DOMINI 1576.

Expenſis Iacobi Anielli Bibliopolæ Neapolitani.

B 20.

Digitized by Google